DISCURSUUM ACADEMICORUM

De

JURE PUBLICO,

In quibus

DE POTESTATE ET CAPITULATIONE IMPERATORIS,

Juribus, & Jurisdictione Electorum & Principum, corrupto Rei monetariæ statu, Commissariis, Pluralitate Relligionum, Jure venandi, Bello, Privilegiis militum Armatorum & Togatorum, pacificatione Relligionis, Subditorum resistentia, Austregis, Crimine læsæ Majestatis, Feudis Regalibus, aliisque ad Statum publicum pertinentibus materiis tractatur.

Volumen Quartum.

A

DOMINICO ARUMÆO D.

Editum.



JENÆ

Typis & sumptibus JOHANNIS BEITHMANNI,

ANNO M DC XXIII.

Reverendiſſimis, Magnificis, Strenuis, & Nobiliſſimis VIRIS,

DN. CHRISTOPHORO ab Hunitzen Decano,

DN. TITO à Wollendorff / Seniori,

Ut & reliquis Archiepiſcopatus & Primatus Metropolitanæ Magdeburgenſis Eccleſiæ Ca- [illegible]

Dominis, & Patronis ſuis Gratioſis.

LEge Regia poteſtas populi Romani in Auguſtum Imperatorem tranſlata fuit, Viri Reverendiſſimi, Magnifici, Strenui, & Nobiliſſimi, Domini Gratioſi, quâ cum ſubſequentis ævi Cæſares non rarò abuterentur, & fimbrias dominationis ſuæ ultra metam æqui & recti extenderent, exemploq; ſuo in tam ampla omnium rerum licentia modum difficile ſervari commonſtrarent, viſum Imperii Proceribus ductum aberrantium animorum ad gyrum rationis revocare, & ſummam Cæſarum poteſtatem capitulatione certâ in eam conformitatem redigere, ut

summi infimiq; se non in Superbi Domini, sed benigni potius patris cura p venire intelligerent. Quod quo tempore factum sit? non usq; adeo liquidum est. Sunt, qui ejus rei initium à Caroli Magni temporibus arcessere satagunt, moti in eam sententiam speculi Saxonici auctoritate, als man den König weblet/ habet textus, so sol er dem Reich Hulde thun vnd schweren / daß er die Warheit sagen wil vnd alles vnrecht brechen/vnd daß er des Reichs Gerechtigkeit beschirmen wolle/ als best er könne. Verum à scopo longissimè illi aberrant. Juramento enim hoc Carolino lex Regia non imminuitur, quippè quæ Imperatorem Vero nō exuebat, aut injuriam cuivis inferre, imò salvam ac sospitem Rempub. sistere, ut moriens secum spem ferre posset, mansura in vestigio suo fundamenta Reipublicæ, quæ jecerat, summoperè cavebat: per capitulationem verò Lex illa vetus Regia in multis constringitur, & ideò cum generalis saltem non exorbitantis potestatis obligatio ex juramento exsurgat, specialis verò, qua jus lege regia tributum imminuitur, minimè ex eo resultet, utiq; id quo tempore factum, qui demonstrare cupit, eum non ad juramentum illud, quo quid Regiæ Majestatis & potestatis proprium est, facere jubetur, sed ad illa tempora devenire

Lib. 3. artic. 54.

opor-

oportet, quibus illa, quæ Regi licebant, immi-nuta fuerunt, imò cum in Carolo imperium Romano-Germanicum inceperit, & ab ipso ut hæreditarium in Ludovicum filium testamento translatum sit, verosimile non est, vel ipsum aut successores ejus legem de modo administrationis certo sibi poni passos fuisse, ut enim privato, quo modo res suas disponere debet, præscribi non potest. Sic multo minus illi modũ, quo imperium sua & majorum virtute in ipsos translatum regere jussi fuissent, accepissent, & monet Tacitus, novum principem eodem modo, moreq; recipiendum esse, minima enim mutatio in rebus licet non magni momenti offendere solet, qua propter cũ Carolus, cum filius Ludovicus legem non acceperint, non ponendum & successores eorũdem alio modo & more imperium subiisse, & aliud si tentatum fuisset, illi haud dubiè imperii Principibus id, quod Valentinianus Imper. suis militibus, reposuissent, vos, qui meo imperio subjecti estis, quiescere: me autem ut Imperatorem, quid agendum sit, considerare decet. Verosimilius igitur videtur, cum extinctâ Carolinâ stirpe in Ludovico Arnulphi fi-

Enguibart. in vit. Carol.

Lib. 3. Annalium.

Sozomen. hist. Eccl. lib. 6. c. 6.

lio Electio successioni substitui cœpit, initium capitulationi tempore Cunradi I. datum fuisse, nam cum non rarò motus & mutationes imperio ab una familia ad aliam translato sequi soleant, quod Otto Saxoniæ Dux cum ad imperium post Ludovici mortem vocaretur, dixit, Eligentes hac una cautione mutationibus obviare solent, ne noviter Electus suo unius arbitrio, sed ordinum quoq; consensu res majoris momenti peragat, & ipsos in partem solicitudinis vocet, quod non solum exempla Electitiorum Regnorum ostendunt, verum & in præfato Cunrado Imperatore, qui Ludovico defuncto substitutus fuit, apparet, nam etsi is & opibns ac robore animi ac corporis fideq; ac existimatione & maiestate sustinendæ moli imperii longè aptissimus iudicio Ottonis esset, attamen Principibus placuit inter alia capitulationis membra & id adiicere, ut summa rerum gerendarum administratio penes Ottonem, qui tamen imperium recusaverat, permaneret.

Cuspin. in vit. Conradi I.

Cuspin. d. loco.

Cuspin. ib.

Quod mutuo consensu & non solius Imperatoris contra Principes, aut etiam Principum contra Imperatoris voluntatem, odia enim

enim & bella hinc extitissent, per modum conventionis placuisse probabile est. Cunrado Henricus Auceps Ottonis filius non testamento, sed commendatione eius per electionem successit; is enim convocatis Germaniæ Proceribus maximis precibus intermixtis lachrymis multis ne amore regnandi, ambitione, neq; dissidium Imperii fieret, persuasit, ut *Cussin. ib.* Henricus Rex eligeretur. Quem verosimile est non alia conditione Imperium, quam qua Antecessor eius id habuit, accepisse, à forma enim Reipublicæ semel recepta regressum esse non præsumitur, nec facilè recedi debet. Verum cum veritas huius rei subsequentium discursuum volumine clarius effulgeat, nolo Reverendiss. Magnificas, & Nobiliss. Vestras Dominationes ulterius morari, easdem mentis summa devotione rogans, quod, postquam Reverendissimo, & Illustrissimo Principi ac Domino, Domino Christiano Wilhelmo Archiepiscopatus Magdeburgensis Administratori, Primati Germaniæ, Coadiutori Episcopatus Halberstadiensis, Marchioni Brandenburgensi, Duci Borussiæ, Stetini Pomeranorum, Cassubiorum, Wandelorum

&

& Crosnæ in Silesia, Burggravio Norinbergensi, ac Principi Rugiæ, &c. Domino meo Clementissimo, &c. præcedens Volumen Discursuum Juris Publici submissè obtulerim, benignis animis tanto Principi, ut præcipua Archiepiscopatus & Primatus Magdeburgensis fulcra, huius Voluminis inscriptione se coniungi ferant: quod quidem me obtenturum ut credam, vester illustris ille & egregius in litteras & Litteratos favor, quem ipsus non semel expertus sum, facit. Va. Jenæ 1622. 20. Decembris.

Vestrarum Reverendiss. Stren. & Nobiliss.

Dominationum

Addictissimus

D. Arumæus.

DISCURSUUM ACADEMICORUM PRIMUS.

AUCTORE
D. DOMINICO ARUMÆO.

An summa potestas limitibus circumscribi debet?

Cum nemo facilè tantâ praeditus sit sapientiâ, ut possit in summa omnium rerum licentia modum tenere, ut dicit *Otanes apud Herod. lib. 3.* & Principi id demum licere debeat; quod honestum est, ut Antigonus Rex Macedonum dicenti, Regibus omnia licere, respondit, honestum verò id sit, dicique possit, si Principem non sua sed publica vota moveant, & subditorum non sua respiciat commoda; certè moneri illorum cum frequenter necesse est, id autem qui faciant in Aulis Principum rarò inveniantur, Aulici quippe, ut Pius Pontifex ad Ducem Ferrariæ scripsit inter Laudum & Placentiam non autem Veronam versus ambulare solent. *Petr. d. Gregor. in proœm. num. 10. d. conceß. feud.* ipseque adeò Princeps â cunabulis nihil aliud quàm assenta-

 tiones

tiones audiat, & ut ait *Alexius lib. 1. d. Republ. Christ.* suaptè natura ut plurimum turgidus homo sit, & ad omnem arrogantiam propensior, neminem qui dehortetur, neminem qui dissuadeat, quin omnes ad hanc pernitiem invitent, invenire fas sit, ut juxta Carneadem Regum ac Principum filii nihil rectè discant præter equitare, quod his omnes adulantur, solus equus non curans Regem gerat an privatum, tergo excutit, quisquis equitandi fuerit imperitus *Plutarch. de discrim. adul. & Amic.* omninò eosdem capitulationibus constringere oportuit, quæ ut scriptæ sine rubore de illis omnibus, quæ & subditi volunt, & promissi ratio ab illis exposcit, liberè monere possunt, quarum observantia Principi eam subditorum subjectionem & amorem conciliat, ut promptioribus animis, si viderint eum non reluctanter leges accipere, perque hoc se non in superbi domini, sed mitis patris & spontanei legum custodis curam venire, in omnis obsequii studia eant, quis enim, ait *Xenoph. de laudib. Agesilai* legibus refragari volet, cum Regem obtemperare intuetur? Omnes omnia rectè faciunt, quia Princeps rectè facit. *Dion. lib. 76.*

Publica nimirum res tunc sibi constat & æquum
Imperium, cum Rex, quod jubet, ipse facit.

inquit *Jacob. Sanazz.* quâ de causâ nullum facilè regnum, cujus præsertim per electionem corona conferri solet; dabitur, in quo non limitibus certis Principis constringatur potestas, quod uti inter Christianos & mansuetos laudandum est, ita mirandum & illud, inter Gentes barbaricas inolevisse, referunt enim Indos Mexicanos Regibus suis electis leges ponere *Acosta lib. 6. c. 24. histor. Indicar.* quod & de Tattarorum Regibus narratur apud *Bronionum p. 7. de Reb. Tartar.*

DISC. II.

DISCURSUS SECUNDUS.

AUCTORE

D. DOMINICO ARUMÆO.

Atqui inquies nonne Majeſtati per hoc detrahitur?

Quod quidem illis videtur, qui majeſtatis eſſentiam in ſumma & abſoluta poteſtate conſiſtere volunt, quorum opinatione vel Imperator Majeſtate exuetur, aut capitulatione poteſtas ejus non arctabitur, verum ſimul hæc ſtare poſſunt, majeſtatem habere, & capitulatione alligatum eſſe, nec prius per poſterius deſtruitur, quod ut oſtendam, antè omnia, quid Majeſtas ſit, dicendum erit, *Bodinus de Republic. lib. 1. c. 8.* & plerique Politici *Majeſtatem* definiunt, *quod ſit ſumma in cives ac ſubditos legibusq́; ſoluta poteſtas*; quæ definitio ſi vera eſt; nulli Regum Europæorum Majeſtas tribui poterit, quia nullius legibus ſoluta eſt poteſtas. *Waremund. ab Erenb. c. 11. n. 40. d. Regni ſubſ.* nemo eſt omnium Principum, inquit *Gallorum Salluſtius Philipp. Cominaeus lib. 10. Comment. de Reb. Geſt. Lud. XI.* qui jus habeat vel teruntium unum exigendi à ſuis præter conſtitutum an-

 nuum

nuum censuum, nisi populus adsentiatur, ubi ergò illa Bodini legibus soluta potestas? Hac enim qui gaudet, exigere, quantùm à suis vult, poterit, *Bodinus* profert quidem *lib. 2. c. 1. de Republ.* Regem Galliæ, eumque majestatem habere putat, atqui ex Bodino contra Bodinum sic arguo. Cujus legibus est adstricta potestas, ejus nulla est majestas, legibus verò in tantum Galliæ Regis illigata est potestas, ut eodem Cominæo rerum Galliarum peritissimo teste is nihil nisi à volentibus subditis exigere queat, nullas pactiones cum hostibus aut aliis sine consensu Parlamenti Parisiensis inire. *Comin. lib. 3. d. Comment.* nec bellum nisi ex ejus consensu suscipere possit, ejusdemque decretis in suis, quas cum aliis exercet, controversiis acquiescere necesse habeat *Sleidan. d. Republ. Gall. lib. 1. & in illustr. Rerum & Galliæ descript. post Cominæi histor.* nec quicquam, nisi quod juri & æquitati consentaneum est, tentare audeat, *Claud. Seisell. d. Repub. Gallor.* Bodiniana ergò legibus soluta potestas cum in Rege Galliæ non sese exerat, nec Hispaniarum, Angliæ, Scotiæ, aut Electitii Ungariæ, Poloniæ, Bohemiæ, Daniæque Reges eam habeant, *Parlador. c. 3. num. 13. lib. 1. rer. quotidian. Thuan. lib. 49. histor. Buchan. lib. 9. rer. Scotic. Bonfin. lib. 9. decad. 4. d. Reb. Ungaric. Steph. Junius Brut. in vind. contr. Tyr. q. 3. fol. 126.* & tamen omnes majestate verâ præfulgent, id nobis exsurget, Bodinianæ majestatis definitioni, utpote quæ nulli subjecto attribui potest, aliam substituendam esse, præsertim cum illa nec definiti naturam satis explicet, si enim in cives subditosque saltem summa Principi sit potestas, eam in exteros & peregrinos in Republica sua delinquentes & contrahentes exercere vetabitur *contr. l. hæres. §. 1. & seq. ff. d. judic. l. omnem. l. argumentarium. ff. eod. l. 1. & tot. tit. C. ubi de crimin. agi oportet*, ut ergò Majestatis definitio has difficultates effugere queat, rectius ea finietur *summa unius in regenda Republica potestas*: quæ ut planius intelligatur, id probè considerandum omnibus Rebuspublicis & Regnis plenissima Majestatis jura competere, quæ in Principum suorum electione interdum indefinitè, prout utilitas publica suadet, subinde defini-

tè

tè ipsis conferri solent, si indefinitè translata sint, & sub hac forma Reipublicæ administratio permissa Principi sit, haud dubiè majestatem habet, quia ejusdem omnes partes tenet, si verò Electus definitas & certas Majestatis particulas, juxta quas Rempublicam instituere debet, accepit, majestatem nihilominus, quæ tota ex partibus concessis resultat, habet, major enim vel minor potestas non Majestatis species facit diversas, imò cum illa ex partium variarum collectione constet, nec quid unitum natura sui sit, non utique ei, qui omnes ejus partes non habet, propterea Majestas denegabitur? Est enim in arbitrio Reipublicæ aut eorum, qui vice ejusdem Principem eligunt, quam velint Regiminis formam & ex ea resultantis Majestatis jura Electo constituere, sive enim plura sive pauciora fuerint, ex concessis tamen interea exsurgit Majestas, exemplo sit Cæsaris Augusti potestas, quæ tanta legis Regiæ beneficio fuit, ut quæcunque ex usu Reipubl. Majestate divinarum, humanarum, publicarum privatarumque rerum esse censebat, agere posset, *Sueton. in ejus vit. Dion. 54. Francisc. Hotom. d. ll. Roman.* hæc forma Reipublicæ tùm temporis populo Rom. placuit, & sub hac omnia Majestatis jura Augusto permisit, verum post imperium à Germanis inceptum & sublatâ hæreditariâ in Caroli Magni stirpe successione alia Reipublicæ forma constituta fuit, qua succisa magis potestate Electus in administrando Imperio uti jussus fuit, nec tamen Majestatem ei subtraxit, tota enim, quæ partium concessarum coadunatione constituitur, permansit, quò spectat Günth. in Ligur. libr. 3.

> *Si qua tibi Graiæ fortuna reliquerat urbis*
> *Transtulit in Francos, non sunt extincta, sed extant*
> *Imperium comitata suum, quod debita secum*
> *Ornamenta trahens, nudum vacuumq; decoris*
> *Non poterat transire sui.*

Et idem in Ligur. lib. 1.

> —— *ad nos justissimus ordo*

Transtulit Imperium, Romani gloria Regni
Nos penes est.

Ergò & majestas cum imperio ut transierit necesse est, & regnorum aliorum formas si perlustraverimus, unam ab aliâ in regiminis modo diffidere inveniemus. Poloni arctissimam suis Regibus præscribunt capitulationem, sicuti ostendit formula ejus, quæ extat *apud Chytra. in Chron. libr. 23, Bodin. lib. 1. cap. 8. d. Republ.* nec mitior ea esse videtur, quam Reges Ungariæ accipere solent. *Bonfin. d. lib. 9. in fin. & lib. 10. in pr.* Daniæ Regum formula, quam præstitit Christianus Rex 1537. extat apud *Johan. Lauterb. lib. 1. c. ult. in Regentenbuch.* & nuper typis invulgata est Ferdinandi Imp. quam Boemis præstitit; nec tamen exindè majestas Regibus illis denegari poterit, nam etsi Statuum & ordinum arbitrio jura quædam, quæ pro aliorum Regnorum formis ad majestatem pertinent, eisdem denegata sint, non tamen illa majestatem tollunt, nec potest sine illâ magis sese quàm corpus sine anima exhibere, majestas siquidem est ipsa forma per quam Rex est & regnat & aliter si fiat, ei ad instar Schacchorum Regis nomen sine re relictum erit, adeò ut nec ipsi Regi, etiamsi maximè velit, majestatis jura in alium transferre permittatur, nam postquam ea semel constituta est, ita ipsi adhæret, ut divisionem omnem respuat, & ideò cum Carol. V. à Ferdinando Fratre peteret, ut filium suum Philippum per Italiã & Belgium Imperii Vicarium cum plena potestate constitueret, adsentiri noluit, quod tantum majestati decedere, quantum alteri conceditur, diceret *Thuan. lib. 16. histor.* & Carolus IX. Rex Galliæ modis omnibus efficere tentavit, ut Carolum Lotharingiæ Ducem jure majestatis in Ducatu Barrisiensi gratiosissimo diplomate donaret, sed frustra *ait Bodin. l. 1. c. 10. d. Republ.* cum jura majestatis Rex à se alienare non possit, quamquam in eo *Bodin. d. lib. 1. c. 9. fol. 169.* aberrare videatur, quod Glliarum majestati ex eo, quod Sigismundus Imper. in Curia Parisiensi Prætorem Bellocoriensem equitem creavit; præjudicatum putet, Cæsarea quippe Majestas nullis terrarum locis circumscribitur, & ideò semper

&

& ubique summæ ejusdem potestatis jura, inter quæ & creatio equitum est, exercere potest, quod Alphonsus Rex Arragonum ostendere satagens Friderico III. Imp. ipsum invisenti claves Regni Neopolitani in signum universalis domini subjectissimè detulit. *Panormit. libr. 4. num. 4. dict. & fact. Alphons. Reg.* ex hisce igitur, quomodo Majestas summa potestas sit, intelligi potest, scilicet secundum cujusque Regni formam, quæ etsi varia, sit, & aliam atq; aliam induat faciem, partium tamen coacervatione eandem majestatem, licet potestas dispar sit constituit, dummodo summa sit, nam si in Republica alius, qui vel superior vel etiam Principi par sit, reperiatur, majestas ei tribui nequit, qua de caussa in definitione addidimus *summa unius potestas*, quia per duos vel plures distributa potestas desinit summa esse, ipsa enim natura non patitur, ut duo summi sint, & ut multitudo Deorum juxta *Athanas. in Orat. advers. Idola.* nullitas est Deorum, ita quoque necesse est multitudinem Principum id efficere, ut nullus Princeps esse videatur, & quamquam duo Cæsares interdum pari potestate Romanum imperium administrarunt, ut Marcus Antoninus Philosophus, & Verus Antoninus, Gallus Hostilianus & Volusianus Carus, Carinus & Numerianus, Diocletianus & Maximianus, Constantinus, Chlorus, & Galerius, Arcadius & Honorius & alii, id tamen propter amplitudinem Imperii, & quia cuique sui adsignati in eo limites erant, sic acceptum, quasi quisque intra eos solus summam potestatem exerceret, refert etiam *Cuspinianus in Austria. fol. 46.* inter Ludovicum Bavarum, & Fridericum Austriacum in discordia Impp. Electos hanc compositionis viam initam fuisse, ut potestate æquali imperium gubernarent, & sicut verba transactionis sonant, Daß / wir das Römische Reich / darzu wir beyde erwehlet vnd gemacht seyn / mit allen seinen Würden / Ehrn / Rechten / Leuten / vnd Gütern / oder was es hat / vnd darzu gehöret / vber alle die Welt mit einander / gleich als ein Person / einem nicht baß dann dem andern / eintweder / mehr noch minder besitzen haben / pflegen vnnd handeln sollen / sed *Joh. Georg. Harvvart. in Ludov. IV. contr.*

Bzov.

Bzov. A. 1325. n. 35. eam transactionem falsam esse docet, de qua nunc non disquirimus, id tamen dicimus, etsi transactio inita fuisset, attamen insciis Electoribus ipsis imperii statum mutare, & Monarchico Duumviratum, qui magis Aristocratiā redolet, substituere non licuisse, cum enim unus sine alterius adsensione imperare non potuisset, neutrius sola & ideo nec summa potestas fuisset, & majestas consequenter evanuisset; nam etsi majestatis jura inter plures distribui queat, ut in statu Aristocratico & Democratico apparet, ubi pro arbitrio optimatum vel populi jura Majestatis, quæ & alias Imperii vel Regni dicuntur, administrantur, ipsa tamen majestas divisionis expers est, nec optimatibus aut populo tribui potest, & insolens foret, si quis Venetorum, Helvetiorum, aut etiam Belgarum Confœderatorum Respublicas titulo Majestatis, etiamsi jura ejusdem habeant, exornare vellet, nec novum est, jura majestatis ab ipsa Majestate sejungi, Electores jus extremæ provocationis infallibile majestatis signum habent. cap. 11. Aur. Bull. quo Saxo & Brandenburgic. etiamnum gaudent, majestatem verò, quæ vox nullibi in Imperio quàm in Aula Cæsaris auditur, non habent, Comites Palatini ex indultu Cæsaris possunt nobilitare, legitimare, Doctores, Magistros, Poëtas & Notarios creare, quæ omnia ad jura majestatis, quâ ipsi longissimi absunt, pertinent, & quia Majestas summa est potestas, apparet eos, qui temporalem licet summam potestatem habent, majestate non gaudere, hæc enim ut divisionem ita & finitionem respuit, quapropter Vicarii Imperii, etsi mortuo, vel absente Imperatore summam in Imperio potestatem habent, tit. V. Aur. Bull. quia tamen finita, & ad tempus electionis vel reversionis restricta est, & non unius, sed duorum est, eosdem majestate perfrui dici nequit, quibus omnibus consequens est id, cujus causa hæc latius disputavimus, Imperatorem scilicet rectè majestate verâ, etiamsi capitulatione ejus potestas coarctetur, coruscare, nam ut aliorum Regum, ita & Imperatoris nostri potestas secundum formam ab Electoribus institutam regulari debet, forma autem hæc ex capitulatione,

latione, ut lege Imperii, resultat, juxta quam tamquam Cynosuram unicam Imperium dirigit, quod dum facit, nihil indecorum aut contrarium Majestati committit, siquidem illa si summa sit, etiamsi per modos non uniformes tendat, semper & ubique sibi constat; summa autem in imperio Imperatoris potestas effulget, summi quippè infimique eidem parent, & modus imperandi certus tantum abest, ut majestatem tollat, ut hæc eidem vitam quasi suam debeat, siquidem Majestas non imaginationibus speculativis oritur, sed prudentum hominum institutis secundum cujusque Regni conditionem exsurgit, & ideò qualis quantaque est, ex iis non aliundè metiri debet, quapropter & de majestate Imperatoris, dum quæritur, ex capitulatione ea dijudicanda est, quæ etsi non liberam ei concedat potestatem, attamen quia summa est, nec aliam sibi parem aut superiorem habet, rectè eum majestate præfulgere concludimus.

DISCURSUS TERTIUS.

AUCTORE

D. DOMINICO ARUMÆO.

Nonne juramentum, quod capitulationis servandæ gratiâ Imperator Romanorum interponit, ejus Majestati præjudicat?

FINEM Capitulationum Impp. hæc clausula excipere solet, Solches alles vnd jedes besonder haben Wir obgemelter Römischer König den gedachten Churfürsten geredet / versprochen / vnd bey vnsern Königlichen Ehren / Würden / vnd im Nahmen der Warheit zugesaget / thun dasselbe auch hiermit vnnd in Krafft dieses Brieffs / inmassen wir dann des einen leiblichen Eydt zu Gott vnd dem heiligen Evangelio geschworen / dasselbe stet / fest / vnd vnverbrochen zu halten / dem trewlich nachzukommen / darwider nicht zu seyn / zu thun / noch schaffen gethan zu werden / in einige weiß / oder weg die möchte erdacht werden / quæ nonnullos in hanc opinionem permovit, ut putarint, relligiosâ hac adseveratione Majestati Cæsareæ præjudicari, quâ de re *Bodin. lib. 1. c. 8. fol. 114. de Repub.* sic scribit, Principes benè

benè à doctrina informati nullo sese jurisjurandi vinculo patiuntur obligari cum de legibus agitur, aut certè summum Reipublicæ Imperium non habent. Cur ergò dicet aliquis Imperator Germanorum qui Principes omnes Christianos dignitate antecedit, priusquam initiatus & sacris auspiciis inauguratus sit, jusjurandum præstare solet, verbis à Pontifice Coloniensi conceptis, se leges imperii minimè violaturos, neque id mirum, subjecit, cum Imperator Principum legibus ac decretis teneatur, hactenus, Bodin. cujus verba tale argumentum nobis subministrant. Princeps qui jurejurando adstringitur, cum de legibus agitur, summum imperium non habet. Atqui Imperator Germanorum jurejurando, cum de legibus agitur, adstringitur, summum itaque imperium non habet, deindè, hanc inductionem exhibent. Qui aliorum decretis & legibus jurejurando tenetur, is summum non habet imperium, Imperator Germanorum decretis & legibus Principum Imperii jurejurando obligatur. Ergò summum non habet imperium, & consequenter juramento Majestati ejus præjudicatur. Atque hujus sententiam excipiens *Arnisæus lib. 1. cap. 6. n. 5. de jur. Majest.* Princeps qui sapit (ait) sibique debitam auctoritatem sartam tectamque reservare cupit, nunquam se eo adduci patietur, ut leges ad voluntatem populi vel ferat vel abroget, quas, si ex pacto latæ sunt, pactionatas vel juratas vocant, cujus suæ opinationis fundamenta hæc profert. 1. pactum quod majestati detrahit, admittere Princeps non debet, tale verò est pactum & quidem juratum nostrum, quia per id legem, quam etsi maximè Reipubl. salutarem esse cognoscit, perferre tamen impeditur. Non est è dignitate Augusti, longè maximi Principis, inquit Carol. V. ad Leon. X. Pontific. leges accipere, minisque terreri, ab his maximè qui imperio suo subjecti sunt *Jovius in vit. Leon. X.* unica enim mutandarum legum norma justitia aut publica utilitas est. *l. 2. ff. de constit. tut. Princip.* & tùm nec rogationem populi expectare, nec jurisjurandi conservandi gratia eas abrogare debet, sed quia officium Regis ita facere jubet. 2. Deinde, vel

Princeps ad id quod jurat officii ratione obligatus est, & juramento opus non est, nam quod Theologi dicunt, Deum non facere discrimen inter jusjurandum & sermonem nudum. *c. juramenti. 22. q. 5.* illud quoque in jure locum habet *Geil. 2. obs. 59. n. ult. Cujac. lib. 22. observ. 7.* quia & jusjurandum pro pacto cedit. *l. tutor. 8. prodigus. ff. de jurejur.* vel Principem ad id non adstringit officii ratio, & juramentum frustra apponetur, quia id obligationem non auget. *l. final. C. de non numerat. pecun.* 3. Sic progreditur, vel justum est, quod ei præscriptum est, & sine juramento id facere studebit, adeoque juramentum supervacaneum erit, nec major vis est jurisjurandi quàm pacti. *l. Stychum. 95. §. naturalis. ff. d. solut. l. non solum. §. injuriarum. ff. d. injur. l. jurisgentium. §. generaliter de pact.* vel injustum est, & licet juraverit sive deceptus sive metu coactus ad ejus præstationem non tenetur, quia juramentum non firmat actum jure prohibitum. *l. jurisgentium §. generaliter. l. non dubium. Cod. d. ll.* ad quid igitur exigetur à Principibus juramentum, cum ex pacto jurejurando confirmato non nascatur actio contra eum, qui jusjurandum fallit. *l. si quis non jur. C. de Transact.* quod 4. propius ad terminos quæstionis nostræ Pontifex Honor. III. de Rege Hungariæ decidere videatur, qui licet alienationes quasdam cum juramento fecerat, tamen quia in præjudicium regni sui & contra Regis honorem tendebant, eas licitè revocare permittitur. *c. intellecto. de jurejurand.* quo textu in argumentum ducto, quia promissiones juratæ de servandis capitulationibus videntur contra Regis honorem esse, utique eas servare non tenebitur. 5. Nec potest Princeps potestatem sibi de jure competentem juramento auferre, nec legem dicere à quâ, quoties ipsi libet, recedere non licet. *l. si quis in pr. 22. ff. de legat. 3. c. significasti. d. election.* nemo enim est in Republ. superior Principe, à quo ad legem sibi latam servandam cogi potest. 6. Imò quoties fides alicujus spectata est, juramento opus non est, hinc est, quod dominus vasallo non juret. *Zas. p. 7. v. 57. d. Feudis.* nec patronus liberto, *l. qui bona. §. penult. ff. de damn. infect.* multò minus ergò Im-

Imperator, qui omnium dominus & patronus est, jurare cogendus erit. 7. Et esto, quod hic sit modus unus continendi intra limites officii licentiam Regiam, anne etiam dignitas eorum patitur, ut ab iis Sacramentum exigatur? quasi fidem illorum accusemus, & verba in dubium vocemus, tùm enim ait *Symmach. lib. 4. Epist. 65.* convenit vinciri Sacramento fidem, si quando amicitia in suspitionem gratiæ venit, atqui sacrilegii instar est, verba Principis in suspitionem vocare *l. disput. Cod. d. crimin. sacrileg.* utpote cujus solius adsertioni stare oporteat. *c. cum à nobis. ibid. Abb. & Fel. de Testib.* unde promissa Principum bey Fürstlichen Ehren/ juramentis æquiparari in Camera pronunciatum est. *Mynsing. 1. observ. 17.* Et his quidem argumentis illi suam adstruit sententiam, quam ante illos magni nominis JCti mediis quibusdam aliis adseruêre, & quidem in terminis. *Florentin. à Venning.* quondam Cancellarius Electoris Palatini *in consil. 16. n. 197.* quod extat inter consilia Claudii Cantiun. agens de capitulatione Caroli V. Imp. expressè dicit, promissionem etiam geminatam vel juramento firmatam non valere, nec posse subsistere, motus in eam 1. quod inferior futuro domino onera apponere, propter quæ libera eius potestas gravatur, non possit. *c. Artaldus. 8. q. 3. c. in summa. 8. q. 3. c. 1. c. significasti. d. Elect. l. 1. §. quæ oneranda. ff. quar. rer. act. non der.* Electores autem inferiores sunt futuro Imperatore. Ergò quam rationem, inquit, *Petr. d. Anchorano in consil. suo. 269.* in Papa adduxit, consultus an Cardinales imponere onus futuro Pontifici possint? Negativè decidit, & movetur, quia eius potestas dependet à Deo. *c. ad Apostolicæ de Re judic. in 6.* & hanc rationem adsumens 2. Sic arguit, futurus Imperator habet potestatem suam à Deo non hominibus. Et ideò nec ab his coarctari nequit, nec credendum est Reverendissimos ac Illustrissimos Dominos Principes & Electores Imperii propter summam eorum sapientiam, singularem industriam & exploratam fidem. *l. 1. de offic. præf. prat.* velle defendere vel tueri illam ordinationem capitulorum quorundam, quæ de jure fieri non potuerunt, & maxi-

 mè,

mè, quia daretur via & occasio, ut non eligeretur idoneus, ex quo ligata foret eius futura potestas, ut illa prohibita in capitulis contenta non faciat, & præcipuè cum imperium sit speculum omnium, ut rectè dici possit illud psalmistæ: oculi omnium in te sperant Domine &c. & 3. pergit sic inferre, reiicienda illa sunt; quæ exemplo sunt pessima, *l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. l. ex SCto. l. si mulierem. ff. de sicar. l. 1. ad Macedon. l. Divus. ff. de re jud.* Atqui si Electoribus ligare Imperatorem conceditur, utique alii Regnicolæ suis futuris Regibus & Dominis similiter onera imponent, quod permitti non debet. 4. Si de quo minus inesse videtur, & inest. Ergò & de quo plus *c. cum in cunctis. de Election. Auth. multo magis. Cod. de SS. Eccles.* Sed minus videtur, quod Dominis Electoribus prohibitum sit de bonis & reditibus imperii disponere. Ergò multò magis de Imperatoris potestate, utpote quæ dignior est rebus, disponere poterunt. Quod ulterius 5. probat textu, qui aureis literis, ut loquitur inscribendus est in *c. ubi periculum. ℣. caterum d. election. in 6.* dum dicit, nuda electionis conscientia ad illum actum necessaria & utilis, ex quibus apparet, quod nudam electionem facere debent, & ad id duntaxat intendere. E. sequitur, quod quicquid agunt extra vel propter electionis actum, est ipso jure nullum, & si aliter faciant, incidant in gravem culpam, & subjacent pœnæ ipsius Dei, Ergò clarissimè sequitur, quod non potuere facere illam ordinationem vel adstringere quempiam ad illius promissionem, quum habeant legem resistentem, insuper 6. ex *d. ℣. caterum.* in verbis subsequentibus, *& nos nihilominus pactiones*, dicit, liquidò apparere, non licuisse Dominis Electoribus ordinare dicta capitula in præiudicium potestatis plenæ & liberæ Domini Imperatoris, nec per viam pacti, nec per obligationis, nec per juramentum, nec per aliud aliquod vinculum, quibus omnibus ut consequens, 7. colligit, quia promissio Imperatoris de jure prohibita est, nullum robur ei juramentum addere potest, nec dicetur Imperator transgressor juramenti, *l. si quis inquilinos §. final. d. legat. 1. l. jurisgentium. §. generaliter, d. pact. Auth. quod eis permittitur. C. de nupt.*

nupt. 8. Imò quia juramentum tres Comites veritatem, justitiam, & judicium habere debet. *c. ad animadvertendum. 22. q. 2. c. etsi Christus. de jurejur.* in hoc vero imperatoris juramento nec justitia, nec discretio, nec judicium est. Ergò nec ligatur Imperator, nec facere cogitur tot & tanta in hujusmodi capitulis contenta, de quibus aliter me non extendo, sed missa facio, ne in statum & honorem sedis Imperialis & ejus Majestatis supremæ impingam. Hactenus ille, ex quibus non injuridicè locutus in Regio Senatu censeri potest. Joh. Lupus de Palatiis Rubeis, quod promissiones quamplures, quas Reges Ferdinandus & Isabella in Regni sui principio aliquibus magnatibus & aliis persõnis fecerant, adimplere non tenerentur in Rubr. *c. per vestras. §. 81. tertius casus est. num. 7. de donat. int. vir. & uxor.* ad hæc inter cætera inducebam, ait. *c. sicut d. jurejurand.* ubi dicit Abbas, quod si tempore creationis summi Pontificis Cardinales permittunt inter se cum juramento aliqua servare, quæ sunt in præjudiciũ dignitatis, si contingat aliquem eorum promoveri ad Papatum non tenetur promotus illa adimplere, quod & videtur comprobari. *c. cum venissent. ℣. ipse verò timens. extr. de institution.* in cujus specie quod promisit Archidiaconus in initio adepti Archidiaconatus non adimplere cogitur, cujus meminit *Felin. num. 7. in c. 1. de probat.* dicens hoc benè notandum ad infringendas promissiones factas per Principes in principio creationis suæ, quia si sunt præjudiciales non tenentur, & idem *Felin. d. loc. num. 5.* recitat dictum Baldi, quod habet *in l. prohibere. § planè. ff. quod vi aut clam.* quod jurisdictiones supremæ sunt sacrum sacrorum, & ideò non sunt in marsupio Principis, nec potest urbem venalem habere, quod Jugurta de urbe Roma, quam citò perituram, modò emptorem invenisset, apud *Salust.* dixit, verùm hisce rationibus utcunque speciosis paulisper sepositis, videamus quæ pro parte altera disputari possunt, sic quis rectius arma induat cognoscere licet, nisi enim diversæ sententiæ dicantur, inquit *Artabanus apud Herodot. lib. 7. non longè princ.* non potest quis eligere meliorem, sed necesse habet ea, quæ dicta est, uti:

&

& cum plures dictæ sunt, licet tamquam aurum purum deligere: quod per se discerni cum nequeat, comparatum cum altero discerni potest, quapropter contra Bodinum & superiores 1. sic arguimus, si summa Imperatoris in imperio potestas sit, utique juramentum ejus majestati non præjudicat, Atqui verum prius, nec enim est, qui ipso se parem vel superiorem gerat, posterius itaque ut verum sit, necesse est, sunt enim hæc connexa, nec majestas ei denegari potest, qui summam habet potestatem. Deinde 2. si juramento præjudicatur Imperatoriæ Majestati, utique in parte præjudicata, utputa legum ferendarum Majestas subtrahitur Imperatori, statibusque applicatur, Atqui tantùm abest, ut majestas dividi queat, ut nec volens aut sponte se eâ Imperator abdicare queat, sicuti superiore quæst. dictum est, totam itaque & integram majestatem vim habeat, non ei ulla in parte præjudicatum dici potest. Imò 3. capitulo, quod ad majestatem non pertinet, præjudicari nequit, privatio enim præsupponit habitum, Atqui potestas legum ferendarum, de qua Bodino & Arnisæo sermo est, non pertinet ad majestatem Imperatoriam, nam, ut quæstione præcedente ostensum est, majestas secundam formam cujusque Reipublicæ censenda est, cum autem ex forma Imperii nostri potestas ea ad majestatem non pertinet, frustra utique, an juramento ei in ista parte præjudicetur? quæritur. 4. Porrò actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem. *l. non omnes. ff. de reb. credit. Tib. Decian. Resp. 3. n. 117. vol. 1.* Verùm Electorum intentio non hæc est, ut per juramentum Majestas Imperatoris obfuscetur, sed ut intra cancellos eadem sese suos contineat, sicuti id Moguntinus in Electione Caroli V. Imper. indicat, & de non transferendo Imperio (ait) vel iminuendo jure ac libertate nostra fidem nobis dabit per jusjurandum. *Sleidan. lib. 1. de stat. Religion.* Ex quibus 5. sic colligimus, inductum ad certum effectum non debet contrarium ejus operari, *l. quod favore. C. de legibus. L. non eo minus. C. de procurat. l. plures. C. de fid. instrument.* Atqui juramentum hunc saltem collimat effectum, ut intra limites officii majestas maneat,

neat, contrarius itaque ejus, per quem ea enervatur, ponendus non est 5. & à cœlesti ad humanam majestatem arguere licet, comparatione enim quadam Principes Dii dicuntur. *Psal.82. Exod.22. Johan. 10.* Atqui divinæ Majestati juramentum non detrahit, per memetipsum juravi, dicit Dominus, *Genes. 22. vers. 16.* Juravit Dominus in dextera sua & in brachio fortitudinis suæ *apud Esaiam cap. 42. vers. 8. & & Act. Apostol. c. 2. ℣. 30.* non itaque & illud Majestati humanæ præjudicabit, 6. juramentum, quod justum est, id utique præjudicare nequit, verum hoc juramentum tale esse, vel ipso Bodino teste est, quò plus, ait, detraxeris Imperio Principis, neque verò in eam partem peccari potest, eò justius est imperium, ut Theopompus Rex Ephoris potestate concessa dixisse fertur, *in Meth. histor. c. 6.* Sed progrediamur 7. pactio jurata publica & inter æquales inita, licita est *l. 5. de pact.* verum pactio hæc publica est, & inita inter æquales, qui enim juramentum exigunt, de re publica exigunt, & sunt Principes, & qui Electus præstat, de re publica præstat, & Princeps est, nec ante præstationem juramenti Imperator dici potest. 8. Quinimò rectius Imperio, cujus vicem Electores sustinent, juramentum id præstitum censeri potest, quod cum majus Electo sit, utiq; id ut majori præstitum Imperator infringere non poterit. 9. Hinc sic colligimus, si Imperii lex est, sanctè custodienda est, *l. 7. d. ll.* Lex verò Imperii est, quia est sponsio ab ipso Imperatore Reipubl. facta. *l. 1. d. legib.* servanda itaque erit. 10. Et sub hac conditione imperium ei concreditur, ut secundum formulam juramenti id regat, conditio autem omnis exactissimè implenda est. *l. cum avus. ff. de condit. & demonstr. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad SC. Trebell.* adeò ut si eam negligat, malæfidei possessor dicendus sit. *Petr. Anton. Angusol. consil. 25. num. 4. 12. volum. 6.* 11. Quin si ideò majestati Imperatoris, quia juravit, præjudicatur, utique & reliquorum Regum majestas obfuscabitur, quia omnes initio regiminis in certa quædam capita jurare coguntur. *Stephan. Jun. Brut. q. 3. fol. 126. in vind. contr. Tyrann.* 12. Habetque juramentum vim transactionis & rei

C judi-

judicatæ. *l. 2. ff. de jurejurand.* ut igitur à transactione vel re judicata Imperatori, sic nec à juramento recedere fas est, Turpe est, inquit *Belisarius apud Procop.* tùm aliis omnibus, quibus vel minima virtus cordi est, tùm inprimis Principi viro fidem fallere, & pacta etiam scripto sancita violare, ne abjectissimo homini decorum esse arbitror; fuitque Adolphus Nassovius inter cætera solio imperio dejectus, quod fidem literis & sigillo roboratam violare solitus fuerat. *Cuspin. in ejus vit.* & Jacobus Marchio Barbatus Marchio Brandenburgensis, qui Wenceslao Imperatori suffectus fuit, sola barba se virum ostentabat, cætera inutilis nec fidem ore & litteris promissam servabat. *Cuspin. in ejus vit.* 13. Si promissio hominibus facta, servanda est, *l. ude pact.* utiq; jurata, quæ Deo præstatur, adimplenda est. *l. 2. Cod. de reb. credit. c. etsi Christus de jurejur.* 14. Præsertim cum inter simplicem promissionem & juramentum Principis nihil intersit, quod Alphonsus Rex Neapolitanus insinuare cupiens dixit, solam fidem tantum apud Principem quantum juramentum apud privatos valerere debere. *Panormitan. de dict. & fact. Alph. lib. 1. num. 58.* & Archiepiscopus Coloniensis apud *Grantz. lib. 6. c. 46 in Saxon.* Verba, inquit, Cæsareæ Majestatis mihi pro juramento sunt; & *Günth. lib. 3. in Ligurin.*

—— Nudo jus & reverentia verbo
Regis inesse solet quovis juramine major.

Dixitque *Bald. in Rubr. de constit. Princip.* Edictum Prætoris *Pacta servabo* æquum esse & ab ore Dei processisse, hoc est, tàm Principi quàm aliis positum esse, siquidem is Dei personam non respicientis legibus peræque ac subditi obligatur. Recogitent, inquit *Tertull. in Apolog.* quousque imperii vires valent, & ita Deum intelligent, adversus quem omninò valere non possunt, per eum se valere cognoscant, cœlum deniq; debellet Imperator, cœlum captivum triumpho suo invehat, non potest, ideò magnus est, quia cœlo minor est, illius enim enim est ipse, cujus est cœlum & omnis creatura; optimè Deos exemplum Principibus constituam, ait,

Se-

Senec.lib. 5. c.4. de Clement. ut sitales civibus præbeant, quales sibi Deos esse volunt. 15. Debent insuper eadem esse principia destructionis, quæ constitutionis, vel ut Regula juris habet, nihil tàm naturale est, quin eodem modo, quo quid colligatum est, destruatur. *l. nihil tàm naturale. ff. de R. J.* quod innuere volens Archiepiscopus Moguntinus de Henrico Imperatore agens quem meritum investivimus, ait, quare immeritum non devestiamus, num quod Principum decreto impendere licet, eorundem auctoritate tollere non liceat? *Hermold. in Chron. Schlauor.* Atqui capitulatio non Imperatoris, sed Electorum consensu concepta ei præscribitur; ut itaque ab eadem recedatur; constituentium intercedat auctoritas necesse est, nec fas erit Imperatori àb eà resilire. *l. sicut. C.d. oblig. & act.* Imò si *Baldo* credimus concludit ille, quod nec ipsi Electores simul cum ipso Imperatore formam Electionis futuri Imperatoris mutare possint in *c. licet. de Elect.* qua tamen in re Baldo non adsentior, nam praxis Imperi ostendit primis temporibus numero pauciora, postremis verò plura capitula Imperatoribus præscripta fuisse, mutata ergò prima Electionis forma & quidem à solis Electoribus fuit. Denique 16. argumento hanc disputationem, quod de jussis parentum *Agellius lib. 2. c.6.* proponit, concludimus, aut id quod capitulatione continetur justum aut injustum est, si justum est, etiam simplex de eo promissio observanda. Ergò multò magis jurata, si injustum est, non juramento promittendum, verum quia promissum, utique justum censebitur, nec enim verosimile est quicquam Electores à futuro domino postulare, quod injustitiam sapit, & licet delicatis auribus non omne, quod capitulatio requirit, arridet, cum tamen citra dispendium salutis observari id, quod promissum est, potest, utique & debet. *c. etsi Christus de jurejur. c. si verò. cap. cum contingat. eod. c. quamvis. d. pact. in 6.* Quibus ita constitutis non in difficili est ad argumenta contra sentientium respondere, quorum primum Bodini fuit, quia leges perferre solus Imperator nequit, majestati ergò ejus præjudicatum censeri, nam refutandi hujus argumenti

 gra-

gratia, id quod in tertio nostro fundamento dictum hoc loco reiterari debet, majestatem scilicet ex formâ cujusque Reipubl. æstimari debere, & secundum formam Reipubl. nostræ hanc potestatem solius Imperatoris arbitrio non permitti. Ergò ejus majestati in eo, quod ipsi concessum non est, præjudicatum perhiberi nequit, nec hoc majestatis naturæ adversatur, siquidem in arbitrio est Reipubl. aut eorum, qui vice ejusdem Imperatorem eligunt, quam velint Regiminis formam & ex ea resultantis Majestatis jura Electo tribuere, quæ sive plura sive pauciora fuerint, nihilominus ex concessis majestatem habet, quod quia pluribus quæstione præcedente dictum est, ex ea, quæ hujus Rei explicandæ gratia requiruntur, hîc repeti possunt. Alterum Bodini argumentum ex eo, quia decretis & legibus Principum Imperator jurejurando adstringitur, majestatem ei denegat; verum si consideraverimus hasce leges, quæ capitulatione continetur, nihil ad majestatem, utpote, quæ ipsi ex forma Imperii tribuitur, pertinere, non rectè utique ex earum præscripto & majestati præscriptum colligitur, deinde non sunt hæ leges Principum, sed Imperii, cujus illi consensu reliquorum statuum vicem sustinent, quas dum observat, non Principum, sed ipsius Imperii, quod ipso majus est, leges observare putabimus, nec insuper iis per modum eum, quo leges à subditis etiam invitis accipiuntur, sed pacti & conventionis, qua plures in idem conveniunt, obstringitur, at cui deniq; Regi majestas constabit sua, si ex eo, quia in Regni leges jurare coguntur, ei præiudicatum colligere licebit, qua de re pluribus egi *in discursu 1. vol. 1. de jur. publ.* & his quidem argumentis usus est Bodinus, cuius sententiam aliis quibusdam mediis tutari voluit *Arnisæus d. loc.* qui Principi ex Bodino consilium suggerit, si auctoritatem sibi debitam sartam tectamque reservare cupit, nunquam eo se adduci patietur, ut leges ad voluntatem populi vel ferat vel abroget, nec dubito hoc consilium plerisque Principibus, siquidem eorum arbitrio, rei decisio committeretur, placiturum, ut pote quibus hoc frequens in sermone est, verbis loquor. *Cominai. lib. 10. Comment. de Reb. Ludovic, XI.* ut dicant se habere privilegia,

vilegia, ut quantum velint, exigant à populo, hoc est, faciendi quid velint, & quibus relliquiæ gloriosi Justiniani, quem in suiipsius jactatione evanuisse dicit *Bernard. Saccus Ticinens. l. 9. c. 5. histor. Ticinens.* non magnoperè probantur, ab omnibus (ait) excipiatur Imperatoris fortuna, cui & ipsas leges Deus subiecit, & qui, quæ placent, potest, *Novell. 105. c. 2. in fin.* verum cum ex usu populi subjecti amplior illa potestas non sit, cui quo plus detrahatur eo justior est futura. *Bodin. c. 6. in Matth. histor.* non utique tàm quid Principi, quàm quid populo, propter quem Princeps constitutus est, conducat, suadendum est, & argumenta Arnisæi talia non sunt, quibus nos moveri oporteet, primum enim est Bodini, & ideò ex responsione prima ad Bodinum ei occurri debet, secundum non tàm in Principe quàm inter subditos juramenti usum tollit, nam omnis vir bonus ad dicendum verum obligatus est, an propterea ipsum jurato deponere, si ab ipso exigatur, vetabimus? neutiquam, & quod addit de simplici & jurata promissione, id hactenus verum est, quod ut is qui simpliciter promittit, ita qui juramento sese obstringit, obligatur. *cap. juramenti. 22. q. 5.* at quia jureiurando Deum in testem vocat, in simplici promissione non item, metu divini numinis à perfidia longius abesse studebit, utpote cuius ultor Deus *l. 2. C. d. reb. credit.* quod insuper juramentum non augere obligationem dicit, id nostræ non officit sententiæ, quæ etiam Principem simplici promissione obstringit, Ergò multò magis per juratam obligabitur, cum eâ actus agentium confirmari solent. *c. cum contingat ext. d. jurejur. c. cav. c. juramenti. 22. q. 5.* Quod tertiò oppositum fuit, justum etiam citra juramentum, injustum nec cum juramento faciendum esse, id ex superiori responsione resolvi debet, nam & justa promissio, qualis hæc est, juramento confirmari ideò solet, ut metu numinis divini eam exactè jurans, impleat, *l. 2. C. de Reb. cred.* quod & Sophocles indicat,

Apposito jurejurando cautior & diligentior (ait)
Animus fit, à duobus enim sibi túm cavet,
Et ne lædat amicos, & ne peccet in Deos.

Quod quartò oppositum fuit ex *c. intellecto. d. Jurejur.* utiq; ex eo sententiæ nostræ fulcimentum non spernendum oritur, vult enim Pontifex ideò jusjurandum posterius non valere, quia id obviabat ei, quod Rex in initio sui Regni, capitulationem confirmando, præstiterat, quapropter dum prius observare jubetur, utique clarescit, non id contra Regis honorem esse. Quod quintò objectum fuit, resolutionem ex eo capit, non Principem sibi ipsi, sed Electores vice Imperii per mutuam conventionem eidem hasce leges præscribere, & ideò easdem infringere non potest. *l. sicut. Cod. d. Obligat. & Act.* eleganter *Xenoph. lib. 8. d. pædia Cyri.* Hæc ultro citroque (ait) inter Regem & subditos mutua promissio est, ad quam se utrique vicissim obligant, & qua ab una parte non servata, tollitur obligatio, & libera manet pars, quæ promissionem servavit. Quod sextò allatum fuit, ex dicto Augustini resolvi potest, refrænetse, quantum potest, ut non juratione utatur, nisi necessitas cogat: videlicet cum pigros esse homines ad credendum: quod eis utile est credere, nisi juratione firmetur. *c. ita ergò præcepisse. 22. q. 1.* & in argumento parificatio à domino ad Vasallum, & patrono ad libertum facta claudicat, quia cum jurat nondum Imperator est. Et ideò necdum Dominus aut patronus est, sed post præstitum juramentum demum eas appellationes sibi adsumere potest, qua responsione & septimæ objectioni occurri potest, cui addi illud Augustini debet, nusquam (ait) me in Scripturis sanctis legisse memini, ne ab aliquo jurationem accipiamus *in c. quamvis. c. 22. q. 1.* Ergò nec ab eo, qui electus est in Imperatorem, eam accipere exemplo Trajani vetamur, qui etsi ipse imperator, Cæsar, Augustus, Pontifex Maximus esset, stetit tamen ante Consulem sedentem, juravitque & expressit verba, quibus domum suam & caput suum, si scienter fefellisset, Deorum iræ consecraret, *Plin. in Panegyr. ad Trajan.* estque pro conclusione objectorum notanda inductio Paschalis Papæ, quæ extat in *c. significasti de Election. & Elect. potest.* mirabantur Reges & Regni Siciliæ Majores quod Archiepiscopo Panormitano tali conditione pal-

lium

sium offerebatur, si is Papæ obedientiam & fidelitatem juraret, putabant enim illi, quia jusjurandum à domino prohibitum, id minus rectè ab illo præsertim ut Archipiscopo exigi, verum quia multa incidere possunt, q̃ hominem licet benè informatū ab Ecclesiæ unitate, & obedientia abstrahere queant, voluit Papa ab eo juramentum pro fide retinenda, pro obedientia exhibenda, & pro unitate servanda præstari, qui enim insignia dignitatis exigit, is debitæ subjectionis signa solvere debet; similiter etsi Regia sublimitas supra jurationem constituta videtur, & ab eadem eam exigere speciem diffidentiæ præ se ferat, attamen cum non rarò exitu rerum compertum sit, *ut Jovius lib. 18. histor. ait*, eam demum Principum ac Regum fidem esse, ut pro libidine sanctissimas fœderum & conventionum leges attrectare violareque non dubitent, cum semel tantùm præsenti commodo atque ipsis temporibus serviendum esse censuerint, ideò eosdem jurejurando, quo nullum vinculum ad adstringendam fidem majores nostri arctius esse voluerunt, ait *Cicer. lib. 3. d. offic.* illigari tutius putatum fuit, & quidem hisce benè perpensis non difficulter argumentis Florentini à Venning. responderi potest, quod enim primo ille onera futuro domino imponi non posse putat, utique in quæstione est, nec allegatis textibus probatur, nam *d. c. Artaldus* agit de Episcopo, qui post electionem juravit se non alienaturum Ecclesiæ bona; quod nec reprobatur, quare nec juramentum Imperatoris de indemnitate Imperii reprobabitur, allegatū *c. in summa.* ea in quæstione non extat, objectum *c. 1. de Elect.* nihil aliud dicit, quam quod Ecclesiæ collegiatæ per electionem Canonicam provideri debeat; quod nihil ad terminos quæstionis nostræ facit, nam & nos legitimè electionem fieri juxta tit. 2. Aureæ Bullæ volumus, allegatum *c. significasti. de Elect.* nostræ sententiæ adstipulatur, nam uti eo in casu Archiepiscopus ad pallium sine juramento non adspirat, ita neq; Imperator absque eo imperium consequitur, opposita *l. 1. §. quæ operanda. ff. quar. rer. act. non det.* nihil aliud insinuat, quam quod onerari libertus ita non posset, ut si quocunque modo pa-

tronum

tronum offenderit, committatur stipulatio, quod utique ad casum nostrum, qui certos non verò indefinitos habet articulos, produci nequit, quod secundo objectum fuit Imperatoris potestatem non ab hominibus, sed Deo promanare, & ideò nec ab illis coarctari posse, rationem consequentiæ non sat firmam habet, quia & aliorum magistratuum potestas à Deo est. *Roman. c. 13.* ubi Apostolus ait, non est potestas nisi à Deo. *Proverb. 12. ✝. 15. Sapient. 6. ✝. 1. Johann. 19. ✝. 11.* nec tamen inde efficies, eorum infinitam esse potestatem, hanc enim illi, qui eligunt, constringere possunt, potestas tamen nihilominus, quæ manet, à Deo est, sed mediatè per electionem tribuitur, quod *Guntherus in Ligur. libr. 6.* indicare voluit. *Regnum*

Legibus antiquis & prisco more regatur

Cujus ab æterno tantùm collatio Regē

Provenit, ad Proceres electio pertinet.

Quod tertiò attulit, exemplo Imperatoris, Regibus, & aliis Dominis similiter per capitulationes onera impositum iri, id tantùm abest, ut nobis adversetur, ut etiam ab illorum exemplo ad justitiam capitulationis Cæsareæ arguamus, nam cum alii Reges initio sui regiminis in certa quædam capita jurare soleant, *Waremund. ab Erenbergk. cap. 11. num. 40. d. Regni subsid.* utique nec injustum erit, si Imperator & illud faciat, quod enim Exemplo fit, id jure fieri putatur, quarta oppositio deducta fuit à rebus imperii ad potestatem Imperatoris, verum differentiæ ratio in promptu est, de illis non disponunt, quia ipsis per legem fundamentalem imperii inhibitum id est, *tit. 5. in Aur. Bull.* de potestate verò Imperatoris coarctanda prospicere, ne imperium quid detrimenti patiatur, ipsis concessum esse Moguntinus ostendit in Electione Caroli V. *apud Sleid. lib. 1. de stat. Religion.* Quintò inductionem fecit ex *c. ubi periculum. ✝. cæterum. de Elect. in 6to.* ubi nudam Electionis conscientiam Cardinales prosequi jubentur, verum ex eo, quod constrictio potestatis Electoribus adempta sit, non sequitur, nam ad nudam Electionis conscientiam, dum eos respicere jubet, omnium privato-

rum

rum affectuum depositionem ipsis injungit, adeò ut si vel pactio vel ulla obligatio aut juramenta de hoc vel illo in Papam eligendo intervenerint, ad eorum observantiam promittens non adstrictus sit, non verò ut in sexta objectione innuitur, quod juramentum post electionem ab ipso Electo præstitum servari non debeat, nam id esse contra *dict. c. intellecto. d. jurejurand.* in quo Rex Ungariæ juramentum initio Regni præstitum servare jubetur, ex quibus resolvitur septimum oppositum, nam cum promissio Imperatoris de jure licita sit, utique juramentum eam roborabit, & relligionis hoc vinculum sine contemptu relligionis sperni nequit, *c. etsi Christus. d. jurejurand.* & ideò juramentum hos tres Comites, de quibus in 3. objectione agitur, habere dicendum est, si enim Principes magno consilii judicio suis cogitationibus principantur, omnesque stultos motus potestate sapientiæ comprimant. *Gregor. ad caput Job. 12. vers. 21.* utique sine veritate, justitia, & judicio ad jurandum eos impelli minimè dicendum est. Quod denique *Johann. Lupus de Palat. Rubeis* promissiones nonnullas à Ferdinando & Isabella Regibus non impletas esse jure arbitretur, utique in eo longissimè aberrat, potius nobis exemplum Sigismundi Imperatoris ob oculos ponamus, decet qui cum exigenti militi promissa responderet, at immoderata fuit petitio tua, & miles regereret, poteras negare ô Imperator cum peterem nunc sine turpitudine, quod promissum est, rescindere non poteris, Regiè subjecit, si ex duobus alterum me ferre oportet, facilius rerum quam famæ jacturam subibo. *Æneas Sylv. lib. 3. n. 3. ad Panorm. d. dict. Alph. Res.* nec quicquam ejus sententiæ adsistit *d. c. sicut. 27. de jurejurand.* nam inductio Abbatis eo in textu non fundatur, quia loquitur de eo, casu quo antè electionem inchoatam in præjudicium juris Episcopalis secreto inter se Episcopus adhuc in minoribus ordinibus constitutus & Canonici jurejurando convenerant, nos verò de eo casu loquimur, ubi ritè recteque peracta est Electio, & demum juxta receptum morem formulæ juramenti non in præjudicium, sed conser-

rationem Imperii concipitur, oppositum. *c. cum. venissent. vers. ipse verò d. Institut.* cum implicat casum, ubi Archidiaconus timore amittendi beneficii Archiepiscopo adsensum adhibuit, quod ad terminos nostros, qui spontaneum & liberum consensum implicant, non pertinet, nec enim electi, aut etiam eligentium conditio, metum aliquem electioni adspersum præsumi, admittit, non itaque sententia Felini eo in textu comprobatur, maláque inductione ad promissiones præjudiciales initio gubernationis à Principibus factas porrigitur, hæ enim quatenus ipsum statum non imminuunt servandæ sunt, nec enim ulla res, inquit *Cicer. in offic.* vehementius Rempublicam continet quam fides, quæ nulla esse potest, nisi præstatio rerum promissarum sequatur, & nihil stabile quod infidum est, nulla inter mortales, inquit *Sordrach. d. reb. gest. Scanderb.* major necessitas quàm fidei servandæ, qua sublata neque imperia possunt, neque aliud quicquam permanere, quod denique *Felin.* subjicit, jurisdictiones supremas non esse in marsupio Principis, nec posse urbem venalem habere, id quidem hactenus verum est, ut fas ipsi non sit, in præjudicium Imperii res ejusdem abalienare, Augusti enim nomen tueri ipsum augendo scilicet imperium decet, *Crantz. lib. 10. c.* adeò ut nec prædecessoris sui contractum in detrimentum principatus vergentem servare cogatur, & ipsi ut & ordinibus justitiæ ordine non neglecto rem in formam & statum antiquum reducere permissum sit. *Pruckm. memb: 2. c. 4. eff. 2. §. soluta potestas.* graviter contra hasce alienationes Imperii invehitur *Nicol. Cusan. Card. lib. 3. c. 30. d. concord. cathol.* O cœcitas maxima, non credant Principes de bonis imperii divites fieri, & permanere posse aliquamdiu? Curantibus enim omnibus sua augmentare, imperio ad nihil tendente: quid sequitur, nisi universorum destructio? quoniam non existente potentia majori conservativa, & pacativa imperii invidia, eademque semper crescente cupiditate, bella, schismata, divisionesque faciet, & tunc sicut omne regnum in se divisum desolabitur, inique collectum, decipiuntur itaque Principes sub imperio, dum ob

illum finem attrahunt & colligunt, undique imperialia, ut potentiores & fortiores fiant: quoniam postquam totam capitis & imperii potestatem membraque laniaverint & deglutiverint, desinet hierarchicus ordo, non enim est primus ad quem concurratur, & ubi non est ordo, ibi est confusio, & ubi confusio, ibi nullus tutus, & sic nobilibus inter se altercantibus jus omne in armis propriis quærentes surgent: quoniam sicut Principes imperium devorant; ita populares devorabunt Principes. Hæc Cusanus, atqui in capitulationem dum Imperator jurat, unicè id agitur, ut imperium suo in vigore permaneat, nam inter alia & hoc caput in ea exprimitur, facultates Imperii neque distrahat, nec oppignoret, aut alio quovis modo deteriores faciat.

DISCURSUS QVARTUS.

AUCTORE

D. DOMINICO ARUMÆO.

Quo tempore capitulationes introduci cœperunt?

Summa quævis poteſtas in Republica eſt certis legibus coërcenda & vinculis, non autem liberè quidvis pro animi arbitratu agere permittenda, dicit *Xenoph. in lib. de Lacedæmon. Republ.* quo ipſo vetuſtiſſimum ſcriptoribus inculcatum, utpotè ab antiquiſſimis illis capitulationis uſum eſſe cognoſcimus, & certè Spartæ ab Ephoris Reges conſtricti fuerunt, inter Regem & populum Perſarum qualis fuit obligatio idem *Xenoph. libr. 8. d. Cyr. Pædia* refert, Rex, ait, ſubditos ſuos adverſus extraneos hoſtes tueatur: inter ipſos autem ſubditos leges patrias & conſervet ipſe, & ab aliis ſervari curet: Subditi verò ut talem à ſe delectum aut probatum pro ſumo Magiſtratu retineant ac honorent: atque eidem laboranti, aut à ſubditis neglecto, vel extraneis impetito, auxilium & obſequium, quale juſſi erant, præſtent, & quamvis ſumma Imperatorum Romanorum in

in veteri Republica potestas extiterit, *l. 1. d. constit. prin. L. Princeps. d. ll. l. digna vox. C. d. ll.* cancellis tamen & limitibus certis constricta fuit, sicuti ex juramento Augusti, quod ejus rei gratia præstitit apparet, ita salvam, inquit, ac sospitem Rempubl. sistere in sua sede liceat, atque ejus rei fructum percipere, quam peto, ut optimi status auctor dicar & moriens, ut feram mecum spem, mansura in vestigio suo fundamenta Reipubl. quæ jecero. *Apud Sueton. in ejus vita* Trajanus similiter juravit, expressitque verba, quibus domum suam & caput suum si scienter fefellisset Deorum iræ consecraret. *Plin. in Panegyr. ad Trajan.* cumque Nero id negligeret, & omnia pro libitu ageret, à Senatu hostis judicatus fuit. *Sueton. in ejus vita.* apud Germanos priscos nec Regibus infinita aut libera potestas fuit, ait *Tac. de morib. German.* cujus rei vestigium extat in speculo Saxonico *lib. 3. art. 54.* quod plurium judicio longè ante Caroli Magni tempora, utpote à quo confirmatum fuit, incepit *Georg. Fabric. Rerum memorab. Saxonic. lib. 1. a. 811.* **Als man den König wehlet/** habet textus, **so soll er dem Reich Hulde thun vnd schweren/ daß er die Warheit sagen wil/ vnd alles vnrecht brechen/ vnnd daß er des Reichs Gerechtigkeit beschirmen wolle/ als best er könne/ oder mag/** quamquam ex hoc juramento nihil inferri queat, quo prisca lex Regia imutata demonstretur, nam & veritatem dicere, & injustitiam deprimere, & imperium protegere, officii ratio Regi imponit, & Dei lex exigit sive augeatur pax, ait *Isiodor.* & disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, sive solvatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit. *c. Principes. 23. q. 5.* verum per capitulationem in multis legi Regiæ detrahitur, cum itaque generalis saltem non exorbitantis potestatis obligatio ex juramento exsurgat, specialis verò, qua jus lege Regia tributum imminuitur, minimè ex eo resultet, utique id quo tempore factum, qui demonstrare cupit, cum non ad juramentum illud, quo quid Regiæ Majestatis & potestatis proprium est, facere jubetur, sed ad illa tempora devenire oportet, quibus illa, quæ Regi licebant, imminuta fuerunt,

runt, quod etsi nonnullis à Caroli Magni regiminis initio deducere placeat, error tamen eorum hac ipsa jurisjurandi formula satis redarguitur, quâ nihil Regiæ legi detrahitur, sed id, quod illa jubet, exemplo Augusti & Trajani factorum relligiosè in se recepit, & tantùm abest, ut in persona Caroli imminuta lex Regia fuerit, ut Senatus populusque Romanus omne jus suum in ipsum primitus transtulerit. *c. Hadrianus Papa distinct. 63. Enguihart. in vit. Carol. Magn. Marsil. Patavin. c. 8. de Transl. Imper. Radulph. d. colum. de Transl. Imper. Cuspin. in ead.* per capitulationem ergò non imminuit, quin imò cum in Carolo imperium Romano-Germanicum inceperit, & ab ipso, ut hæreditarium, in Ludovicum filium testamento translatum sit *Enguihart. in vit. Carol.* verosimile non est velipsum aut successores ejus legem de modo administrationis certo sibi poni passos fuisse, ut enim privato, quo modo res suas disponere debet, præscribi non potest, *l. in re mandata. C. mand.* sic multò minus illi modum, quo imperium suum & majorum virtute in ipsos translatum regere jussi fuissent, accepissent, & monet *Tacitus lib. 3. Annalium,* novum Principem eodem modo, moreque recipiendum esse, minima enim mutatio in rebus licet non magni momenti offendere solet, quapropter cum Carolus cum filius Ludovicus legem non acceperint, non ponendum & successores eorundem alio modo & more imperium subiisse, & aliud si tentatum fuisset, ille haud dubiè Imperii Principibus id quod Valentinianus Imper. suis militibus reposuissent, vos qui meo imperio subjecti estis quiescere: me autem ut Imperatorem, quid agendum sit, considerare decet. *Sozomen. hist. Eccles. lib. 6. c. 6.* Verosimilius igitur videtur cum extinctâ Carolinâ stirpe in Ludovico Arnulphi filio Electio successioni substitui cœpit, initiú capitulationi tempore *Conradi I.* datum fuisse, nam cum non rarò motus & mutationes imperio ab una familia ad aliam translato sequi soleant, quod Otto Saxoniæ Dux cùm ad Imperium post Ludovici mortem vocaretur, dixit, *Cuspin. in vit. Conradi I.* Eligentes hac una cautione mutationibus obviare solent, ne noviter

Electus suoquoius arbitrio, sed ordinum quoque consensu res majoris momenti peragat, & ipsos in partem solicitudinis vocet, quod non solùm exempla Electitiorum Regnorum ostendunt, verum & in præfato Cunrado Imperatore, qui Ludovico defuncto substitutus fuit, apparet, nam etsi is & opibus ac robore animi ac corporis fideque ac existimatione & majestate sustinendæ moli Imperii longè aptissimus judicio Ottonis esset, *Cuspin. d. loco.* attamen Principibus placuit inter alia capitulationis membra & id adjicere, ut summa rerum gerendarum administratio penes Ottonem, qui tamen imperium recusaverat, permaneret. *Cuspinian. ibid.* quod mutuo consensu & non solius Imperatoris contra Principes, aut etiam principum contra Imperatoris voluntatem, odia enim & bella hinc extitissent, per modum conventionis placuisse probabile est; Cunrado Henricus Auceps Ottonis filius non testamento, sed commendatione ejus per electionem successit, is eum convocatis Germaniæ Proceribus maximis precibus intermixtis lachrymis multis ne amore regnandi, ambitioneque dissidium Imperii fieret, persuasit, ut Henricus Rex eligeretur. *Cuspin. ibid.* quem verosimile est non alia conditione Imperium, quam qua Antecessor ejus id habuit, accepisse, à forma enim Reipublicæ semel recepta regressum esse non præsumitur, nec facilè recedi debet, ejus enim mutatio non rarò eversionem Reipublicæ secum trahit *Petr. Gregor. lib. 7. c. 19. in fin. de Republ.* & quamvis filii in Ottonum & Henricorum familiis propter parentum merita & virtutes, nam quod in illis admiramur, id de filiis eorum facilè speramus, electi fuerint, id enim Juris Romani Imperii apex, ait *Otto Frising. lib. 2. c. 1. de Reb. gest. Frid. I.* non per sanguinis propaginem descendere, sed per Principum Electionem, Reges creare sibi tantùm ex singulari vendicat prærogativa, nullibi tamen in eorum personis mutatam Regni formulam contra juris rationem legimus, quæ dictat ex personâ hæredum conditionem obligationis non immutari. *L. 2. §. ex his igitur. ff. de verbor. obligat.* quinimò progressu temporis ne Imperatorum filii jure suo

ipsis

ipsis successionem imperii deberi existimarent, decretum. Factum fuit, ut Regia potestas nulli per hæreditatem, sed filius Regis etiamsi valdè dignus esset, per electionem spontaneam, quam per successionis lineam Rex provenirer, si verò non esset dignus filius, vel si nollet cum populus, quem Regem facere vellet, haberet in potestate populus, prout refert *Brun. in Histor. Bell. Saxonic. pag. 135.* & tunc quidem protinus Rudolphus Haspurgensis Comes in Imperatorem electus fuit, qui juxta formulam decreti regnum non uti proprium, verba sunt *Pauli Bernardensii in vita Gregor. VII*, sed pro dispositione sibi creditum reputans, omne jus hæreditarium in eo repudiavit, & vel filio suo se hoc adepturum, penitus abnegavit, justissimè in arbitrio Principum esse decernens, ut post mortem ejus liberè non magis filium ejus, quam alium eligerent, cujus decreti robur, etsi ille Principes, ut filium suum Albertum Regem designarent, pertentaret tàm altè id radices in animis Electorum egerat, ut illi quantumvis optimè de imperio merito geatificari nollent, sed Comitem Nassoviæ Adolphum ipsi mortuo surrogarunt, *Cuspin. in vita Rudolph.* quo quidem tempore electione demum purificata. *Cuspin. in pr. vit. Rudolph.* & occasione ex interregno, quod per electionem discordem Alphonsi Regis Hispaniæ, & Richardi Regis Angliæ septendecim annis duravit, captata Electores haud dubio nonnullas potestatis Regiæ particulas, ut & successu temporis plures, in quibus se abusu nimiæ dominationis prægravari existimarunt, Reipublicæ, à qua potestas Regia fluxerat, reddiderunt, cujus rei conjecturam capere licet ex eo scripto, quod *Georgius Spalatinus de vita Friderici III. Electoris Saxoniæ &c.* nondum editum reliquit, cujus inter alia ejus opera mentionem facit *D. Hortled. in præfat. c. 23. lib. 4. de caus. bell. German.* in quo extat caput quoddam, cum inscriptione tali: Hernach verzeichnete Artickel sind in der Wahl eines Römischen Keysers nach tödtlichem Abgang Maxim. I. von den Churfürsten bedacht / daß sie einem newen Römischen König zu halten / sollen eingebunden werden. Anno 1519. cujus capituli verba inter cætera sic habent,

wie

wiewol in der Gülden Bull / der Reformation auffgerichten Landfriedens vnd Ordnung des Reichs gnugsam versehen/wie sich ein Römischer König gegē Churfürsten/Fürsten vñ andere Stände des Reichs halten soll mit Handhabung Friede vnd Rechtes/auch einen jeglichen bey seinen Obrigkeiten/Freyheiten vñ Rechten gut vnterhaltē/ so hat sich doch darwieder fast allerhand Mißbrauch begeben / nemlich / daß durch hochlöblicher Gedechtniß Keyser Maximilian ohn wissen Churfürsten/ Fürsten/ vnd anderer Reichstände Verbündnüß angenomen/ Kriege angefangen/daraus Auffruhr vnd Schade entstanden/ viel Reichstäge angesetzt/ Steur vnd Hülff gesonnen vnd einbracht / in Beschwerniß Churf. Fürst/ vnd anderer Stände vnd Vnterthanen / die dardurch geblöst/vnd nichts desto mehr Fried vnd Recht vnterhalten worden / dem Reich auch kein Nutz geschafft / were darumb einsehen zuhaben / daß ein künfftiger Römischer König in obgesetzten vnnd dergleichen Articklen sich hielt / laut der Bull vnd Ordnunge/ ex quibus excessum dominationis causam strictioris formulæ fuisse, cujus avertendi gratia omnis illi articuli, de quibus conquesti tùm Electores in capitulatione Caroli V. comprehensi sunt, imò postquam temporis progressu terror nominis Pontificii in Germania desiit, & mutatio Relligionis subsecuta fuit, utilitas Reipublicæ subsequentium Imperatorum capitulationibus nonnulla inseri exigere visa fuit, quæ ostendunt boni & perfecti Principis imaginem, planè ad *Osorij* descriptionem convenientem, qui Regum officium esse dixit, consulere populis, tueri innocentiam, coercere improbitatem, dare salutem, propulsare pericula, conservare & bonis omnibus amplificare Rempublicam, & hunc finem capitulationibus collimari ejusdem insinuabit selectio.

E DISC. V.

DISCURSUS QVINTUS.

habitus

In Promotione Doctorali.

AUCTORE

D. DOMINICO ARUMÆO.

An plures Imperatores esse Imperio utile sit?

CUm non voluntas mea, sed officii ratio hunc locum mihi concesserit, non quidem ut mutus, quod in fabulis fieri solet, hic me omnium oculis exhiberem; sed ut summum beneficium, quod in Academiis tribui solet, potestque, Doctissimo Viro conferrem, id verò cum receptâ consuetudine, quæ omnium rerum imperiosa domina perhibetur, non nisi sermonicatione prævia peragi soleat, dicam pace vestrâ de eâ re, quæ ab omnibus facilè intelligi, & quæ pars ad regulam veri falsive inclinet, dijudicari potest. An scilicet Imperii nostri statui conducat, duos vel plures Imperatores simul eligi? & quidem historicorum scrinia si rimati fuerimus, & in temporis præteriti Acta, undè in futurum, quæ pro-

profunt consilia peti à prudentibus solent, nos convertetimus; id affirmandum ex eo videtur; quod non semel duo imò & plures Impp. Romanum Imperium administrarunt, Marcus Antoninus Philosophus & Verus Antoninus pari potestate id obtinuerunt, Gallus Hostilianus & Volusianus similiter rexerunt. Carus, Carinus, & Numerianus uno eodemque tempore imperii decus habuêre, Diocletianus & Maximianus non solùm admirabili concordiâ gesserunt, sed etiam deposuerunt, quod omnibus dulcedinem imperandi specietenus solummodò intuentibus plus admirationis quam æmulationis allaturum est: & quidem Diocletianus Nicomediæ Galerium, Maximianus Mediolani Constantium Augustos ex Cæsaribus declararunt; inde ambo templum Jovis ingressi populo audiente dixerunt, *Recipe Imperium Jupiter, quod mihi commodasti: quod ego ita depono, ut resumpturum non esse sanctum tuum testatus numen adjurem:* atque his dictis protinus ipsis se imperii insignibus, stupentibus potius hominibus quàm probantibus, exuerunt, duosque illos Imperatores suo loco substituerunt, quos postmodum subsecuti Arcadius & Honorius aliique feliciter simili potestate Imperii habenas tractarunt, & quamquam hæc vetustiora sint, attamen si Cuspiniano credimus, recentius exemplum Ludovici Bavari, & Friderici Austriaci, per discordiam Electorum extat, inter quos hanc compositionis viam initam esse putat, ut potestate æquali imperium gubernarent, verba transactionis sic se habent: *Nos Ludovicus & Fridericus Dei gratiâ Romanorum Reges semper Augusti notum facimus omnibus has litteras visuris, quod ea lege reconciliati sumus, ut Romanum Imperium, ad quod ambo electi & consecrati sumus, cum omnibus suis dignitatibus, honoribus, juribus, hominibus atq; bonis, & quicquid habet, & ad illud in universo mundo pertinet, pariter tamquam una persona possideamus, habeamus, procuremus, & administremus &c.* quorum recitatione commonemur, id cum olim obtinuerit, cur non & hodiè admittendum & si Majestati Imperatoriæ adversum tunc non putatum, cur hodiè censebimus? Majorum quippe vestigiis,

ubi rectè præcesserunt, tenaciter insistendum est. Quid? quod mortuo Imperatore Palatinus & Saxo Imperii Vicarii sunt, & æquali potestate divisis inter se limitibus id administrent, cur non ergò & duo Imperatores admittendi? nam & hos ob singularem industriam exploratâ eorum fide & gravitate ad hujus dignitatis fastigium evectos credibile est, non minori tranquillitate & conjunctione imperium gesturos esse.

Verùm hisce utcunque speciosis paulisper sepositis, videamus quæ pro parte altera dici possunt, sic quis justius induat arma, scire licet, nisi enim diversæ sententiæ dicantur, inquit *Artabanus apud Herodotum* non potest quis eligere meliorem, sed necesse habet, eâ, quæ dicta est, uti: at cum plures prolatæ sunt, licet tamquam aurum purum deligere: quod per se discerni cum nequeat comparatum cum altero cognosci potest. Et ut hinc ordiar, certum est, quod cui majestas tribuitur, eidem ut & summa concedatur potestas necesse est, per duos verò vel plures distributa potestas desinit summa esse, siquidem ipsa rerum natura non patitur, ut duo summi sint, & ut multitudo Deorum nullitas est Deorum, juxta *Athanas. in Orat. advers. Idola*, ita quoque necesse est, multitudinem Principum id efficere, ut nullus Princeps esse videatur; ex quibus si collectio instituatur, & electo uni majestas & per hanc summa potestas tribuatur, alteri Electo ut adimatur consectarium est. Atqui si regesseris, majestatem inter utrumque dividi, & potestatis communicationem institui posse; parata mihi erit responsio, quod majestatis divisio non magis quam animæ in corpore humano fieri queat, nam ut vitalis hominis spiritus animæ beneficio ducitur, ejus sectione autem evanescit, sic majestatis medio Imperator existit, divisione verò ejus quasi extinguitur, hincque ipsi adeò conglutinata imisque infixa medullis perhibetur, ut ne quidem ipse, licet maximè velit, eam alii communicare possit, quapropter cum Carol. V. Imp. â Ferdinando fratre & Cæsare peteret, ut filium suum Philippum per Italiam & Belgium Imperii Vicarium cum plena potestate constitueret, adsentiri noluit,

luit, inquit *Thuan.* quod tantum de Cæsarea dignitate ac Majestate, quam integram & illibatam tueri recepisset, decessurum, quantum ex ea alteri concederet, & Carolus IX. Galliæ Rex modis omnib. efficere tentavit, ut Carolum Lotharingiæ Ducem jure Majestatis in Ducatu Barriensi Gratiosissimo diplomate donaret, sed frustra ait *Bodin.* cum jure Majestatis à se alienare non possit, quamquam homini Gallo in eo adsensum præbere mihi religio sit, quod Galliæ Regis Majestati ex eo, quod Sigismundus Imperator in Curia Parisiensi Prætorem Belloemiensem equitem crearit, præjudicatam putet, neque enim notitiam ejus effugere debuit, quod Cæsarea Majestas nullis terrarum spaciis circumscribatur, & ideò Sigismundum Parisiis summæ ejusdem potestatis jura, inter quæ & creatio equitum est, exercere potuisse; Quod Alphonsus Rex Arragonum ostendere satagens, Friderico III. Imperatori ipsum invisenti claves Regni Neapolitani in signum universalis domini subjectissimè, auctore Panormitano detulit. Deinde, tutissimum est naturam Ducem imitari, hæc verò pluralitatem Principatus respuit: In apibus Princeps unus est, ait *Hieronym. ad Prussicum Monach. Epist. 4.* Grues ordine litterario unam sequuntur. Roma ut condita est, duos fratres simul Reges habere non potuit, & parricidio dedicatur; ipsa rerum experientia verissimum illud Tragici ut tædas sic nec regnum socios ferre posse, ostendit, quod suo modo Protestantes in bello Germanico, quod mole maximum, confectu facillimum, eventu felicissimum Cæsar cum ipsis judicio Thuani gessit, experti sunt, nam cum Saxoni in Imperio Landgravius Hassiæ æquatus esset, lentè admodum in eorum castris omnia gerebantur, dissentientibus ferè semper Ducibus, & plurium æquato imperio universi segnes, &, quid agendum esset, incerti, quapropter, sicuti olim Nero, cum Reges nonnulli de generis vetustate, nobilitate, & potestate suâ inter lætæ mensæ bona disceptarent, recitatione versus Homerici:

Multos imperitare malum est Rex unicus esto.

contentionem diremit, ipse & eo hanc disputationem sisto;

 faci-

facilius utique & vos Auditores in sententiam meam ituri, si, quod de plurium regimine pro parte altera allatum fuit, in claritatis lucem revocavero, & quidem Imperii Romani status sub Roman. & Græcis Impp. tàm amplus, vastaq; molis partium tantus numerus fuit, ut unius regimine difficile regi potuerit, quapropter limitibus inter se divisis orientem alter occidentem imperio arctabat, ita tamen, ut sua in parte quisque Majestate integra & ex hac resultante potestate summa fulciretur, at cum imperium illud maxima ex parte dissipatum sit, quicquid enim in Asia tenuit, & quicquid in Africa, totum est amissum. Maximam Europæ & fertilissimam partem possedit, nunc nautem ex illa veluti mole creverunt alia multa regna, prorsus ab ipso corpore separata, ita ut amplitudine illa tamquam causa pluralitatis sublata, ad illam hodiè deveniri necesse non sit, imò nec salva majestate possit; Quod si verò regesseris, áttamen tempore Ludovici Bavari, & Friderici Austriaci Imperii limites coarctatos fuisse, eosdemque nihilominus pari potestate id obtinuisse; sicuti superior transactionis formula à Cuspiniano vernacula lingua edita innuere videtur, verum Cuspinianus Austriacæ domus historicus nimium Austriaco indulsisse verosimile est. Ludovicus enim Bavarus à potiore parte Electorum in Cæsarem electus fuit, obstitêre saltem duo, qui Fridericum elegerunt, quod enim in vulgus sparsum, quasi nuntii Brandeburgici dolo superior Friderico extiterit, figmentum esse ex monumentis publicis, quibus per omnem ætatem apud omnes gentes etiam ab omni humanitate alienas primus honos & prima fides debetur, demonstrat *Hervvartus Ordinum Bavariæ Cancellarius in eo libro, quem edidit adversus Brovium*, fuit insuper Fridericus in acie à Ludovico captus, & per triennium detentus, cum quo tàm ipsi nocivam transactionem iniisse credibile non est, & quì Ludovicus insciis Electoribus statum Imperii Monarchicum in Duumviratum, qui magis Aristocratiam redolet, convertere potuisset? cum enim unus sine alterius adsensu imperare non potuisset, neutrius sola & ideò nec summa potestas fuisset, & majestas consequenter

ſequenter evanuiſſet. Et hiſtorico Cuſpiniano Rebdorffium hiſtoricum, qui eo tempore vixit, opponimus, qui nullam hujus transactionis mentionem facit, quam utique ille ſilentio, ſi facta fuiſſet, non involuiſſet, imò verbis rotundis inter cæteras liberationis conditiones hanc fuiſſe narrat, *quod Fridericus juri electionis renunciaverit.* Villarus quoque hiſtoricus Tuſcus & Ludovico ætate æqualis in hiſtoria ſua. *c. 193.* pacto additum fuiſſe teſtatur, *ne in poſterum Fridericus nomine & titulo Regis Romanorum uteretur*, Rex ergò non permanſit. Quod denique oppoſitum fuit Palatinum & Saxonem diviſis inter ſe limitibus imperium interregni tempore adminiſtrare, id quidem verum eſt; ſed non per modum Majeſtaticum, jura quidem Majeſtatis inter plures diſtribui poſſunt, ut in ſtatu Ariſtocratico & Democratico videre eſt, ubi pro arbitrio optimatum vel populi jura Majeſtatis exercentur, Majeſtas tamen, quæ omnis diviſionis expers eſt, minimè ipſis competit, & inſolens foret, ſi quis Venetorum, Helvetiorum, aut etiam Belgarum Reſpubl. vel Ordines titulo Majeſtatis, etiamſi jura ejuſdem habeant, exornare vellet. Sic Elector Saxo & Brandeburgicus privilegium de non appellando, in fallibile majeſtatici juris ſignum habent, majeſtatem verò, quâ ſolus Imperator fulget, non habent. Comites Palatini Cæſarei ex indultu Imperatoris poſſunt Nobiles, Doctores, Magiſtros, Poetas, Notarios, aliaque facere, quæ omnia ad jura Majeſtatis quâ ipſi longiſſimè abſunt, pertinent, imò quia Majeſtas ſumma eſt poteſtas, fruitionem non habet, conſectarium eſt Vicarios, quorum creatione novi Cæſaris expirat poteſtas, per modum Majeſtaticum, de quo nobis ſermo eſt, imperium non adminiſtrare.

DISC. VI.

DISCURSUS SEXTUS,

De

CORRUPTO REI MONETARIÆ STATU.

AUCTORE

D. JOHANNE GERHARDO THEOLOGO.

In promotione Doctorali habitus.

DE Mida Phrygiæ Rege ditissimo eodemque stolidissimo literarum monumentis est proditum, quod ex cœca & immani χρυσομανίᾳ optaverit, ut quicquid attigisset, subitâ quadam μεταμορφώσει in aurum commutaretur, sed inexplebilem illam auri sitim divina Nemesis judicio vindicavit gravissimo; Cum enim cibi ipsi, quos manibus vel ore apprehendebat, in aurum, prout experiverat, converterentur, factum ex eo, ut fame ipsi miserè tandem esset pereundum. Stolidum & propostertum Regis illius votum omnes ridemus, detestamur ac justissimâ affectum pœnâ agnoscimus. Sed si nosipsos ac nostrorum temporum mores intueamur, majorem non dico ridendi, sed plorandi, conquerendi, detestandi habemus materiam. Neque enim in aurum vel argentum omnia converti optamus, sed quod longè

longè deterius eſt, ut in argenti ſcoriam & ſpumam, in ferrum & lutum, quicquid adhuc ſupereſt monetæ probioris ac pretioſioris commutetur, ſtudio quo poſſumus maximo laboramus. Ecquid verò hanc intemperiem tandem conſecuturum putamus? idem ſcilicet, quod Midæ Regi contigit, niſi enim malum iſtud corrigatur, propediem futurum eſt, ut totum Reipubl. corpus contabeſcat, ac miſerandum in modum pereat. Sed quid Ethnicas vel fabulas vel Hiſtorias arceſſo, cùm domi ad eam rem oracula ſuppetant Prophetica. *Eſaias Propheta Regius c. 1. v. 22.* extremam Iſraëliticæ politiæ corruptionem deſcripturus in hæc prorumpit verba. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, ideſt, metallo ignobili adulteratum adeò viluit, ut non tam argentum quàm ſcoria cenſeri debeat. Proverbialem hanc eſſe locutionem à ſubdolis mercatoribus vel potiùs impoſtoribus ductam, qui adulterinâ utuntur pecuniâ, dum ignobili metallo colorem argenti inducunt, cùm nihil ſit præter viliſſimam ſcoriam, haud inficias iverim, apparet n. idipſum ex v. 25. excoquam ad purum ſcoriam tuam & auferam omne ſtannum tuum h. e. quicquid labis doctrinæ & vitæ adhæſerit, igne tribulationis excoquam, perinde ut metallarius ac argentarius opifex colliquefacto in fornace argento, quicquid ei adhæſerit impuri aut vilioris metalli, excoquit ac repurgat. Apparet ex loco parallelo *Jerem. 6. v. 28.* ubi eodem loquendi genere Eccleſiaſtici ac politici ſtatus corruptelæ in populo Iſraëlitico deſcribuntur. Omnes illi ſunt æs & ferrum corruptum, v. 29. combuſtus eſt follis, igni conſumtum eſt plumbum, fruſtra conflavit conflator & malitia non eſt remota. ℣. 30. argentũ reprobum vocantur, quia Dominus reprobavit eos. Thren. 4. v. 1. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatum eſt aurum optimum? ubi ſtatim v. 2. ἐξηγητικῶς ſubjungitur, Filii Sion incluti & æquiparati auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli; quo ſenſu etiã dictũ Propheticum exponit Hieronymus in comment. Interim negari nullâ veritatis ſpecie poteſt, ex hac ipſa Prophetæ παροιμίᾳ rectiſſimè colligi, ꝙ ſignũ ſit extremæ corruptionis in

corpus Reipubl. invectæ, si argentum versum sit in scoriam ac moneta à pristina bonitate degeneret in stomomatis squamam. Qualis enim moneta, tales plerunq; sunt hominum mores, ferrei sc. plumbei, lutei & terrei h. e. obscuri & molesti, qui priùs erant aurei, argentei ac candidi. Præfiguratum id in Colosso Regi Nabuchodonosori in visione ἐνυπνίου oblato, qui statum quatuor Monarchiarum continuâ serie sibi invicem succedentium adumbrare debebat. Ejus caput erat ex auro optimo, pectus & brachia ex argento, venter & femora ex ære, tibiæ ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. *Dan 2. v. 32. & 33.* Aurum inter metalla omnia est preciosissimum, ferrum contra vilissimum. Significatur igitur statũ quartæ Monarchiæ interitui pſertim ꝓximæ fore corruptissimũ ac mores hominum priùs optimos tandẽ fore pessimos & profligatissimos. Ex qua visione Prophetica ac vaticiniis Christi & Apostolorum de statu novissimorum temporum *Matth. 24. v. 12.* abundabit iniquitas & refrigescet caritas *2. Tim. 3. v. 2.* in novissimis diebus instabunt tempora difficilia atq; alibi passim editis dubio procul Philippus Melanchthon collegit suum augurium, quo ꝓdixit, tria tandem mundo defutura, fideles amicos, monetam probam & lignorum necessariorum copiam. De hoc corrupto rei monetariæ statu ac malis in societatem humanam ex eo redundantibus in hoc augusto vestro; Viri eminentissimi, consessu verba facere constitui, non quidem eo animo, quòd Magistratuum ac Principum, ad quorum Regalia Jus cudendi monetam pertinet, famæ, existimationi & autoritati, quæ apud omnes subditos sacrosancta & inviolabilis esse debet, ullâ ex parte detrahere velim, de quo solenniter & in forma, ut dici consuevit, optima protestor; stolidum namque foret scribere adversus eos qui possunt proscribere, disputare contra eos, q posſũt amputare, figere & pungere illos q possunt configere & compungere, insectari eos qui possunt secare; nec quod leges præscribere velim, juxta quas monetæ valorem ac pondus Principes conformare debeant, novi enim à mea professione ac foro id esse alienum; sed ut temporum nostrorum

strorum mala, quæ in oculos & aures omnium nostrûm incurrunt, deplorem; quemlibet sui officii & conscientiæ admoneam; glaucoma ac nebulas, quas ærufcatores & pseudo-monetarii Magnatum oculis objiciunt, acsi medium illud ad fiscum Principalem augendum sit accommodatissimum, veritatis luce dispellam, imposturas quibus jus cudendæ monetæ ad se pertrahunt, eodemque pessimè postmodùm abutuntur, in lucem producam; illis qui in aulis vel docendi munere funguntur vel politicis consiliis hoc ipso tempore præsunt aut inposterum præerunt, (quorum complures in lectissimo Studiosorum cætu adesse arbitror,) autor atque hortator sim, ut curas, cogitationes ac vires omnes ad monetarium istud monstrum debellandum convertant, quâ in parte nihil quicquam vel à mea professione vel ab hac solenni panegyri alienum me facturum planè confido. A vobis autem Auditores Magnifici, Amplissimi, Spectatissimi, quo possum studio, quâ debeo observâtiâ, contendo, ut orationis meæ cursum leni favoris vestri aurâ provehatis, ut ad portum delata in benevolentiæ & æquanimitatis vestræ sinu suaviter conquiescat. Sanctè polliceor, me gratâ dicendi brevitate animos vestros ita conciliaturum, ut quod in rerum gravissimarum pondere ac verborum lectissimorum elegantia mihi deest, eâdem utcunque à me compensetur.

Antequam verò orationis meæ vela pandam ac præsentem rei monetariæ statum cum extremo Rei totius publicæ detrimento esse conjunctum eidemque nisi maturè remedium adhibeatur, πανολεθρίαν allaturum, demonstrem, occurrendum videtur illis, qui ad Theologum minimè omnium spectare censent, hac de re cogitationem ullam nedum sermonem suscipere. Existimant enim, rem monetariam esse merè politicam in arbitrio Magistratus unicè positam, ac pertinere hoc negotium ad secundam Decalogi tabulam, cujus explicatio & cura Politicis unicè sit vendicanda, ut ex Alberico Gentili lib. 1. d. nupt. cap. 10. Eberhardus à Weihe in libro d. regni subsidiis & onerib. pag. 11. loquitur. Rigidi nimis hi sunt Cẽsores ac Aristarchi, â quorũ ferula ipsi Salva-

tori nostro metuendum fuerit, quippe qui templum Hierosolymitanum ingressus collybistarum τὸ κέρμα effudit & mensas eorum subvertit *Joh. 2. v. 15.* nec unicâ tantùm vice sed repetitis actib. id fecisse legitur *Matth. 21. v. 12. Marc. 11. v. 15. Luc. 19. v. 45.* Nec liberi erunt ab hac ferula sanctissimi Prophetæ, qui Zelo divino accensi avaros in populo Israëlitico graviter hoc nomine taxant, quòd imminuant modium & magnificent Schekel, id est, quod precia rerum in immensum augeant & hac ratione emant in argento egenum & pauperem propter calceamenta, dum quisquilias frumento vendunt. *Amos 2. v. 6. cap. 8. v. 5. & 6.* Quòd si Amoso integrum fuit reprehendere eos qui מַפָּל labile sive paleas loco frumenti vendunt & pauperes hoc pacto deglutiunt, an piaculi loco haberi potest, si Theologus idipsum arguit, quod per collybistas & ærusCatores scoria & spuma loco argenti exponatur ac preciis rerum in immensum hac occasione auctis gemitus & lachrymæ pauperib. extorqueantur? Juravit Dominus per celsitudinem suam in Jacob notam, pergit Amos, si oblitus fuero usque in finem omnia eorum opera? *v. 7.* Nunquid non movebitur terra & lugebit omnis habitans in ea? *v. 8.* ac nos existimabimus parùm pensi â Theologo habendum, si novis istis novorum usurariorum artibus pauperes deglubantur ac deglutiantur? Periit misericors de terra & rectus inter homines non est, unusquisque fratrem suum venatur reti; conqueritur *Micheas cap. 7. v. 2.* & nos surdis auribus querelas pauperum hauriemus, siccis oculis ipsorum lachrymas spectabimus, ore clauso & obserato imposturas ærusCatorum magis magisq; latiùs grassari patiemur? Quin potiùs prætermissis censorum istorum præposteris judiciis exaltabimus vocem nostram tanquam tubam *Es. 58. v. 1.* & contra corruptissimum rei monetariæ statum viribus quantis possumus insurgemus. Intelligo verò per corruptum rei monetariæ statum monetæ fortioris, sive grossæ antiquæ & probatæ collectiones, fractiones & conflaturas, quotidianam mutioris monetæ deteriorationem, ἀργυροκοποίων sive officinarum monetariarum passim in omnibus locis ob

confla-

conflaturas illas perficiendas erectionem, earundem Judæis non baptizatis & baptizatis factam elocationem, ac quæ hujus generis sunt alia complura. Hunc rei monetariæ tractandæ modum cum extremo Reipublicæ detrimento dico esse conjunctum ac nisi remedium adhibeatur, totale exitium eidem allaturum. Illud verò non cæco quodam animi impetu impulsum, sed rationib. non contemnendis permotum me statuere ut omnibus appareat, age in vestrum eas producam conspectum. Primum sententiæ meæ argumentum â causa efficiente principali petitum erit. Quicquid Reipublicæ salutare ac commodum esse debet, id à Deo omnis felicitatis autore proficisci oportet & vice versâ; quicquid non proficiscitur â Deo *πάντων δοτῆρι ἐάων* & omnis in vita etiã civili beatitudinis fonte, illud Reipublicę salutare ac commodum esse nequit, in quo probando operam supervacaneam ponere nolim, cùm *Jacobi. 1. v. 17.* *πᾶσα δόσις ἀγαθὴ* sursum à patre luminum descendere disertis verbis dicatur & omnium piorum consentienti suffragio illud sit comprobatum. Jam verò præsens rei monetariæ tractandæ modus Deum non videtur autorem habere. Deus enim *ἀριστομέγιστος*, quem à bonitate optimum â potẽtia maximum dicimus, autor est ordinis non *ἀκαταστασίας*, non *ἀταξίας* & cõfusionis *1. Cor. 14. v. 33.* quò refertur â Scholasticis dictum Apostolicum ex Græco textu minus quidem commodè redditum, analogiæ tamen fidei & veritati maximè congruum. Quæcunque â Deo sunt, ordinata sunt Rom. 13. v. 1. quippe qui ut in prima creatione omnia in mensura, & numero & pondere disposuit Sap. 11. v. 21. ita adhuc hodie in fixo ac certo ordine omnia conservat. Jam verò experientia non loquitur, sed clamat, præsentem monetariæ tractandæ modum confusiones introducere longè maximas, adeò ut omniũ prudentum calculo *ἀδύνατον* videatur commercia diutius persistere posse, nisi monstrosa illa rei monetariæ corrigatur *ἀνομία*. Ecquis igitur statuere potest, Deum hujus confusionis & *ἀταξίας* autorem esse ac Deo autore & approbatore geri, quicquid hac in parte suscipitur? Justus est Deus, amator justitiæ & severissi-

tissimus injustitiæ omnis vindex, ut ex innumeris Spiritus S. oraculis constat. Justitia omnis in æqualitate consistit, ut multis ostendunt, ad quos ea cura propriè pertinet. At præsens rei monetariæ status summam inducit inæqualitatem, quidam enim per eum brevissimò temporis spacio ingentes acquirunt divitias & ut prophetæ Habacuci verbis utar *cap. 2. v. 6.* multiplicant non sua & aggravant super se densum lutum, reliquis contrà ad extremam paupertatis lineam redactis & cum fame atque indigẽtia strenuè luctantibus. Ecquis verò sibi persuaderi patietur, hujus inæqualitatis & *ἀνομίας* Deum esse autorem qui seriò expenderit illud Propheticum, *Esai. 5. v. 8.* Væ illis qui conjungunt domum domui & agrum appropinquare faciunt agro, ut non sit locus aliis, num habitabitis vos soli in medio terræ? Et *Hab. 2. v. 9.* Væ qui avarè corradit opes in perniciem domui suæ, ut sit in excelso nidus ejus v. 11. quia lapis de pariete clamabit & laquear ligneum respondebit v. 12. Væ qui ædificat civitatem in sanguinibus & præparat urbem in iniquitate. Deus Rex Regum & Dominus dominantium *1. Tim. 6. v. 15.* Magistratum in his terris constituit ac seriò præcepit, ut debitam reverentiam & obedientiam eidem omnes præstent *Rom. 13 v. 5. 1. Petri. 2. v. 13.* Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, sibiipsis judicium acquirunt, ut graviter pronunciat Apostolus *Rom. 13. v. 2.* jam verò nemini dubium, corruptelas illas monetæ ex supremi in terris Magistratus Cæsareæ Majestatis irreverentia, ut mollissimè loquar, primam duxisse originem. Quòd si enim Augustissimo Imperatori debita constitisset autoritas, nisi obedientiæ repagula fuissent perfracta ac perrupta, nunquam ad tantam in re monetaria *ἀνομίαν* & confusionem fuisset descensum. Deus Magistratum potestate legum ferendarum instruxit, quisquis ergo honestas Magistratus leges, cum verbo congruentes & communis societatis utilitati inservientes, fundamentales præsertim, datâ operâ ac protervè violat, is conscientiam suam vulnerat, cùm non tantū propter iram, sive pœnã, sed etiam propter conscientiam Magistratui & legib. Magistratus subditi

esse

esse jubeamur Rom. 13. v. 1. Jam verò conflaturæ illæ fortioris monetæ & quicquid illis annexum ac subserviens, è diametro pugnat cū Imperii constitutionibus, cum legibus fundamentalibus publicâ autoritate sancitis & omnium Imperii Procerum consensu stabilitis, ut patet ex Constit. *Friderici III.* in Comitiis Francof. Ann. 1442. Constit. *Caroli V.* in Comit. Norinb. Ann 1524. & August. Ann. 1551. Constit. *Maximil II.* in Comit. August. Ann. 1566. & in edict. Ann. 1571. Constit. *Ferdin. I.* Aug. Anno. 1559. Ecquis ergo animum poterit suum inducere, ut Deum autorem esse illius statuat, quod cum pervicaci Magistratus contemtu & præfracta legum fundamentalium violatione est conjunctum. Spero λευκοῖς ἐλέγχοις, ut cum Epiphanio loquar, evictum & confectum esse, quod præsens rei monetariæ tractandæ modus Deum autorem vel approbatorē habere nequeat, ac proinde etiā ab eo non conservationem sed eversionem, non εὐημερίαν sed πανωλεθρίαν Reip. esse metuendam. Transitum igitur paro ad alterum sententiæ meæ fundamentum, quod à causa instrumentali sive administra erit depromtum. Illud v. tali indutum schemate in vestrum produco conspectum. Quod peragitur ministerio ejusmodi hominum, qui in Republ. bene constituta non tolerandi, sed ex ea exterminandi, qui sunt Reipubl. ulcera, carcinomata, vomicæ ac pestes, illud non ad ejusdem salutem, sed perniciem, nec ad ejusdem commodum, sed detrimentum & exitium tandem cedere oportet. De veritate hujus effati qui dubitare velit, ejus caput helleboro purgandum ac si saniori menti restitui nequit, ad Anticyras ipsum ablegandum esse veri rerum æstimatores mecum censebunt. Jam v. præsens rei nummariæ ἐργασία peragitur ejusmodi hominum operâ, id quod κατ' εἶδος demonstrandum fuerit. Primam in isthoc hominum genere classem assignabimus Judæis, quos ad rem monetariam promovendam non modò toleramus, (quod certis legib. ac conditionibus necessitate ita ferente ac causis gravissimis urgentibus permitti fortè posset) sed allicimus, invitamus, ac peculiarib. privilegiis & immunitatibus honoramus. Si quis

verò

verò adhuc ignorat; quales illi sint, age penicillo veritatis depictos velut in tabella spectandos proponam. In Deum sunt blasphemi, Christum enim salvatorem nostrum vocant ממזר Spurium תלוי suspensum, ac quia *Ex. 23. v. 13.* praeceptum extat, ꝙ nominis alienorum Deorum non debeant recordari, ideo salvificum nomen Jesu non legunt nec pronunciant. Quòd si fortè casu illud pronunciaverint, seipsos mulctant colaphum sibi impingendo ac ter in terram expuendo dicentes ימח שמו vel per ישו ראשי תיבות deleatur nomen & memoria ejus, referente Fagio in notis ad paraphrasin Chaldaicā illius loci. In sanctos sūt cōtumeliosi, Mariam vocant חריא sterquilinium ac tempore menstrui Salvatorem ab ea conceptū blasphemant, in Christianos multis modis injurii, vocant illos גויים Ethnicos, populos mundi, contra quos in suis libris ac Synagogis multas diras quotidiè effundunt, appellant eosdem כלבים canes, Imperium Romanum vocant regnum Edomiticum, impium, superbum & Tyrannicum, docent non esse peccatum, si Judaeus Christianum interficiat, si rem perditam, quae Christiani sit, retineat, si adulterium cum uxore Christiani committat, si promissum Christiano datum & juramento confirmatum non servet, si Christiano furetur. Quotannis die parasceves, quo Christus propter peccata nostra expianda in cruce mortuus est, Christianum puerum in specu subterraneo aciculis prolecto priùs sanguine interficiunt; in contractibus sunt fraudulenti, avari, iniqui, injusti, nullas fermè alias exercent artes quàm foeneratoriam & absque ullo conscientiae vulnere, imo absq; pudore, usuras immoderatas & illicitas à Christianis exigunt; in vita civili perquàm noxii. Ut enim marsupia foenore, ita facultates corporis vitales medicamentis exhauriunt & experimenta per mortes agunt, ut de illis loquitur *Lang. lib. 1. Epist. medicin. Epist. 71. p. 433.* characterib. & nominibus chartae inscriptis morbos curare cum horribili nominis divini abusu praesumunt, simpliciores ad fidei vel, ut rectius loquar perfidiae suae consortium suasionibus ac

munc-

muneribus pelliciunt, unde non immeritò felix prædicatur illa Respublica, in qua non est Abraham idest Judæus, Nimrod id est Tyrannus, & Naaman idest leprosus, ac scitè dictum à *Johanne Majore Scoto lib. 4. Hist. Scot. cap. 9.* In Christiana Republ. tam utiles esse Judæos, quàm inter mundum triticum mures, sunt enim instar spongiarum, quæ eorum, inter quos degunt, succum atque sanguinem (nummus n. docente *Covarr. d. num. p. 2. § 4.* est alter hominũ sanguis & Spirit.) exhauriũt, attrahunt, imbibunt. Hoc v. pestilentissimũ genus hominum non conversionis ipsorũ, sed rei monetariæ promovendæ causa sponte allicimus, angues illos in sinum recipimus ac Tyrannicos istos exactores subditis, in quos paternus esse debebat animus, præficimus. Ingemiscat cœlum, contremiscat terra, Christianos in eam devenisse insaniam, ut divitias & ærarii publici augmentum idest divinam benedictionem per illos sibi polliceantur, qui ipsius Dei ore sunt maledicti, quinimò triplici maledictioni subjecti videl tũ generali *Deut. 28. v. 10.* tum propriæ verbis in passione Salvatoris nostri editis, sit sãguis ejus super nos & filios nostros sponte attractæ *Matth. 27. v. 25.* tum Christi per os Davidis prolatæ *ψ. 69. v. 24. ψ. 109. v. 17.* Quo ore, qua fonte, quibus oculis in die judicii Christum Salvatorem nostrum benignissimum intuebimur, quo colore nostram palliabimus impietatem, avaritiam ac ditescendi cupiditatem, quòd blasphemias illas Judæorum directè ipsummet Christum impetentes ob transitorii, immò momentanei lucelli acquisitionem, non solùm volentes toleraverimus sed etiam privilegiis promoverimus? Propter nos propter nos, nomen Dei blasphematur, quia Judæi, quos B. Luthero monente velut homines ἐνδιαβολισμένους atque incarnatos Diabolos aspicere debebamus, hisce agendi modis ac mediis in sua perfidia, avaritia, imposturis & usuris confirmantur. Sed missis his (atque utinã missis!) hisce feralis sectæ hominibus, ut Constantinus *l. 3. C. de Judæis ac Cælic.* voce Imperatoriâ eos appellat, ad alterum genus hominũ rei nummariæ, prout hodie com-

parata est, inservientium nos convertimus. Illi enim novum aucupii pecuniarii genus exerceant, novo etiam nomine compellandi veniunt, nisi fortè appellatione ex Græcis Pandectis petita ἀργυροκοπῶλαι dici possint, trutinatores, campsores, danistæ, collybistæ, harpyiæ pecuniariæ, impostores pessimi ac perniciosissimi, quos vernaculâ linguâ Kipper und Wipper indigitamus. Hi sunt qui mare & aridam circumeunt, non ut Judæum aliquem convertant, sed ut Judæorum operâ adjuti rem monetariam pervertant; horum artificium est per subtilem ἀργυρολογίαν monetas vetustiores melioribus Reipubl. temporibus cusas colligere, per subsequentem ἀργυροζυγίαν ponderosiores à vilioribus, præposterâ zygostatarum imitatione, discernere; per quotidianam ἀργυροστραφίαν veteres monetas novis, probas improbis, argenteas cupreis permutare, ut passim receptam ἀργυροκοπίαν ac conflaturas monetæ fortioris modis omnibus possint promovere. Hoc ipsum genus hominum itidem non dubitarem vobis spectandum & contemplandum exhibere, si eorum fraudes & imposturæ, quas studiosè occultant, mihi essent satis cognitæ & perspectæ. Sed cùm Dei beneficio hac γνώσει destituar, ideò in genere duntaxat de illis hoc moneo, quod in tali vitæ genere versentur, de quo nullum in sacris literis monstrare possunt apicem, quod vocatione suâ ordinariâ in quam divinitus collocati erant, desertâ, novum illud sectentur pecuniarium aucupium, quòd propriæ conscientiæ testimonio malè se agere convicti lucem fugiant, quòd contra leges Imperiales ac fundamentales multis modis peccent, quod cùm extremo Rei totius publicæ damno ditescant, quod leges Christianæ caritatis pedibus conculcent, quòd malis ex corruptela rei monetariæ exortis paulò pòst enumerandis non occasionem tantum sed efficacem causam præbeant; quòd fraudibus, imposturis studeant ac proprio commodo unicè velificentur, quòd idololatriam turpissimam exerceant ponentes aurum spem suam & obrizo dicentes, fiducia mea es *Iob. 31, v. 24. Eph. 5. v. 5.* quòd insanâ divitiarum acqui-

acquirendarum cupiditate accensi omnia hamo iniquitatis attrahant, ac reti fraudulentiæ ad se congregent, Hab. 1. vers. 15. ac ut verbo dicam, quod sint usurarii manifesti, omnium odio & detestatione digni, sacrorum v. communione indigni, cùm lucrum, quod ex negotiatione suâ percipiunt, ipsam sortem non duplo, nec triplo, nec quadruplo, nec decuplo, sed centuplo imò fermè millecuplò superet. Quid ergo cùm hoc hominum genere agemus? Circumvehuntur ac circumrotantur in curru avaritiæ, quem *Bernhardus serm. 39. in Cant. Col. 616.* graphicis describit verbis. Avaritia, inquit, rotis vehitur quatuor vitiorum, quæ sunt pusillanimitas, inhumanitas, contemtus Dei, mortis oblivio. Jumenta trahentia sunt tenacitas & rapacitas, & his unus auriga ambobus præsidet, habendi ardor. Ipse injuncti operis promtus admodum atque infatigabilis executor, urgendis sanè jumentis trahentibus, flagris utitur acerrimis, libidine acquirendi & metu amittendi. Huic currui cum æruscatores isti insideant, unà cum ipso ad infernalem Plutonem, nisi maturè resipuerint, in Acheronta eosdem ablegabimus, ut pestib. illis nocentissimis aër ac terra liberentur. Tertiam classem hominum rei nummariæ subservientium complent Pseudo-Monetarii priorib. si non pejores ac pestilentiores, nullà tamen ex parte meliores. Quando enim Monetarios appello, non intelligo eos qui ad leges monetales Imperii præscriptas studiosè observandas jure-jurando astringi sese patiuntur ac præfinitam in illis ligam id est bonitatem, ac pondus præscriptum studiosè sequuntur, quos omni honore dignos arbitror, sed pseudo monetarios illos, qui jure monetandi sub censu anno vel menstruo sibi elocato a magnis largitiorib. acquisito pessimè abutuntur, dum contemtis Imperii legibus Imperiales Ioachimicos per conflaturas in minutiorem sorsem redigunt, à liga in Constitutionibus Monetalibus præscripta quàm longissimè discedunt, ac totum mundum scoriis adimplent, qui prohibitas metallorum transmutationes & commixtiones sectantur ac publico commodo penitus posthabito privatum suû lucrum unicè quærunt, hi sunt quos

inter carcinomata ac pestes Reipubl. numerandos esse non injuriâ dixisse videor. Cautum est Imperii legibus, ut status illi, quib. Jus monetæ concessum, ipsimet eo jure utantur, adeò ut nec vendi, nec locari nec in emphyteusin pro canone dari, neq; quocunq; modo alienari possit, ut inde vel annuum vel menstruum quæratur lucrum *Recess. Imperii d. ann. 1570. §.* Als den auch. neque enim jus fisci est, sed majestatis, non ad lucrum ærarii in augendis reditibus, sed ad decus & dignitatem Imperii referendum, unde hoc jus fuit olim personalissimum ossibus Principis cohærens, coronæ annexum ut ex jure publico Salanæ nostræ Papinianus Dn. D. Arumæus compater meus honorandus admonet *in Disc. 5 ad aur. bull. th. 9.* ac tanti illud fuit à Romanis olim æstimatum, ut velut res saca non nisi in æde Iunonis à Triumviris eam ad rem delectis exerceretur, ut ex Pompon. Læto in lib. d. Magist. refert *Arnisæus d. jur. maiest. cap. 7.* quorum exemplo Carolus Magnus omnes monetarias officinas tam latè patentis imperii in Palatium suum collegit, ut in conspectu Principali nummi cuderentur & omnis generis fraudib. obviam iretur. Rex Angliæ jus monetæ cudendæ ita sibi propriũ reservat ut eam alibi quàm in turri Londinensi insigniri non patiatur. Sed & hoc in dicta constitutione monetali §. Und dieweil salutariter provisum, ut certo numero officinæ erigantur neque ultra concessas peculiares ac novas pro arbitrio instituere, easque passim multiplicare liceat, nam ut prudenter admonet *Bodinus libr. 6. de Republ. cap. 3.* multitudo officinarum causatur securitatem, securitas depravationem & illegitimam metallorum confusionem, quæ Reipublicæ perniciosissima. Verùm salutarib. illis Imperii constitutionibus nostrates pseudomonetarii medium ostendunt digitum, quibus possunt pollicitationib. ac imposturis jus monetandi ad se pertrahunt, argyrocopia passim erigunt, ut plures hodie sint in Germania monetæ, quàm in tota Armenia muscæ, ligam idest proportionem in metallorum conjunctione & plurium petrarum sive massarum juxta

juxta propoſiti pedis legem contemperatione in conſtitutione Friderici 3. Ann. 1442. promulgata præſcriptam tantum curant, quantum aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas, unde Imperiale bannum ipſo facto incurrunt. Monetam *Guilielmus Orem in tract. de Moneta* à monendo propterea dictam putat, quod moneat, ne quid fraudis falſive in ea committatur, ſed ſi ad noſtrorum pſeudomonetariorum facturam habito reſpectu etymologiæ rationem exponere velimus, moneta propterea à monendo dicta rectiùs cenſebitur, quod de impudentiſſimis Judæorum ac pſeudomonetariorum fraudibus omnes moneat & de corruptiſſimo temporum noſtrorum ſtatu futura ſecula ſit monitura. Percepiſtis Auditores Honoratiſſimi, quibus potiſſimùm adminiſtris res nummaria hodie tractetur, Judæis ſc: perfidis, æruſcatoribus ſubdolis, pſeudomonetariis improbis; à quibus quid boni, quid ſani, quid recti expectari & in Remp. profiſciſci poſſit, fateor me non videre nec intelligere. Ordo ac ſeries locorum â cauſa efficiente deducit nos ad materiam & formam. Materia monetæ probæ requirit puritatem & pondus in legibus præſcripta ex quo utroque bonitas materialis ſive intrinſeca reſultat. Forma in valore ſeu æſtimatione, quam extrinſecam bonitatem vocant & charactere conſiſtit. Hæc omnia tum demum rectè ſe habent, ſi ſint Imperii legibus conformia, ſed experientia teſtatur, hodiernum rei monetariæ ſtatum ita comparatum eſſe, ut in locis quàm plurimis nec intrinſeca nec extrinſeca bonitas obſervetur, quod cùm legibus Imperialibus adverſetur vel maximè, cum extremo Reipubl. nocumento conjunctum eſſe quilibet etiam me tacente intelligit. Finis monetæ cudendæ eſt Reipubl. ſalus, quæ ut in aliis, ita quoque hac in re ſuprema lex eſſe debet. Sed an res monetaria hodie ita tractetur ut publicum, non autem privatum quæratur commodum, ex effectis liquidò conſpicuum erit. Deſcendimus igitur ad ultimum, idemque potiſſimum ſententiæ noſtræ argumentum conſtans enumeratione peſſimorum effe-

ctuum, qui ex præsenti rei monetariæ tractandæ modo in universum Reipublicæ corpus sese diffundunt. *Imp. Leo Novell. 52.* defectum ac diminutionem monetæ tabi comparat, egregiâ profecto similitudine, ob quam vel solam Philosophi nomen promereri potuisset. Quemadmodum enim quidam morbi sunt subitanei, qui hominem priùs sanum ac valentem subitò aggrediuntur & vires omnes insultu suo dejiciunt ac prosternunt, quidam v. sunt lenti, quorum initia sunt occulta, incrementa tarda, qui primò quidem non sentiuntur vel certè non observantur, tandem verò totum corpus occupant, in quorum classe tabes sive phtisis potissimùm eminet: Sic quædam Reipubl. mala sunt subitanea, ut bella, obsidiones devastationes, quædam verò lenta, quorum magnitudo primùm non animadvertitur, tandem verò malignitatem suam exerunt & totum Reipubl. corpus peste quadam inficiunt, in quorum numero monetæ in deteriorem statum facta mutatio primas facilè occupat. Ad monetam tanquam ad mensuram res omnes æstimantur, est enim communis mensura, quæ *πάντα μετρεῖ teste Philosopho lib. 5. Ethic. cap. 8.* quæque precia rerum inæqualium revocat ad æqualitatem docente *Cælio Rhodigino lib. 12. lect. antiq. cap. 49.* jam verò mutatâ vel turbatâ rerum omnium mensurâ omnia reliqua mutari ac turbari necesse est, ergo etiã mutatâ monetã, censuum ac possessionum precia, pacta, conventa, præmia & pœnas legib. definitas, opes ærarii & multa alia tàm in publicis quàm in privatis bonis incerta dubia & suspensa fieri necesse est, ex quo non sine ratione infert *Bodinus* loco prox. citato nummorum depravatione incredibile universis & singulis detrimentum quotidie magis magisque nasci. Id verò ut fiat liquidiùs & omnium oculis in clara luce exponatur, age speciatim & enucleatè percensere conabimur incommoda, quæ ex corrupto rei monetariæ statu oriuntur, si modò numero omnia possunt comprehendi. Constat Christiana Respubl. duplici hominum genere. Quædam sunt personæ publicæ, quæ præsunt, quædam v. privatæ quæ subsunt. Personæ publicæ vel docendi in Ecclesia

vel

vel imperandi munere in politia funguntur. Illæ dicuntur Ecclesiasticæ, ad quarũ classem etiam referri possunt, qui in Scholis tum inferioribus, quas ob earum copiam ubivis obviam triviales vocant, tum superioribus ac publicis, quas ob ἐγκυκλοπαιδείαν artium ac disciplinarũ, quæ in illis traditur, universitates & à loco, in quo Philosophiam magna discipulorum frequentiam Plato professus est, Academias appellant; docendi officium sustinent. Ad illos singulos & universos magnum adeoque inæstimabile damnum redire, ex illis, quæ proximè jam sequentur, manifestum erit. Tralatitium est ac πολυθρύλλητον tres sive status sive Ordines à Deo institutos esse, quos etiam eam ob causam honorifico Hierarchiarum nomine salutant. Primus est Ecclesiasticus, ad quem reduci potest Scholasticus. Secundus Politicus. Tertius Oeconomicus. *Anshelm. in lib. de similitud. cap. 126.* Tres sunt hominum ordines videl. Orãtes, Agricultores & Defensores. Quemadmodùm enim Noa arcam à se fabricatam in tristega idest in tres distinctas contignationes divisit, ut omnis generis animalia divino imperio ad ipsum ingressa κατὰ τάξιν easdem occuparent Gen. 6. v. 16. Sic Deus ipse universam hominum societatem in tres illos vitæ ordines divisit. In arca fœderis tria ἀξιοθέατα continebantur. Virga Aaronis, quæ denotat Ministerium Ecclesiasticum; Tabulæ Decalogi, quæ denotant ordinem politicum, quia Magistratus est custos utriusque tabulæ; & Vrna aurea cum manna quæ denotat ordinem oeconomicum victui parando incumbentem. Quòd si ergo hi tres vitæ ordines vigent ac florent, si homines in quolibet istorum collocati suum rectè faciunt ac facere permittuntur officiũ, tum universum Christianæ Reipubl. corpus sanum est, vegetum atque integrum; sin verò aliqui vel universi isti ordines labefactantur, enervantur; turbantur, totam Rempublicã Christianã concuti & omnia pessum ire necesse est. Quòd si corruptum rei nummariæ statũ paulò pressiùs intueamur, apparebit ex eo in status illos singulos ac universos plurima redire incommoda, pindè ut vene-

ut venenum fonti infusum toti civitati nocumentum affert longè maximum. Satus Ecclesiasticus illos qui in Ecclesiis ac Scholis docent ambitu suo complectitur. Illis constituta sunt certa ac fixa salaria, quibus se suosque honestè sustentare debeant, ne curis parandi τὰ βιωτικὰ occupati ab officii sui partib. ritè peragendis abstrahantur. Constitutio illa salariorum Ecclesiæ ministris & Scholarum Præsidib. erogandorum Magistratui vel maximè divinitus est demandata *Es. 49. v. 23.* erunt Reges nutritii tui & Reginæ nutrices tuæ *cap. 60. v. 16.* mammillâ Regum lactaberis, Atque hanc περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλειαν ut eam vocat *Philosophus lib. 7. polit. cap. 8.* officii sui partem non postremam esse prudentes Principes semper judicarũt. Alexander Magnus Quæstori suo Leonidæ nimios sumtus in reb. sacris fieri conquerenti respondit. Si diu felix esse vis, ne sis in Deum & res divinas parcus. Leo Imp. cùm Eulogium quendam hominem pium & doctum ad aperiendum in urbe Scholam stipendio liberaliore invitasset & propterea à suis pecuniæ profusæ incusatus esset respondit, majorem se à Deo reb. suis prosperitatem non optare, quàm ut omnes militiæ sumtus huc conferre liceat. Carolus Imp. & re & nomine Magnus literarum studia majorum incuriâ, ut ipse loquitur, penè oblitterata, instaurare summo conatus fuit opere, eam ad rem duobus insignib. ludis literariis Ticinensi sc. ac Parisiensi institutis, accersitis in illos viris eruditissimis quib. docendi partes commendavit ac liberali & amplo stipendio ex fisco Regio ipsis prospexit. Quòd si Magistratus hanc muneris sui partem negligat ac docentib. salaria vel prorsus deneget vel imminuat, ut ex hesterno jure atrum panem præ inedia manducare cogantur, tandem contingere solet illud, quod Cornelius Tacitus dixit, sublatis studiorum preciis studia ipsa ut minus decora tandem interire. Iam verò si præsentem rei nummariæ statum expendamus, fateri omnes cogentur, respectu ad precia rerum necessariarum in immensum aucta habito vix ac ne vix quidem quartam salarii partẽ docentib⁹

in Ec-

in Ecclesia & scholis hodie numerari, unde indigentiâ pressi cum parvulis suis ad Deum ingemiscunt, ac qui in spem melioris ævi educâdi essent, ut in Ministerio Ecclesiastico eorum opera aliquâdo usui esse posset, exili illa salariorū tenuitate permoti, relictis studiis præsertim Theologicis ad artes magis lucratorias sese convertunt. Adde quod ob perversum illum rei monetariæ statum illud tandem videtur eventurum ut ob precia rerum nimiopere aucta nullus tenuioris fortunæ parens, liberos suos in scholas publicas ablegare possit. Cūq; paulò ditiores à studiis cūprimis Theologico plerunq; abhorreant, futurum tandē, ut Ecclesia idoneis ministris, qui doctrinæ cœlestis palladiū cōtra furtivos hæreticorū insultus tueri possint, destituatur, ac in pristinam superiorū temporū barbariem mundus demergatur. Eò nimirum collimat Satan Ecclesiæ ac scholarum hostis ἄσπονδος. Quemadmodum enim hortum quamvis cultissimum vastari atque emori oportet, nisi præstò sint teneræ arbores quæ annosis & æffetis surrogentur: ita quoque Ecclesias devastari tandem necesse est, nisi in scholis erudiantur ac formentur, qui ministris Ecclesiarum ex hac vita decedentibus aliquando succedant. Nō minus ac fortè etiā majus damnum ex hodiernæ monetę immutatione ad Magistratum politicum redundat. Depravatio n. ista conscientiam magistratus gravat: famam & existimationem ejusdem minuit, ac publici ærarii opibus plurimum detrahit. Singula ordine coofirmata dabo. Quod diminutio illa monetæ conscientiam magistratus prægravet, ex eo manifestum est, quia pugnat cum legibus Imperii, quibus æquè ut Imperator Augustissimus capitulationi juramento tenentur obstricti, ab illis igitur discedere ipsis integrum non est, cum absolutam & illimitatam in jure monetario potestatem minimè obtineant sed per concessionem superioris Magistratus sub certis legibus & conditionibus eandem acceperint. Quinimò nec superior Princeps potest contra leges cōmuni Ordinū consensu sancitas monetæ bonitatē, pondus ac æstimationem immutare absque maxima & extrema necessitate, nisi velit jus gentium & commerciorum violare, quod & stata pecunia constat, ut loquitur *Gregor. Theolosanus*

H *lib.*

lib.9.de Rep.c.1.n.31. Magna quidē est potestas Magistratus, interim non potest salvâ & illæsa consciētiā quicquā instituere q̄ ad præsentissimā subditorū perniciē & extremū Reip. damnū vergat, quia repugnat jus naturæ, quod omnib. Principū actionib. hanc præscribit normam, ne jus gentiū cuiquā sine gravissima causa violare liceat, ex quo jure numorum usus prodest l. 1. de contra. emt. Quod si ergò Princeps dicat se esse Dominū monetæ, sit bonus ejus dispensator, non tyrannus dissipator, ait *Gerson Paris. Cancell. in reg. moral.* ac *Guil. Orem. in tr. de moneta* disertis verbis sic scribit. Si Princeps sub consueto charactere mutet materiā sive pōdus monetæ, videtur tacitè mendacium approbare ac falsum testimoniū perhibere, ipse n. abutitur hoc vocabulo moneta, quia secundùm Hugonē moneta propterea à monēdo dicta, quod moneat, ne sit fraus in metallo vel pondere. Mutatio monetarum, ait idem, potest esse par aut majus delictū ex se quàm esset in casu falsam aliquā fabricare, quoniam secundùm damnum Reip. opus tale quodlibet adsumit modū culpę. Ex quo principio *Matt. d. Affl. in c. Quanto in verbo Monetā de jurej.* infert, quod gehēnæ periculum & damnationis pœna illis immineat principibus qui æneos, ferreos coriaceos ac papyraceos numos necessitate ita urgente (quę semper intelligitur excepta *l. 13. ff. fam. herc.*) ipsorum jusso cusos atq; signatos mutatis in pristina temporibus ad se recipere & dispendia subditorū hac ratione resarcire renuūt. Nō mea hæc sunt verba sed mutorū Magistrorū, librorū sc. quos Alphonsus optimos dicebat esse Cōsiliarios, cûm nihil quicquā occultē, illorū inquam scriptorū qui annis imò seculis aliquot ante nos mortui sine ullo affectuū præjudicio ita pronunciarūt. Nec conscientiam tantū sed etiam famā & existimationem Principum graviter lædit rei monetariæ deterioratio. Philippum Hassiæ Landgraviū quotidiano sermone hoc dicteriū usurpasse memorat *Warem. ab Erenb. hoc est Eberb. à Weibe in verisim. de regn. subsid. c. 8. n. 37. p. 81.* autoritatē Principis & cognosci & retineri tribus hisce notis. Probâ monetâ tuto itinere & p̄missi fide. Vopiscus hoc nomine commēdat Imp. Tacitum, quod cū æris admixtione nummi corrum-

peren-

perentur, indicta capitali pœnâ metalla confundi vetuerit. Contra v. Antonino Caracallæ à *Xiphilino* in Caracalla & *Dione l.77.* adhuc hodiè in publicis scriptis vitio datur, quod ut cætera omnia ita quoq; nummus ipsi fuerit adulterinus quodque pro auro & argento plumbū argentatū & æs inauratū paraverit. Hippiæ Atheniensi *ab Arist. l.2. œconom.* exprobratur, quod maximo cū privatorum incommodo numum Atheniensium fecerit ἀδόκιμον sive improbū & ad se eorum argentū constituto precio afferri jusserit ac postea signatā pecuniā novo charactere ex eo argento dederit. Per opprobriū Dantis Florentini Rex Galliæ Philippus Pulcer sive Bellus adhuc malè audit, quod primus principum Frācorum monetā corruperit, qui tamē labem postea agoscens filium successorem Ludovicū graviter monuit, ne adulterari suo exemplo nomismata pateretur. Diris omniū ætatum obnoxius est Paulus 3. Pontifex, qui cæteris omnibus pernicioso exemplo præbito aureū Romanū deterrimū ac levissimū sub Farnesiorum stemmate signavit, quem postea avo deterrimo deterior nepos Farnesius Cardinalis pejorē fecit ut Bodin⁹ d. l. memorat. Ecquid verò molesti⁹ Principi cōtingere potest, quàm scriptis publicis apud posteritatē traduci & famæ diminutionē quæ unicuiq; ipsa vita carior est & cū vita pari passu ambulat, sustinere? Quæ comparatio esse potest inter lucelli transitorii augmentū ac famæ & existimationis decremētū? Sed n. ausim affirmare, ne lucrū quidē & fisci augmētū ex hac monetæ imutatione à Principib. sperari posse, Alexander Magnus laudi sibi ducebat thesauros suos apud subditos habere, cujus exemplo bonus Princeps subditorum comoda longè majoris æstimare debet, qàum ærarii augmentū, ac cum Cyro, Cōstātio Chloro & Ptolemæo Lagi filio (de quib. Reusn. flore 5. Coron. 2. in Hortul. hist. politiæ differit) subditorū potissimùm commodis ac divitiis studeat, ne sua privatis crescant æraria damnis, quo nomine Honoriū Imperatorē Claudianus sumopere commendat. Constat verò & in aprico positum est, per præsentē rei monetariæ tractādæ modum nō comoda sed oppressiones subditorū promoveri; nec rē ipsorum nisi forrè pauculas quasdam spongias pecuniarias excipias, augeri, sed potius quotidiè magis magisq; iminui. At

quò pauperioribus subditis Princeps imperat, eò indigentior etiam ipse censendus. Adde quòd ærario Principis tale monetæ genus infertur, quod ad thesaurum in futuram Reip. necessitatem parandum est, prorsus ineptum, cùm ætatem minimè ferat, sed ut solstitialis herba citò fiat ac citò pereat. Quinimò si rem rectâ computare velimus trutinâ, immutatio illa numismatum id secum apportat mali, ut vix quarta pars annuorum redituum fisco Principis inferatur, siquidem preciis rerum longè ultra dimidium auctis quatuor subventaneæ illius pecuniæ tributi loco à subditis oblatæ partes nondum adæquant sumtus, quos ex annuis & ordinariis reditibus Princeps sine labore prius facere poterat. Nec illud prætermittendum, quod per conflaturas illas poculorum argenteorum, Joachimicorum Imperialium & monetæ fortioris ac probioris cujuscunque subditorum arculæ penitus sint exhaustæ ac thesaurus eorum abierit in carbones. Quòd si ergò Reipubl. necessitas exiget, novas subditis collectas imponere, præter inanias & araneas in ipsorum arculis & loculis nihil quicquam invenietur. Descendo tandem ad statum œconomicum, ac civium in Republ. ordinem: illi quantum damni det præsens rei nummariæ status, verbis vix posse explicari arbitror. Augentur in immensum omnium rerum precia, cui augmento quamvis bella, quibus plurimæ ardent provinciæ & frugum sterilitas atque calamitas, quam justo Dei judicio experimur, non omninò nullam maximam tamē & potissimam causam subjicit quotidiana illa rei monetariæ immutatio & monstrosa confusio. Ditiores æruscatorum opera usi vel potius abusi rem suam parant & opes brevi temporis spacio accumulant parùm pensi habentes illud *B. Lutheri in lib. de usur.* Subitanea divitiarum acquisitio nunquam caret gravi peccato: pauperibus interim miserè pressis & ob extremam indigentiam ingemiscentib. ac lachrymantibus; vaccæ pingues calumniam faciunt egenis & confringunt pauperes, inquit *Amos cap. 4. v. 1.* nam ut prudenter monet Leo nov. 52. detrimentum, quod ex monetæ innovatione oritur, tùm ad omnes tùm præcipuè ad pauperiores, potiusq;

tiusque auxilio & defensione indigentes pertinet, novæ quotidiè fraudes & imposturæ ad rem monetariam corrumpendam excogitantur, avaritiæ fomenta suppeditantur, nec veritas nec misericordia ampliùs est in terra, ut verbis Hoseæ cap. 4. v. 1. utar, officium mutui prorsus expirat cùm Imperiales colligantur & spe majoris augmenti reponantur, eleemosynæ ob defectum pecuniæ minutioris mēdicis parcè erogātur, pseudo-monetarii in omnes provinciæ angulos dispersi locustarum instar omnia absumunt, lautè ac delicatè victitando & genio suo indulgendo, cum nummorum abunde ipsis suppetat copia, opificum & artificum manuariorum officinæ relinquūtur vacuæ, cū catervatim ad leonia ut Suetonius in caligula monetarias officinas appellat, relictā statione, in quā divinitus collocati erant, decurrant, molendinis farraceis aqua alicubi subtrahitur & ad pressuram (uti vocant) monetæ promovendam in novas novorum monetariorum officinas derivatur non sine magno incolarum civitatis dispendio, & ut breviter omnia complectar, nihil quicquam eorum, quæ ad politiam benè constitutam ac florentem requiruntur, nominari vel cogitari potest, quod immundæ istæ aves pseudomonetarios dico & ipsorum administros Judæos & ἀργυραμοιβοὺς immundo suo contactu non vitient fœdent atque contaminent? nihil eorum, quæ in Republ. salutari consilio ordinata sint, proferri potest, quod non immutent atque pervertant. Expergiscimini igitur, expergiscimini ô principes ac Regale vestrum ab his injustis possessoribus vindicate, audite gemitus pauperum ut Deus vos audiat, sistite cursum malorum Remp. inundantium, nolite eorū operā rem monetariam promovere, qui ob legum transgressionem condignis pœnis afficiēdi essent; majorem famæ & existimationis imò animæ & conscientiæ rationem habete, quàm transitorii lucelli, cogitate DEo aliquando de administrato in his terris regimine accuratam reddendam esse rationem, seminate in justitia & metite misericordiam, Hos. 10. v. 12. quisquilias imò pestes humanæ societatis ex vestris provinciis pellite, Reip. corpus illis tanquā vitiosis humorib. ex-

 purga-

purgate, neq; aures præbete Sirenibus istis quæ, neglectis subditorum commodis vestra tãtùm ut paretis commoda vobis autores sunt, sed expédite gravissimum illud gravissimi scriptoris *Philippi Cominæi lib. 10. comment. p. 334.* monitum. Querimoniæ inquit & lachrymæ miserorum hominũ, subditorum lamentationes atq; plangor erunt accusationis loco, quã illi contra oppressores supremo DEI tribunali sistent. Nobis verò omnibus, qui subditorum locum tenemus, id incumbit, ut in vera ac seria pœnitentiã agnoscamus nos nostris peccatis, ut reliqua mala, ita quoque ea, quæ ex corrupto rei monetariæ statu profluxerunt, justissimè esse promeritos. Moneta DEI eramus sed periit in nobis bonitas intrinseca, obliterata est in nobis imago summi Imperatoris, appensi sumus in statera & inventi minus habentes *Dan. 5. v. 27.* nostri mores ex aureis facti sunt ferrei, nos omnes nos inquam omnes sumus drachma illa perdita inter rejectaméta abjecta, quã Evangelica parabola nobis proponit *Luc. 15. v. 8.* quid ergò mirum, quod argentum nostrum versum est in scoriam & moneta nostra à bonitate degeneravit pristina. Tu verò ô summe DEUS precib. nostris placatus publicas calamitates clementer mitiga, pericula cervicibus nostris imminentia averte, Illustrissimos nostros Principes in via justitiæ ac pacis dirige, Sareptam hanc nostram defende, verbi tui depositum inter nos conserva & quæ ad hanc ac futuram vitam necessaria sũnt, benignissimè nobis concede per & propter Christum Filium tuum Salvatorem nostrum in secula benedictum, Amen.

DISC. VII.

DISCURSUS SEPTIMUS,

AUCTORE

D. JOHANNE GERHARDO THEOLOGO.

I.

QUando Philosophus enumerat illa, quæ ad civitatis felicitatem ac Reip. integritatem requiruntur, haud immeritò primum locum Curæ Sacrorum tribuit, quam ipse *ἱερατείαν* appellat; *Arist. 7. pol. c. 8.* cùm fundamentum totius regni sit religio, metus, reverentia, cultus Dei, servare ejus mandata, obsequi voluntati ejus. *Pet. Greg. 8. de Rep. c. 2. sect. 1.* Prima igitur in omni Rep. bene constituta cura esto de vera religione: non autem falsa vel fabulosa stabilienda: in qua summus Magistratus à teneris adeò instituatur. *Plato 2. de Rep.* Veri n. Dei ignoratio est summa omnium Rerumpubl. pestis. Itaque omnis humanæ societatis fundamentum convellit, qui religionem tollit, aut ex animis hominum convellit. *Idem.*

II. Quod enim à Mercurio Trismegisto Philosopho vetustissimo dictum; *μίαν ἀνθρώπῳ φυλακὴν δεῖ εὐσέβειαν εἶναι*; id non de privata solùm cujusq; persona, sed maximè de publica civium societate accipiendum. Pietatem & religionem Rerum omnium publicarum fundamentum esse firmissimum, ab eaque subditorum fidem in Principes, obedientiam erga Magistratus, pietatem in parentes, caritatem in singulos, justitiam in omnes pendere, Legislatores & Philosophi plerique omnes

omnes statuerunt: *Bodin. 4. de Republ. c. 7.* nec diffiteri potuit Polybius, atheus licet dictus. *lib. 6. de milit. disc. Rom.*

3. Nec immeritò ad promiscuam multitudinem intra officii & subjectionis cancellos retinendam, Deorum metus efficacissimus semper visus est, omnes enim religione moventur: *Cic. 5. in Verrem.* Omnium primum rem ad multitudinem imperitam, & illis seculis rudem, efficacissimam, deorum metum injiciendum ratus est. *Liv. lib. 1. dec. 1. fol. 9.* unde Numa Pompilius nocturnos congressus cum Dea Ægeria simulabat. *Liv. l. 1. dec.* inde quoque est, quod Minos Cretensium Rex nono quolibet anno in præaltum quoddam & vetustum specus secedere solebat, in eoque moratus, tanquam à Jove traditas sibi leges prærogabat *Valer. lib. 1. c. 3.*

4. Quemadmodum verò arctissimum pacis & concordiæ vinculum una omnium consentiens religio; sic è converso opinionum in religione diversitas, dici non potest, quantopere felicem Reip. statum evertat & labefactet. Rectè enim Sambucus: Dissentire piis fidei de rebus iisdem, Non licet incolumi semper amicitia. Non injuria igitur quæri posset? Sintne in benè constituta Reipubl. forma Religiones discrepantes & dissimiles de cultu divino sententiæ tolerandæ.

5. Hanc quæstionem seculi proximè præcedentis decursu, epicherematis non ex Logicorum regulis, sed ex carnificum officina (*juxta Hyeronimi dictum*) petitis agitatam; non carthis, sed lacertis: non lingua, sed pugna: non atramento, sed ferramentis pertractatam esse, vix sine gemitu recordatur maxima pars Europæ.

6. Quid florentissimam Galliam, quid fertilissimam Angliam, quid bellicosam Hispaniam, quid cultissimam Belgii provinciã acriùs concussit, quàm de hac quæstione discrepatio, adeò ut ejus decisio, non atramento sed plurimorum sanguine indictis regionibus scripta videatur? Legat cui lubet superiorum temporum Historias, inveniet in Gallia intra duorum & viginti annorum spacium, initio scilicet sumto, ab Anno 1562. usque ad annum 84. quadraginta centum millia variis pœnis & bellorum turbininibus absumta. *Simon Stei-*

Steinius in Resp. ad Apolog. Jacob. Gretser. de vita Ign. Loiol. l. 2. c. 6, ut juxta vaticinium Mich. Menoti Sorbonici olim Theologi dom. 2. quadrag fol. 104. pulcra illa rosa Franciæ in sanguinem versa videatur. Inveniet Ferdinandum Ducem Albanum paucis illis annis, quibus Belgio præfuit octodecim mille & sexcentos utriusque sexus homines clanculum & palam furialibus carnificinis sustulisse. *Autor. de jure Bell. Belgici.* Inveniet innumeram hominum multitudinem in Hispania ab Inquisitoribus hæreticæ pravitatis solius religionis causâ interemtam.

7 Germania nostra pacatior alicui videri posset, sed enim non defuit quibusdam turbatoribus voluntas licet hucusq; Dei beneficio defuerit facultas. Adrianus Papa ad ordinis S. R. Imp. Norimbergæ congregatos scribens, sub finem IXbris Anni 22. ad vehementiora medicamenta descendendum esse statuebat, ut pestilens ille hæreseos morbus expugnari queat, atque acrem hanc medendi methodum etiam majores ipsorum in Concilio Constantiensi secutos esse ostendebat. *Sleidan. li. 3.* Cardinalis Farnesius ad bellum Schmalcaldicum profecturus, se tantam per Alemanniam stragem daturum prædicebat, ut in hæreticorum cruore vel ipsius equus natare possit. *Sleid. l. 17.* Lazarus à Schuendi Heros laudatissimus Viennæ in convivio dixit se à Cæsare Oeniponte in fuga audivisse, quod à neutra parte gratiam inire potuerit: si enim Catholicos audire voluisset, Electori caput præcidendum fuisse, nec ullam imperii urbem relinquendam *Henric. Merckel. in relat. de obsid. Magdeburg. F. 11.*

8. Neque hoc nostro tempore desunt, qui cum Caligula exoptant, Hæreticis unam tantum cervicem esse. *Sueton. in Calig. c. 30. p. 205.* Catholicos adhuc pia quædam hæreticorum misericordia, desideriumque conversionis tenet, *ut testatur Costerus in præf. Enchirid. controv. de morib. hæret. f. 17.* Vivit adhuc Nestorii progenies, qui in prima inauguratione ad Archiepiscopatum Constantinopolitanum Imperatori dicebat: Da mihi Imperator terram ab hæreticis liberam & ego tibi cœlum reddam: tu mihi hæreticos extirpa, & ego Persis de-

lendis adero. *Hist. Tripart. lib.12.c.4.Bodinus lib.4.de Rep.c.7.* Vivunt adhuc, qui *ut Poëta dicit:*

Vi procerum supplent, cùm verba probantia desunt,
Textaq; cum debent solvere, vincla ligant.

Quin imo tantùs Dd. Catholicorum in hac quæstione affirmanda, quod nimirum hæretici suppliciis subjiciendi, tantus inquam consensus, ut pro articulo fidei habeatur. *Maierhoff. in Speculo Pradic p.54.*

9. Diversas igitur Religiones in una eademq; civitate tolerandas non esse, sic probant: Munus Politici primarium est, omnes distractionum ac discordiarum civilium vias præcludere? Ecquis verò in civilibus subditorum animos coalescere posse sperabit, nisi in ipsa actionum summa, in religione scilicet prius conveniant, quomodo fides speranda ab illis, quos in Deum perjuros esse deprehendimus. Sic dicebat Constantius explorata aulicorum suorum religione ut referunt, *Eusebius, Cuspinianus, Sozomenus lib.1.cap.6. Histor. Magdeb. Cent.4.cap.3.p.47.*

10. Ubi religionum diversitas, ibi perpetuæ rixæ, contétiones assiduæ, seditiones creberrimæ. Notiora hæc sunt, quàm ut faculam aliquam ex historiarum luce ea propter accendere necesse sit: innumera seditionum documenta in Historicis passim obvia quæ solius in religione discrepantiæ causâ exortæ; nota omnibus exempla Pseudoprophetæ Ægyptii, de quo *Actor.12. Joseph.l.2.bell. Judaic.c.12.lib.20.antiq.c.6.* Mosis Cretensis, *de quo Strabo & alii* Munceri *de quo Sleidanus lib.4. & 5. Surius in comm. Anni 1525.* Exempla item aliorum. Ac ut Vesperæ Siculæ: ita matutinæ Parienses proverbio locum dederunt, in quibus religionis causa tantum Christiani sanguinis effusum, ut publica flumina repleta cadaveribus & atrata sanguine conspecta: Videatur de his *Camerar. p.1. histor. c. 83.* & scriptores rei Gallicæ *Genebrardus Dinothus &c.*

11. Ita Romani olim periculum seditionis veriti, Ædilibus bello Veienti id negotii dederunt, ut animadverterent, ne qui nisi Romani Dii, ne quo nisi patrio more colerentur. *Livius l.4. & libro 25.* Legibus enim XII. Tabb. cautum erat: separatim nemo

nemo habessit Deos neq; novos, sive advenas nisi publicè adscitos privatim colunto: constructa à patribus delubra habendo *Cicero 2. de LL. tom. 4. col. 440. edit. Gothof.*

12. Mecænas idem Octaviano consuluit *apud Dionem lib. 52.* (quemadmodum etiã *Isocrates Nicocli*) ut non solùm majorum more Numen diligenter coleret, sed & alios ad eum cultũ compelleret, non solùm religionis, sed & maximè Reip. causa: novæ enim religionis prętextu multos res novas moliri & illicita Collegia coire, commutationesq; & seditiones inde nasci.

13. Quod si quis putat specialibus *διατάγμασι* à prudenti Magistratu promulgatis has civium contentiones & inimicitias præcidi ac prohiberi posse, is illud perpendat, hac religionis diversitate ad extremum Numinis contemtum fenestram aperiri latissimam, unde pari passu ambulare videtur. Omnis religio & nulla religio: rudis enim plebecula acres illas de summis religionis capitibus contentiones & diversum sacrorum cultum animadvertens, sola hominum opinione veritatem constare censet ac proinde ad Epicuri castra pleno cursu contendit, unde testantur annales Ecclesiastici, seculum contentiosum continuò insecutum esse seculum Epicuræum.

14. Fieri nec solet nec potest ut quis Deum diligat ex toto corde dum quis diversas religiones simul pati & fovere desiderat: certissimum enim est inde, in neutram credere qui leges contrarias admittit. *Tholos. lib. 8. de Republ. c. 2. sect. 15.*

15. Ut igitur religionum diversitas tolleretur & cultus majori cum fructu propagaretur, Orientis & Africę populi, ipsiq; Hispaniarum Reges de religionibus disserere rectè prohibuerunt, ut videtur *Bodino lib. 4. d. Republ. c. 7.* In populo Israëlitico licet quadringenta ac insuper unum & triginta essent Sacerdotum Collegia, *uti tradunt Thalmudistæ* nemini tamen disputare fas erat; *Optat. Milevit. lib. 3. Bodinus loco dicto.* Auspicus autor sit Principi, ne disputationes frequentes publicas & altercationes in causa religionis permittat.

Nam servare modum laus est, nimiumq; movendo
In dubium trahitur relligiosa fides.

Dutus de Pascolo aphor. 289.

16. Nostri quoque temporis politici quidam his ipsis & aliis rationibus permoti, insanabile illud disputandi & scribendi cacoethes(*ut nominat Juven.Satyr.7.*)maximoperè improbant & insectantur *Bodin.lib.4.cap.ult.n.75. Lips. 4. polit. cap.3.& lib.de una relig.Dur.de Pasqol.in Aul.Pol.* Quamvis interim meritò miremur, quid Bodino in mentem venerit ut statueret, ab Imperii Germanici ordinibus cautum esse, ne de religionibus capitali pœna indicta disputaretur, ac pœnam illam Augustæ à nonnullis exactam, universæ Germaniæ quietem attulisse *Bodin.lib.4.de Rep.c.ult.*

17. Quid porrò à justitiæ tramite longius recedere videtur, quàm transgressores humanarum legum puniri gravissimè divinarum violatores honorari maximè? Quin potiùs, quantum religio & ex ipso cœlo, promulgatæ leges humanis placitis præstant, tantùm quoque illarum transgressores puniendi sunt atrocius: nihil in humanis rebus religione præstantius: eam igitur summa vi defendi oportet. *Lipsius.4.polit. 2.& 3.*

18. Quid enim, cum crimen læsæ Majestatis humanæ gladio puniatur, num crimen læsæ majestatis divinæ erit innoxium? quin potius Regum & Principum erit non minus eos compescere & tollere qui novis dogmatibus Reipublicæ nocumento sunt, quàm qui furtis & homicidiis tranquillitatem & libertatem violârunt. *Costerus in Enchir.contr.c.2.f.101.* Utriusque tabulæ custos est Magistratus. *Philipp. Mel. in explic. Evang.5.post Epiph.* ab utriusque igitur violatoribus pœnas exigat.

19. Tanta violatæ religionis indignitas, tanta hujus criminis gravitas, ut Regem hæreticum à quolibet etiam privato impunè occidi statuant, *Wilhelm, Ross.de vind. Reip. Christ. adv.Reges imp.& haret.p.156.Gregor.de Valent.t.3.disp.5.q.8.p. 3:Jacob.Gretser.in Apol.pro Ignat.Loiol.c.6. Bellarm.de summ. Pontif.lib.5.c.7.* Ut in crimine hæreseos accusator numero testium asscribatur, c.in omni X.de testibus, ut Inquisitores hæreticæ pravitatis ex præsumtione etiam procedere possint & teneantur punire eum, qui ex dictis vel factis convincitur esse hæ-

se hæreticus, etiamsi revera non sit: *Ut ex Dominico Bannis Profess. Academ. Salamantiæ in Hispan. in 22. Thomæ q. 11. art. 2. refert Gomarus in Anticol.*

20. Sic quibusdam visum hæreticis fidem salvi conductus non esse servandam. *Nicol. Abbas Panormit. & Ludovic. Roman. in Concil. Constantiensi referente Bodin. 5. de Rep. c. 6.* etiamsi juramento sit confirmata, *Card. Hosius ad Regem Polon.* quem defendit *Maierhof. in Speculo Prædic. p. 410.* In turpi enim voto mutandum decretum, malè promissum pejus præstatur *ut ait Isidorus*: neque valet ulla pactio turpitudinis, quibus rationibus firmatus Eccius Luthero fidem non esse servandam Imp. Carolo suaserat: nemo tamen in Comitiis erat, qui Eccii sententiam non apertè execraretur. *Bod. 5. de Rep. c. 6.*

21. Denique non humani solùm, sed & divini juris sanctiones religionum diversitatem improbarunt. Pseudoprophetam non permittetis vivere divina majestas præcipit: *Deut. 13.* Quam constitutionem licet Politiæ Judaicæ tantum accommodatam statuant, *Osiander super hunc locum* & alii, addita tamen ratio, scilicet seductionis periculum satis manifestè ostendere videtur, Legem etiam illam ad N. Testamenti populum pertinere. Præterea quo jure priori capitis parte de confictis miraculis utimur contra mirabiliarios, ut eos nominat *Augustin. in Johann. tract. 13.* eodem jure posteriori isthac capitis parte de interficiendis hæreticis politici quidam uti videntur: multos servamus dum unum tollimus, illum ipsum juvamus, dùm tollimus. *Lipsius de una relig. adv. Dialogist.*

22. Atque hæc divina sanctio in viridi observantia apud populum Israeliticum fuit. Occiderunt falsos Prophetas Elias, Jehu, Josias & alii. Quorum exempla ad nos quoque pertinere probare cupit *Ant. Possevin. in cautel. contra Theorem. 5. Domini de La Nove.* Eandemque divini juris sanctionem etjam Imperatores *in ll. suis sapienti consilio repetiverunt. l. 4. & 5. C. de hæret. &c.*

23. Aliis insuper divinæ Veritatis locis, aliis rationum momentis hæc Thesis à quibusdã non admodũ magistraliter cõfirmatur: quod scilicet scriptum: Hæreticum post unam atq;

alteram admonitionem devita. *Item Esaia 50. v. ult.* Ambulate in lumine ignis vestri & flamma, quam succendistis. *Jacob. de Belvis. 2. pract. cum c. 13. n. 10.*

24. *Sic quod à Psalte dictum :* Exultationes Dei in gutture sanctorum, & gladii ancipites in manibus eorum. ℣. *149. v. 6.* hoc ita explicat *Justus Kakl aliàs Calvinus in Apolog. sua pro Roman. Eccles. Anno 1610. Moguntiæ excusa*, Psalten persecutionis gladium Ecclesiæ hoc loco tradere; si enim LL. latrones corporum occidere jubent, quid juris erit in furibus ac latronibus, qui conscientiarum repagula confringunt, quod argumentu[illegible]tidem urget Possev. in judicio *descriptis Bodini p. 255.*

25. [illegible] *cap. Johannis 15.* hoc dictum allegant : Si quis in me non manserit mittetur foràs sicut palmes & arescet, & colligēt eum, & in ignem mittent. *Johan. Bernhard. Muscat. in pract. crimin. c. de crim. læsa majest. div. n. 50. Jus Canonicum hac de re sic differit 23. q. 6.* Schismatici dicunt : Cui vim Christus intulit, quem coëgit? Ecce habent Apostolum Paulum, agnoscunt in eo priùs cogentem Christum postea docentem, priùs ferientem postea consolantem.

26. Sed pro ratione instituti nostri pro negante quæstionis parte hæc dicta sufficiant: audiamus etiam rationes eorum, qui statuunt, diversas religiones per se minimè afferre mutationes & perturbationes Rerumpubl. sed eas demùm incidere, dùm Magistratus inveteratam opinionem absq; judicio & discrimine rejectis per vim reliquis pertinacius tuetur. *Dominus de la Nove. in 2. discurs. Bodin. 3. de Rep. c. 7. Camerar. in med. histor. p. 1. cap. 58. Arit. Benbell. parte 1 suscit. c. 5. 6.*

27. Latissimum est & firmissimum Turcarum Imperium qui tamen varias sectas tolerant : Hierosolymis videre licet Romanos, Græcos, Armenios, Surianos, Nestorianos, Jacobitas, Gregorianos, Marconitas, Abyssinos, & alios. *Cam. parte 1. cap. 58. p. 261.* Calogeiontas Christianos iidem fovent. *Bod. l. 4. de Rep. c. 7. Danvilla apud Dinothum lib. 6. Hist. Gall. f. 474.* censet, nulla cum ratione id adversari, quod duæ atq; diversæ religiones in uno atq; eodem regno retineri non possint, quia in Occitania contrarium ostendatur: ibi enim dissentientium

in

In religione hominum summum videri consensum. Solimannus Sultanus, cùm à Muphthi & Bassis admoneretur, ut Christianos & alios diversos ritus sequentes ad musulmannizandum cogeret, forte ex fenestra in hortum variis florib. simul enatis decoratum ex arce despiciens, uno in loco diversi coloris flosculos mõstravit, his verbis: Quemadmodũ ista varietas herbarũ atq; florum non solùm nihil obest, sed mirificè oculos & sensus recreat: sic in Imperio meo diversa fides & religio potius usui est, quam oneri, modò pacatè vivant. *ex Levem: in Pand. Turcic. refert. Camer. p. 1. c. 58. p. 262.*

28. JudæisRomani Imp. & Pontfices cœtus ac Synagogas, quas olim Tiberius, Claudius ac Domitianus vetuerant habere ad suos cultus permiserunt *l. 1. C. d. Judaæ. decretal. Gregor. 9. tit. 6. Juda. Can. qui sincera 45. dist. Novell. Justin: 146. Recess. Imp: Anno 1530. 1538. 1551. Augustinus 4. de civit: Dei: Cujac l. 7. Observ: 30. ex Josephi ἀρχαιολ. 14.* cùm divinitas diversas religiones patiatur, unam imponere nemo præsumat, ut Rex quidam ait *apud Cassiod. l. 10. variar. c. 26.*

29. Eadem ratione Patrum nostrum memoria pax illa religiosa Passavii Anno 1552. 2. Augusti sancita, Annis 1554. & 1566. confirmata, cujus beneficio dulcissima nostra patria pacatior fuit & halcyonia sua obtinuit, ac ut porrò obtineat, Deum supplices rogamus: nec n. nulli sunt, qui variis modis huic constitutioni pacificationis insidiantur, videatur *Franciscus B. Autor Autonomia, nec enim Francisc. Burchard. verus autor est, quia Possev. l. 1. select. Bibl. p. 125. testatur eum vocari Andream Ernstenberger. fortasse huic autori idẽ placuit quod Emundo Campiano, qui concert. Eccl. Angl f. 3.* Semet sæpius mutare nomina & vestes dicebat.

30. Hujus salutaris sanctionis beneficio videmus conjuges in religione quidem dissentire, parentes & liberos diversa sacra sequi, fratres & sorores in una interdum domo in plurimis cœlestis doctrinæ capitibus discrepantes fovere sententias, in politicis tamen & domesticis rebus concordes vivere. *Camerar. in scripto utilissimo medit. historic. p. 1. cap. 58.*

31. Quamprimùm liberum religionis exercitium in Gallia permissum, nec ulteri⁹ proprias in viscera vertere vires volu[illegible]

ma-

maxima ex parte pacata & tranquilla fuerunt omnia, quod ipsum in aliis quoque regnis & provinciis animadvertere possumus: in quibus verò regionibus persecutiones & supplicia religionis causa illata, in iisdem contentiones, tumultus ac seditiones perpetuæ fuerunt.

32. Ad fidem cogere, id verò Magistratui nimis difficile & tantùm non impossibile. Fides in anima, quæ spiritus est & cogi non potest, consistit; sed divinitas interiora cordis cognoscit, scrutatur, judicat. *Autor Appendicis ad edictum regium Gallico idiomate excusum qui se Parisiensem Senatorem & Catholicum nominat.* Quis enim imponat mihi necessitatem vel credendi quod nolim, vel quod velim, non credendi: nihil tàm voluntarium quàm religio, in qua si animus aversus jam sublata, jam nulla est, *Lactant lib. 5. div. Instit. c. 19 p. 304. editionis Antverp.*

33. Calanus Philosophus vetustissimus ad Alexandrum M. sic scribit: Amici tibi suadent, ut cogas Indorum Philosophos; ne per somnum quidem conspicati nostras res & nostra negotia: corpora de loco ad locum transferes, animis invitis nullam vim inferes, nihilò magis, quàm si lateres & ligna cogas vocem mittere: nullas Rex, nullus Princeps potest efficere ut quicquam agamus præter animi sententiam. *Apud Philorum Jud. in libro quod omnis probus liber f. 557. edit. Basiliens.*

34. Tria sibi reservasse Deum, dicere solebat Stephanus Batori Poloniæ Rex: Ex nihilo aliquid facere, scire futura & dominari velle conscientiis. Cor enim ad credendum cogi impossibile, ut ait *Richard. in refut. Alcorani c. 10 per Lutherum in Germ. versa.* Ac illa ratio efficacissima visa est Bodino ad tollenda, quæ religionis causâ irrogantur, supplicia, vel impietatis specie aliena bona confiscentur, vel liberæ hominum voluntates constringi videantur. *Bodin. 4. de Republ. c. 7.*

35. Animis hominum non ita imperatur, ut corporibus & linguis, mentium Rex Deus est. *August. in Johann.* Liberum quiddam est, credere: imò quiddam divinum in Spiritu; externa

na igitur vi cogi nec potest nec debet. *D. Lutherus tom. Jen. 2. f. 180. Apud Cassiod. lib. 19. Epist. 20.* Justiniano Imp. Theobaldus Rex scribit: Cùm divinitas multas patiatur religiones esse, nos unam non audemus imponere, retinemus enim legisse voluntariè sacrificandum esse Domino, non cujusquam cogentis imperio. Unde rectè à Maximiliano II. Nulla intolerabilior Tyrannis, quàm dominari velle conscientiis.

36. Quomodo placere Deo possunt coacta servitia: ut ex Legenda Johannis citat *Lutherus tom. 2. Germ. f. 348.* Nihil effici coactione illa multis exemplis probat *Petr. Greg. lib. 12. de Rep. c. 5. n. 12.* inde Concilium Toletanum statuit, nemini ad credendum vim esse inferendam cui enim vult miseretur Deus, & quem vult indurat, *Conc. Tole. 4. can. 56. c. d. Jud. dist. 45.*

37. Perversus ille atque inversus dicendi ordo ut à vi & coactione initium fiat, planè ignotus veræ Ecclesiæ. Nam & Christus Apostolos jussit ut docerent & baptizarent, non mandavit ut eos, qui audire nollent, statim interficerent, aut ad credendum civilis potestatis autoritate compellerent. *Petr. Coretus c. 8. in Def. contra Nov.* Egregius ille prædicator dicit Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Nova verò atque inaudita prædicatio, quæ verberibus exigit fidem *ex Greg. c. 1. dist. 45.*

38. Augustinus ex hisce universalem extruit: Nemini bono unquam placuisse, sævire in hæreticum usq; ad sanguinem *l. 3. contr. Cresc. Gram. c. 50.* refert etiam *Heilbrunn. in Synopsi c. 14. p. 240.* Defendenda enim religio non occidendo, sed moriendo: non sævitia, sed patientia: non scelere sed fide: *Lactant. l. 5. c. 19. p. 304. edit. Am. Clem. Alex. l. 4. pæd. c. 1.* Exhortatoria est universa religio piusq; Dei cultus, ut qui & vitæ hîc rectè degendæ & futuræ, desiderium menti cognati ingeneret. Nec religionis est, religionem cogere. *Tertull. ad Scapul.* αἱμάτων δεῖ γέμειν τὸν ἀγωνιζόμενον, αἱμάτων οὐ τὸ ἐν τῷ τὰ ἀλλότρια ἐκχεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ ἑτοιμον εἶναι τὸ ἑαυτοῦ ἐκχεῖν. *Chrysost. homil. 5. in Epist. ad Hebr. Clemens Romanus lib. 9. recognit.*

39. Quam absurdum foret, si terreat auxiliis & carceribus Ecclesia & credi sibi cogat, quæ exiliis & carceribus est credita, *Hilar.*

K

ta *Hilar. l. ad Auxent.* Nec Judæos ad fidem venire cogendos decisum *Decret. tit. 6. in c. sicut Judæi. 9. de Judæis. lib. 5. decret. t. 6.* Theodoricus Rex Romanorum apud Cassiodorum *ait lib. 2. variar. Epist. 27.* permittens Judæis reficere templum. Damus inquit licentiam, siquidem permissum est, sed errantiũ votum laudabiliter improbamus. Religionem imperare non possumus, quia nemo cogitur, ut credat invitus. *μισεῖν χρὴ μισοῦντας τὸν θεὸν, οὐδὲ τύπτειν ἢ διώκειν καθὼς τὰ ἔθνη. Ignat. Epist. 6. ad Philadel. p. 31. edit. Antverp.* (quãvis verisimile sit, Epistolas illas supposititias esse. *Chem. in or. delect. patr. Osiandr. Cẽt. 1. hist. Eccl. l. 3. c. 23. p. 130. Hist. Magdeb. Cent. 2. c. 10. p. 209. Calv. l. 1. Inst. c. 13. s. 29.*) Suadenda fides, non imponenda, ait *Bernh. serm. 66. sup. Cant. col. 692.* & vulpes vineas devastantes capiantur, sed argumentis, non armis. *Idem serm. 64. col. 684. B.*

40. Quoties igitur diversarum religionũ cives in Rep. regendi, Magistratus beneficiis potius quàm suppliciis civium dissentientium animos emollire satager, quod fecit Theodosius, vel decretum *ἑνωτικὸν* promulgabit, ut cœtus illos inter se & cum Rep. conjungat, quod fecit Leo, vel inter religionum diversitates medius stet, quod fecit Valentinianus.

41. Atq; ita utraq; Quæstionis pars constituta suis nititur rationibus & fulcimentis, quæ non in pulpitis solùm & scholis Politicorũ amplius tractatur, sed in ipsam Imperii Romani ac cæterarum provinciarum curiam ascendit, nos pro ingenii viribus, quas satis exiguas esse fatemur, hypothesibus quibusdam aut vera aut veritati maximè affinia cõstituemus.

42. Ac primùm quidem nemo dubitat, quin non solùm precibus animorum in cœlesti doctrina concordia sit efflagitanda, sed cuilibet etiam, pro officii ratione, summis viribus eò annitendum, ut una eaque vera religio ubique locorum & civitatum dominium obtineat. Felix civitas est & beata Respubl. vera sanioris doctrinæ luce collustrata, nec ullum unquàm firmius sperandum concordiæ & unitatis vinculum, quam si uno in una eademq; vera religione consensu animi invicem devinciantur.

43. Optare istud quidem, sperare fortassis vix licet: sapienti tissim-

tissimi ergò Rerumpub. moderatores in eo genere nauclerum imitantur, qui cùm eò, quò cupiat pergere non possit, eò quò potest, cursum dirigit, ac sæpè velificatione mutata procellis ac tempestatibus obtemperat, ne si cursum tenere velit, naufragium patiatur. *Cicer. lib. 1. Epist. familiar. 9.*

44. Cumq; inter Scyllam & Charybdin hic sit enavigandū plurimi ad partem dextram nimis deflectunt, qui cum Symmacho statuunt omnes gentes adspirare ad arcana divini Numinis sed non iisdem viis, cum non omnes ejusdem sint ingenii. Idem Turcis ab Elhari doctrina persuasum esse autor est *Bodinus lib. 4. de Rep. c. 7.* Sic Rhetorius apud Philastrium docebat omnes religiones modò haberent intentionem & conatum colendi Deum rectè ambulare. Horum sententia non solùm improbanda sed detestanda sed execranda.

45. Ab illis non multùm absunt qui Ethnicis etiam salutem asscribunt, quod fecit *Cinglius in expos. fidei Christ. ad Regē Christ. quem librum Bullingerus in præfat. Cygnæam vocat cantionem:* pro eodem *Gualterus Apologiam edidit Anno 1545.* Cinglii sententiam *fol. 52. & seqq.* multis argumentis probare cupit. Fecit idem *Theol. Thammerus in libris Moguntiæ excusis.* Fecerunt *Galeotus Martius, Andradius, Fr. Puccius, Erasmus.* Nec diffiteri possumus hujus opinionis seminaria quædam esse apud *Iustinum lib. 2. Apolog. Clem. Alexandr. 6. stromat: Epiphanium, Irenæum, Tertullianum, Hieronymum.*

46. Neque etiam promiscuè variæ religiones & Sectæ facilè tolerandæ, tantum abest ut in pacatam Remp. recipiendæ; nisi civitas ita sit perturbata, ut sine totali internecione, aut sine sanguinis effusione res componi nequeat, tùm enim quiescendum ac tempori aliquid condonandum, quemadmodum Medici in morbis gravioribus quandoque plus proficiunt quiescendo, quàm movendo & agendo *Hipp. 2. Aphor. 29.* (Quamvis *Anton. Possevin. in judicio de scriptis Bodini p. 233.* id nominet fallacem astum ac hamum) satius enim est Remp. qualem qualem conservare, quàm eandem funditùs evertere, ferenda igitur illa religio, quam sine Reipubl. interitu auferre non possis. *Bodin. l. 3. de Rep. c. 7.*

47. Si quæ pacta, si quæ juramenta, si quæ salvi conductus formulæ fidem promiserunt hæreticis, servanda illa sunt. *Nicol. Vigel. in tr. de fide Jurisconsult. pag. 48. Danæus 2. Ethic. Christ. c. 9. Ram. 2. de Relig. c. 5. Cun. 1. de pact. c. 22. n. 72. c. 23. n. 63. Cramerus in scripto Germanico contra Schergam nuper edito.* Si fidem hæretico dare jus est, datam servare jus erit, si fidem frangere fas est, dare nefas erat. *Bodin. 5. de Republ. c. 6.* Carolus V. Imp. laudatissimus Luthero fidem servavit, eundemq; ut salvus & incolumis ex conventu Wormaciensi discederet, probè observavit, licet Eccius contenderat eodem jure, quo in Hussum & Hieronymum animadversum etiam in Lutherum animadverti debere: nemo tamen in Comitiis fuit, qui Eccii sententiam non apertè execraretur *Bod. l. 5. de Repub. c. 6.* Papæ & Venetis olim placebat, Uladislaum Ungariæ Regem fœdus cum Amurathe II. contractum dissolvere: id tamen Deo haud placuisse pugna Varnensis insecuta edocere potest. *Jovius in Amur. Leuncl. in Pand. Turc.*

48. Denique inter diversæ religionis cives sunt qui hæresin amplectuntur, sunt qui spargunt. Illi, si quietè, sacris publicis utantur, nec occultis machinationibus Politiæ aut Ecclesiæ pacem perturbare animadvertantur, tolerandi videntur spe scilicet conversionis & pacis publicæ gratiâ, ne distractioni & dissidiis occasio præbeatur, plerumque enim nitimur in vetitum cupimusq; negata: nihilo tamen minus scandali ratio habeatur sedula, ne jugum cum infidelibus trahere, aut errores illorum consensu nostro approbare videamur.

49. Qui errores spargunt ad alios ad se pertrahunt, quomodo tractandi, variè à variis disputatur, ad partem sinistram nimis deflectunt, qui è vestigio igne, rota, gladio, forcipe, fune, rogo, hisce morbis medendum censent. Quia tamen Apostolus hæresin serpere ait velut gangrænā, quod malū non nisi præciso infecto mēbro amoveri potest & nisi amoveatur paulatim arrodēdo carnē & ossa, hominē interimit. *Amatus Lusit. Cent. 3. cur. 32. f. 398.* ideò putida illa membra ex corpore Ecclesiæ amovenda *s. resecanda 24. q. 3.* ne totum corpus sanum inficiant ac Remp. penitissimè evertant, extremis enim mor-

bis

bis extrema exquisitè remedia conveniunt *Hip.1.Aphor.6.* exterminentur autem tales turbones præcedentibus prius fraternæ admonitionis gradibus.

50. Neque tamen ad corporis usque supplicium procedendum quod velle videntur *Lips. de una relig. Covarr.l.2.var. resol.c.10.n.10.Gomez:tom.3.resol.c.2.n.1.* quos sequitur usus ac praxis forensis in multis locis, vel quia de cõversione spes aliqua superesse potest *Prosper. in sent. August.* vel quia gravius damnum animabus infertur, quàm ut corpusculi unius supplicio expiari possit, vel quia error animi non est ex genere capitalium *l.si adulterium* §.1. *de adult.* Legis Mosaicæ rigor dicto Christi mitigatur, Nescitis cujus spiritus filii sitis: Leges Imperat. vel de ultimarum voluntatum cessatione intelligendæ *Wesenbec.in lib.1.C.tit.5.de haret.* probatur hæc Wesen. interpretatio ex ipso textu: quomodo enim potuerunt civitate expelli, atque ita etiam reliquæ leges interpretandæ *l.2.ne san. bapt. ne pugnet cum l.ult.eod.* congruit etiam hæc pœna cum Ecclesiastica quod enim ibi excommunicatio, id in civilibus exilium, relegatio *l.2.in fin.C.de summ.Trin.l.ult.C.ne sanct. bapt.* adde exemplum processus in Arrium deportatio *l. Quicunq. 8.D.de haret.* arbitraria pœna *l.1.C.de summ. Trinit.* item ut mortuus accusari & memoria ejus damnari possit, testatur hoc *l.4.C.de haret.glossa d.l.4.verb.subire.l.2.C. de Apost.l.1. in fin.C.de summ.Trinit.* Dici potest fuisse hoc singulare in Manichæis & similibus, qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerant *l.5.eod.* ut ultimo supplicio traderentur *l.5.l. quicunque 8.in fin.hoc tit.l.2.ne sanct. bapt.* tametsi & has constitutiones interpretari fas de deportatione quæ & ipsa dicitur ultimum supplicium *l.ultim.C.de execut.& ex act. libr. 12.* vel solùm de pœna deportationis audiendæ, quod ipsum praxis Ecclesiæ illius temporis in Arrio probat.

DISCURSUS OCTAVUS,

AUCTORE

D. JOHANNE GERHARDO THEOLOGO.

An electio, an verò succeßio præferenda?

MAgna omninò electionis commoda. Imperium dignissimo cuique tribui oportere, Natura ipsa docet: *Bodin. 6. de Rep. c. 4. n. 704.* sed electio optimũ quem quæ invenit, *Corn. Tac. 1. Hist.* cùm in successione quemcunque & cujuscunq; conditionis seu ingenii nasci nobis contigerit, admittere cogamur. *Tholoz. 7. de Repub. c. 15. n. 1.* Virtus semper certior ductrix, quàm Natura, quæ nulla stirpis habitâ ratione, sua partitur dona; electio autem fit secundum Virtutem: *Casus l. 3. Sphar. civ. 11. q. 2.* Antiquior quoque ratio per electionem, non enim potuit esse Successio, nisi in locum ejus, qui electus: Illa per Electionem Principatus acquirendi ratio ex præstantissimorum sive optimatum numero multos ad alacre virtutis studium accendit, ut tacita quadam spe certatim peragendo illa, quæ futuro principe digna sint, ad principatum contendant. *Melander in idea polit. f. 69.* in electione minus periclitari videtur Reipub. libertas: plus benevolentiæ in subditos: qui electus est, facilius moneri & moveri potest. *Dn. Eberh. Weyh. in orat. de hac quæst. hab.* Imperaturus proin omnibus eligi debet ex omnibus. *Plinius Jun. in Paneg. Traj.* Sed nec minoris ponderis, quæ successionem suadent; fortassis etiam majoris. Lex ipsa divina

divina successionem in Regibus & Levitis magis, quam electionem approbavit. Minore discrimine & invidia Procerum princeps sumitur, quàm quæritur, *Tacit.1.Histor.* majores in electione turbæ, conspirationes crebriores, Natura enim mortalium imperii avida. *Salust.in Jugurth.* Sin imperii spes præcisa, libentius consueto domino, quàm novo populus obtemperat; in obedientia verò totum dominationis bonum consistit. *Petrus Greg.7.de Republ.c.4.n.11.* Successionis usus apud plurimos omnino populos, *Bodin.6.de Republ.c.5.n.718.* nec immerito: diligentius instituuntur ad principatum, quibus imperia destinata, *Casus l.3.Sphar.c.11.* Qui verò ex humili & obscuro loco ad imperium provecti, adepto principatu animos attollunt. *Middendorp.in comm. ad quaest. 71. Prolem. Philad.f.128.* Intolerabilis est servi dominatio, testatur *Rex Sapiens.* Electi quoque aut negligentius imperium tractant, aut operam dant, ut liberis principatum relinquant, & civium libertatem opprimant. *Egid. Roman. de Reg. Princ. l.3.p.2. c.5.* Plures utrinque rationes adferri possunt ad laudanda, vel vituperanda utraque. Constitutæ leges cujusque provinciæ, ac subditorum mores itemque regiminis status respiciendus. Si de constituendo Imperio quæratur, successionem cum *Bodino, Tholozano, Lipsio, Caso, Osorio, Middendorpio, Mandosio, Weybio & aliis preferrimus.* Versetur tamen ob oculos illud ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ.

DISC. IX.

DISCURSUS NONUS,

AUCTORE

D. JOHANNE GERHARDO THEOLOGO.

An Princeps legibus solutus?

INteritum paratum esse civitati illi judicabat *Plato*, in qua non lex Magistratibus, sed legi Magistratus præsunt *4. de LL.* Qui enim legem præesse jubent, videntur jubere Deum præesse; qui autem hominem jubent præesse & bestiam, libido quippe talis est, atq; etiam optimos viros obliquos agit: manifestum proinde, nihil adeò ut leges dominari debere. *Arist. 3. polit. 11. l. Digna vox C. d. ll.* Digna enim vox principem se subditum ll. profiteri *Iustin. l. 3. de Lycurgo.* Nihil lege ulla in alios sanxit, cujus non ipse primus in se documenta daret. Tyrannicum est dicere Principem ll. solutum *Plato 1. de Rep.* Infinita potestas etiam in Regibus ipsis, quæ sese legum vinculis coerceri non patitur, est certissima Regni ac Reipub. ruina, & proximè occasura prognosticē. Contra quam remedium est, ut ll. observentur, etiam ab ipso Principe *Plat. 3. de ll.* Magistratus est gubernare & tueri ex ll. præscripto Rempubl. itaq; nec mera, nec infinita potestas est Magistratui tribuenda *Plato 4. & 5. de Rep. Baldus. in l. 31. de ll.* Princeps est sub lege poli, naturæ, rationis. Eo n. ipso princeps quod creatura est creatori & ll. creationis ac naturæ subject⁹ est, eo ipso quod hujus mūdi civis est, communib. communis politiæ ll. jure gentium subjectus

jectus censeri debet *Calv.t. de princ.* Sed vicissim, quid magis tritum quàm Legibus solutum esse Principem? Sic jubere dicunt quædam Rescripta & confirmat Albericus, quia Princeps imago divinæ majestatis: unde nemo Principi leges scribit, *Plin in Paneg.* Distinctione in his pro ratione nostri instituti progrediamur præeunte *Tholozano 7.de Rep.c.20.* Est quædã Lex divina κατ' ἐξαίρετον λόγον sic dicta; cave isthac Principem superiorem dicas; custos ejus esse debet, non violator. *Philip.in loc. de Magistr.* ac Rex maximè divino cultui intentus esse debet. *Savanor.Epith.Eth.concl.36.* Idem de Naturæ Lege intellige, q̃ non accepimus; sed ex ipsa Natura arripuimus, hausimus; ad quam non docti, sed facti, nõ instituti, sed imbuti sumus. *Cic. pro Milon.* Quantò plus gliscit imperantis potestas, tantò jura minuuntur. Itaq; non permittẽdum, ut is utatur imperio, ubi ll. agi potest. *Tiberius apud Tacit.3.annal.* Legem, quam tuleris de lege tenere teneris. Immutabilia n. sunt naturalia; Sed Legum civiliũ ad salutẽ Reip. constitutarum ipse Dominus est, easdemq; Reip. cui præest, accommodare potest, perinde ut Medici pro morborum varietate, incremento, symptomatum variatione, pro complexionum diversitate, anni ac morborum temporibus diversa adhibent medicamenta: Legumlatio ad dignitatem Regiam pertinet: *Aristotel. 3.pol. 11.* ac in his civilibus institutũ Principis non est, sibi Leges præscribere, *Bodin.l.1.de Rep.c.8.* Quibusdam distinguendum videtur, inter vim directivam & coactivam: quoad prius, Principem legibus subjectũ esse: sed quoad posterius, omnib. omnino eum solutum esse asserunt. Monarcha enim quatenus talis, nullum recognoscit superiorem, præter solum Deum, ideò violatæ Legis à Monarcha nemo nisi solus Deus vindex ac judex esse debet. *Thom.p.1.q.96.art.5. Greg.de Val.tom.2.cõ.Theol. disp.6.q.5. & ex his Fach.1.contr.2.* Quicquid libet, licet Principi vox Persarum judicum ab *Herodoto lib.3.* damnata par in parem non habet imperium l. *Nam Magistratus de recep.arb.* non ergò tenebitur ll. ab antecessore latis cum successor æqualẽ habeat potestatem. *c. 20. de elut.* Ad Regem Medorum & Persarum inquiunt principes & satrapæ regii; scito Rex, quia lex Medorum atq; Persarum est, ut omne decretum, quod consti-

tuerit Rex, non liceat ab eo immutari *Daniel.6.v.15.* Quid de hac distinctione statuendum, itemq; an Princeps obligetur ex contractu, monebit disquisitio.

DISCURSUS DECIMUS,

AUCTORE

D. JOHANNE GERHARDO THEOLOGO.

Quibus studiis Principem potißimùm deditum esse oporteat?

Est omninò imperare ars omnium maxima *Chrysost.2.Corint.Homil.15.* ac omni animali facilius imperabis, quàm homini, *Xenoph. 1.Cyrop.* Maxima verò potestas & summum imperium summam quoq; sapiētiā desiderat. *Middendorp.Comm.ad q.31.* Qui magna præstare cupit, statim à teneris annis virtuti rectæque educationi assuescat *Comm.c.18.in fine* ideo qui in spem Imperii educantur, sollicita omninò cura à primis usq; annis sic instituendi, ut non solùm sibi ipsis, sed & aliis, quibus præsunt, sapientia & exemplo olim prosint. *Patrit.lib.2.de Regis inst. tit. 8.* Principi non minus perniciosum & indecorum ab inhonestis institui quàm nescire: nec quælibet artes discendæ sunt Principi, sed hæ duntaxat, quæ tradunt rationem rectè administrandi regnum. *Erasm.lib.1. Apopht. sub Abasicl.* Prima verò cura sit, cœlestis doctrinæ, nectar ex cœlestibus fontibus haurire: fides enim Universalis est, & omnium commu-

munis,atq; ad omnes omninò pertinet Christianos.*c.Ubinam dist.96.* Omnes quoq; virtutes religionis gremio continentur. *Middendorp.ad q.41.* Librum legis divinæ Regi à Deo ipso cõmendatum esse scimus : Ac decet omninò id quod optimum est,ab optimo coli,&quod imperat.ab imperãte, *Diog.Stoicus apud Stobæum.* Dein literis humaniorib.excolendum ingeniũ; artiumq; maximarũ disciplinis acuendum. Principem nobilibus,natalibus&prosapiâ generosâ ortum&corpore formosum esse commendat populis, verùm rectè à pueritia honesteq; omnis virtutis, tolerantiæ & laboris genere institutum & exercitatum esse decet ac necesse est. *Xenoph. 1. Cyrop.* Alphonsus regna,quæ quamplurima quidem haberet, malle se perdere persanctè affirmabat quàm litteras quas permodicas scire dicebat,nescire. *Panorm.l.1.de gest. Alph.* Librum & quidem apertum pro insigni gestavit,quod bonarum artium cognitionem maximè rebus convenire intelligeret, quæ videl. ex librorũ evolutione intelligeretur:laudabat illud Platonis reges aut literatos esse oportere, aut literatorum amatores. *Panormit.lib.2.* Regibus Regum maximis Persicis nempe, regnare non licebat;nisi familiariter cũ Magis Sapientibus versatis. *Philo lib.de spec.legib.ad 6.& 7.præc.p.503.* cum aliquando Rex interrogaretur,utrum armis an libris majorem gratiam deberet,respondit:ex libris se arma & armorum jura didicisse *lib.4.* Instrumentariæ illæ (quas ita vocant) disciplinæ non omninò negligendæ:neq; enim parvi æstimanda,sine quibus ad magna perveniri nequit, nec ad ullius rei summam, nisi præcedentibus initiis pervenitur. *Fab. Quintil proœm.li.1.orat. inst.* Parcè tamen&ad usum isthæc ipsi haurienda. Quis Chrysippeis argutiis&Sophistarum tendiculis pernoscendis Principem occupari diu velit? Mathematicarum etiam scientiarũ velut Arithmeticæ, Geometriæ, Musicæ, Astronomiæ cognitio futuro Principi omninò necessaria est, tùm ad politicas res domi gerendas &rectè administrandas,tùm etiam ad bellicas,velut vallum erigendum, obsidionum Machinas extruendas,itinera commodè instituenda, & cætera hujusmodi *Plat.7.de Rep.* Poëtas etiã per otium adire poterit Princeps *Erasmi judicio.* Poëtica nihil aliud est, quàm ex omniũ disci-

plinarum deliciis ac medullis condita placenta,seu ex electissimis quibusq; flosculis compositum mellificium:& *Max. Tyrius* Sapientiam & Poëticam,rem quidem esse nomine duplicem,sed Natura simplicem,minimeq; reipsa differẽtem probat.Discat ergò Alexandri Magni, Alphõsi,aliorumvè exemplo Homeri Vlyssem,Maronis Æneam à primis statim annis mirari : lascivi verò & effæminati Poëtæ ab aula regia absint quàm longissimè.Historiarum lectio commendata debet esse quàm maximè.Princeps rerum inprimisque historiæ ignarus, vel prudenti consilio destitutus se suumque regnum in summas tandem calamitates conjicit.*rom.in c.34.* Quid enim magis salubre ac frugiferum quàm omnis te exempli documenta in illustri posita intueri,ut inde tibi tuæque Reipubl. quod imitêre,capias,inde fœdum incepto fœdũ exitu, quod vites ? *Livius lib.1.decad.1.Lipsius.1.polit.9.Historia* vitæ Magistra , factorum inæqualitate & mutatione corrigit & fortunatorum superbiam & infelicium infortunium.*Diodor.Siculus lib. 18. Bibliothec,* Prudentûm consilia fortiumq;præclara facta commemorat,temeritas & amentiæ exitus infelices enarrat.*Middendorp.ad quæst.68. Ptolem.* Hi omninò optimi consiliarii, qui semper adsunt vocati,nihil occultant, nihil adulantur : quod Rex Alphonsus dicere solebat.Illachrymasse dicitur Julius Cæs.conspecta Alexandri statua:*Sueton.in Cæs. c. 7.* quantò major erit Historiæ vis.*Patrit.lib.2.de Rege tit.10.* Nec eloquentiæ & variarum linguarum studium Principi negligennum. An nescimus eloquentiam à gravissimis autoribus rerum omnium Reginam vocari?*Muret.orat.3.* Nec solùm mẽte gubernatrice , sed & oratione jubente ac mandante aliis, quid faciendum aut omittendum sit , Princeps opus habet : *Plutarch.lib.de ger.Republ.* In seditione quanta vis eloquentiæ!Notus est Menenii Ægrippæ Apologus,nota Furii Camilli oratio,nota exempla alia : quanta vis ejus in bello ! Sæpè Duces oratio resistentes & victores fecit, quos hostis fugientes videre cœperat. Illam deniq;divinarum & humanarum rerum notitiam,justi atq; injusti sciẽtiam, Jurisprudentiam sc. ejusque ministram Politicam , Principi cognoscendam esse

nemo

nemo facilè negat: *Greg. Thol, 10. de Rep. c. 4.* Quę ab aliis aliæ in Principe requiruntur disciplinæ, non adeò necessariæ sunt: in scholasticis enim illis disciplinis qui consenuerunt, tractandis rerum habenis minus idonei : *Erasmus. in præfat. Suet. ad Frider. Elect.* Poterit tamen eas Princeps, qui ingenio valet, atque otio abundat, honestæ recreationis gratiâ cognoscere.

DISCURSUS UNDECIMUS,

AUCTORE

D. JOHANNE GERHARDO THEOLOGO.

An Legati mandati fines transgredi liceat?

LEgati munus est, omnia ad præscriptum Imperiumque ejus, qui mandavit, agere: Imperatoris verò summæ rei consulere & liberum tenere Imperium. *Alex. ab Alex. lib. 6. gen. dier. 3.* unde colligere annituntur, negotio alicui dato & quicquid omninò faceret, definito nil contra faciendum, licet videatur res prosperius eventura atque ex utilitate ejus qui id negotium mandavit. Procurator, cui sic est similis legatus ut penè idem videatur, nihil agere potest sine mandatione: Legatus interpres est, an interpres est, qui diversa refert ab eo, quod interpretatur? Cumque Princeps certam formam Legationis præscripserit, certè omnem hujusmodi licentiam Legato ademit. *Alber. Gentil. lib. de Legat. c. 16.* Si spes falleret, culpa inobedientiæ & pœna indeprecabilis subeunda fo-

da foret: si res fortè melius vertisset, Diis quidem gratia habenda, sed exemplum tamen intromissum videretur, quo benè consulta consilia religione mandati soluta corrumperentur *Gell.l.1.Noct.Att.c.13.* Quod optimè etiam cesserat, Posthumius & Manlius præstantissimorum filiorum mortibus punitum voluêre, quia contra Imperatorum patrum præcepta pugnassent; apud Liv. & Valer. Quomodo ergò Legato habenæ laxandæ? cum illic de re benè gesta jam non dubitabatur: hîc vel si certus spondeatur eventus, non desit dubitationi locus. *Gentil.l.d.* Athenienses Legatos quoniam aliâ, quam imperatum erat, profecti essent viâ, morte mulctarunt. *Ælian.lib.6.* Legati à Senatu Roman. Tarentum missi, cum gravissimas injurias accepissent; de eis questi non sunt, sed legationem, quibus acceperant, verbis peregerunt. *Val. Max. l.2.c.2.n.5* Distinguendum tamen videtur inter eum, qui certum mandatum accepit, & eum qui jussus agere quod sibi videtur: cavendum etiam, ne aliquid minus honorificum Principi curetur: incommoda, quæ metuenda, si res aliter gesta quàm imperatum, cùm emolumento spei pensitanda: denique respiciendum cum primis ingenium ac Natura ejus, qui mandavit.

DISC. XII.

DISCURSUS DUODECIMUS.

AUCTORE

D. JOHANNE GERHARDO THEOLOGO.

An Legati munera accipere poßint?

COnſuetudo obtinuit, ut legato relinquantur munera, niſi ex qualitate doni aliud præſumatur *Durus de Paſcolo Aphor. 52.* Valdè inhumanum eſt à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum, omnia avariſſimum *aphor. 340.* Lex Athenienſium fuit, ne legati munera acciperent, unde Legatus quidam, licet honorificam probatiſſimamque omnibus Athenienſibus pacem cum Rege Perſa confecerat; tamen quia in legatione munera accepiſſe viſus fuerat, parum abfuit, quin & ipſe occideretur. *Xenoph. lib. 7. rer. Græ.* Q. Fabius Gurges, Cn. Fabii Pictores, Q. Ogulnius Legati ad Ptolomæum Regem miſſi; munera, quæ ab eo privatim acceperant, in ærariium detuleruut, de publico ſcilicet miniſterio nihil cuiquam præter laudem benè adminiſtrati officii accedere debere judicantes. *Zonar. lib. 2. Valer. Max. 4. de abſtin. & contin. c. 3.* Dux Moſcovitarum auferre Legatis ad ſe redeuntibus munera omnia ſolet: *Jovius in Icon.* Veneti idem

idem suis interdicunt; *Hermol. Barb. de Rep. Venet.* Nec res caret ratione; quia munera qui semel acceperit & largitionibus est corruptus, non jam constans manere Judex commodorum publicorum potest. *Alber. Gentil. lib. 3. de legat. 13.* unde adeò sæpè bos in lingua: ac Demosthenis exemplo plus accipiunt, ut taceant, quam alii ut loquantur. *Gellius lib. 11. Noct. Attic. 9.* Acceptio numorum prævaricatio veritatis *c. qui rectè 11. q. 3.* Et citò violatur auro justitia *c. pauper 11. q. 3.* Distinguendum tamen inter ea lautia, quæ propterea dantur ut Legati corrumpantur: & inter ea quæ honoris ac benevolentiæ causa dantur; *Gentil. l. d.* nam etiam Romani Legatis munera dare soliti Livio teste; adeo ut hic etiam locum habeat: nec omnia, nec quovis tempore, nec ab omnibus: vetus est proverbium Antonini Imper. & extat *in l. solent 6. §. 3. de officio proconsulis.*

DISC. XIII.

DISCURSUS DECIMUSTERTIUS.

AUCTORE

D. JOHANNE GERHARDO THEOLOGO.

An ferendæ in Rebusp. Christianis Judæorum Synagogæ?

I.

PLuribus id visum est, & praxis quarundam Rerumpublicarum Christianarum idem comprobat. Applicantur quædam Scripturæ oracula *Ps. 59. v. 12.* Ne occidas eos, ne quando obliviscatur populus meus. *Rupertus super Gen. 42.* exemplum Josephi fratres increpantes huc accommodat: Hoc exemplo, inquit, hodièque dignum est non occidere eos, authoritate S. S. per Psalmistam ex persona Christi sic protestante *Ps. 59.* Ne occidas eos, ne quando obliviscantur populi mei, sed disperge illos in virtute tua. Quinimò ad Christum ante finem mundi convertendos eos esse, prænunciatum in Scripturis videtur. *Esaia 6.* Adhuc in ea gente erit decimatio. Ex parte cœcitas Israëli contigisse dicitur, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël salvus fieret. *Rom. 11. v. 25. 26. D Hunnius super h. locum. Sophon. 3. v. 7. & 8. Hosea 3 v. 4.* ubi in Chaldaico textu habetur: obedient Messiæ filio David, regi suo.

Luc. 21. v. 24. Calcabitur Jerusalem à Gentibus, donec impleantur tempora nationum. Exigere idem à nobis videtur honor Patriarchis & Christo debitus. *Matyr. tom. 1. loc. com. Col. 388. & 748.* Possunt Judæi esse speculum iræ divinæ lucidissimum *Sohnius sup. Psal. 59. & August. de civ. Dei lib. 4. & 18. ac sup. Ps. 58.* tolerandos Judæos censet; neque enim omnes sunt desperatæ salutis, cujus peculiaré habent promissionem. *Gen. 17. Ps. 89. Jes. 59 Rom. 11.* deinde eosdem nobiscum libros V. T. amplectuntur, ideò religioni nostræ suo ipsorum testimonio cõfirmandæ nõ parùm serviunt; illustre nobis iræ divinæ exemplũ in illis ꝓponitur. Præterea de autoritate & veritate librorum V. T. testes sũt locupletissimi, cõcredita enim illis τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, unde non inscitè Christianæ Ecclesiæ thesaurarii dicuntur, *Augustin. lib de doctr. Christ. & super Ps. 59. qui ipsi est 58.* In Italia & Hispania certæ sedes Judæis conceduntur, & *Cujacius lib. 7. observ. 30.* probat, etiam tempore C. Julii Cæs. Judæorum Collegia licita & permissa fuisse, ex *Joseph. lib. 14. ἀρχαιολ. Augustus apud Philonem* dicit Collegia & coitiones Judæorum se ideò permittere, quod non sint crapulæ primùm & violentiæ, deinde quod non seditionum nutriculæ, sed scholæ temperantiæ & justitiæ summo ardore animi hominum omne virtutis genus amplectentium. Hisce similia legat qui volet *5. Decretal. Gregor. 8. tit. 6. de Judæis. Cod. lib. 1. tit. 9. Novel. Justinian. 146. Recess. Imperii Augusta habit. Anno 1530. 1538. 1551. Oldrad. consil. 87 & 264.* Antiquis constitutionibus collegia Judæorum probari, ostendunt *lib. 15. §. ἤδη καὶ Ἰουδαῖοι D. de excusat. l. 3. §. ult. D. de Decur. L. circumcidere D. ad leg. Cornel. de Sicariis.* Vetus Christianorum Ecclesia eos non rejecit. *Cujac. lib. 7. observ. c. 30.* Non sunt persequendi Judæi, non trucidandi, sed nec effugandi quidem. Vivi quidam apices nobis sunt repræsentantes Dominicam passionem. *Bernh. Epist. 322. col. 999.* quem omninò vide. Hæc & similia pro parte affirmante proferuntur, sed nec pars negans suis destituitur fulcris. *Thalmud & Judæi* tradunt non esse homicidium si

Judæ-

Judæus gentilem occidat, neque perjurium si promissum etiam juramento confirmatum non servet. *D. Luth. libr. contra Judaos.* Meras execrationes in Synagogis suis sonant: sacratissimam virginem θεότοκον fœtido suo ore conspurcant, quando Jesum nominant, ter conspuunt terram, in colloquiis privatis semper addunt: deleatur nomen ejus. *Luther. ibid. Idem t. 5. Witeberg. germ. f. 439.* suadet Christiano Magistratui, ut synagogas Judæorum incendat & evertat, ædes similiter destruat, libellos Thalmudicos eripiat, Rabinis publicè ac privatim docendi facultatem adimat, salvum conductum deneget, usuras severè prohibeat, ad vilissimas operas adigat, atque ita justa hac severitate sub jugum Christi compellat. *Luc. 14. Vide libr. 5. Epist. Ambros. 29. & Zonaram tom. 3. annal. Socratem lib. 7. cap. 13. Paulum Diaconum lib. 4. cap. 50.* ubi ostenditur veteres orthodoxos Patres idem de coërcendis blasphemis Judæis deque synagogis illorum funditùs extirpandis sensisse. Ut marsupia fœnore, ita facultates corporis vitales, medicamentis exhauriunt, & experimenta per mortes agunt, cùm tamen suæ in medicina ignorantiæ probè sibi conscii sibiipsis non medeantur, sed Christianorum consilium & auxilium implorent ut testatur αὐτόπτης *Langius lib. 1. Epist. Medicin. Epist. 71. p. 433.* Refert *Robertus Gagvinus libr. 7. Hist. Franc. in fin.* quod tempore Philippi Longi Galliæ Regis multi leprosi Judæorum hortatu susceptum ab eis venenum puteis per omnem Franciam infundere conjuraverint: ut si qui potum inde haurirent, aut interirent, aut elephantiæ virus contraherent, quod cum Philippus Rex Galliæ comperisset tam nefarii sceleris autores octuaginta Parisiis combussit, alios flagitii conscios ad unum omnes confiscatis bonis proscripsit. *Lang. libro 1. Epistol. 71. p. 426.* unde nec hodiè in Gallia tolerantur. *Petr. Gregor. in Syntagm. Juris lib. 22. c. 3. n. 23.* Sed Hildebrandus quæstus sui causâ A. C. 1100.

M 2 veluti

veluti diluvio quodam Galliam, Germaniam, Italiam, aliasque provincias Judæis inundavit ut recitat Aventinus lib. 5. & Urspergensis in Chronico, ejusque ductum secutus est Gregorius IX. Anno Christi 1300. teste Platina, Paleo, & Æditiuo. Hinc Antichristiana illa Judæorum privilegia *lib. 5. Decretal. tit. 6. c. 4.* Solenne illis est quotannis eo die, quo Christus peccata nostra in cruce tulit, puerum Christianum in specu subterraneo occidere. Veronæ puerum cognomento Ruffum occiderunt, cujus flagitii autores rotæ supplicio puniti. Anno 1475. ipso parasceves die cerdonis puerum bimatum ita perfoderunt, ut corpus puerile totum Dominicæ passionis schema referret, autoribus sceleris pœnæ in rogo irrogatæ. Quinquennio pôst eo ipso die, ejusdem impietatis scelus Venetiis vindicatum fuit. Nec probabile videtur *D. Luthero in coll. mens. c. 33. p. 427.* fore, ut ante finem mundi Judæi convertantur, quæ præcipua affirmantium ratio. Denique ex trito adagio felix Resp. in qua non est Abraham, Nimrod & Naaman. Priori sententiæ subscribimus, modò ad generalium & specialium quorundam διαταγμάτων præscriptum Judæi vivere cogantur. Generale est, ut secundum jus Romanum pacificè, tranquillè & sine scandalo Christianorum vivant. Specialia Ecclesiastica sunt, ne novas Synagogas sine permissu Magistratus loci extruant, ne Christum maledictis proscindant, aut Christianorum religionem contemnant, ne homines nostros ad religionem suam traducere audeant, ne Judæum ad Christianismum transire volentem prohibeant, ut Biblia etiam in aliis linguis legant, ut impiis dogmatibus de mortalitate animarum &c. ac traditionibus renuncient. Specialia Politica sunt, ne cum Christianis matrimonium contrahant, ne immoderatas usuras aliosvè illicitos contractus exerceant, ne ad publica officia admittantur, ut causæ eorum coram Magistratu loci disceptentur, ut signo certo à Christianis dignoscantur, uti isthæc & alia ll. rationibus & autoritatibus præter alios confirmat *Speckhan. in disp. de διαταγ. Judæor. Helmest. habita Anno 96.*

DISCURSUS DECIMUS QUARTUS.

AUTHORE
D. JOHANNE GERHARDO
THEOLOGO.

An fines Imperii bello ampliandi?

VIdetur id pluribus, quibus pesuasum, licitum esse ad justitiam & religionem homines cogere, ac barbaros esse quasi feras, qui & subjici & obtemperare nisi imperio coacti nolunt. Res sanè è Natura est maximè, maximèque pervulgata, studium nimirum acquirendi, idque homines cum faciunt, modo possint, dabitur eis laudi vel saltem non vertetur. *Machiav. in princ. c. 3. Cas. lib. 1. sphær. pol. 5. Gregor. l. 1 epist. 73.* mirè laudat bella, quæ Gennadius gesserat adversus infideles dilatandæ Reip. causa *c. si non ex fidei. 23. q. 4.* & Israelitarum exemplum quidam proferunt. Rectiùs statuunt, qui turpe ducunt Viro Principi ob rerum alienarum cupiditatem bellum non necessarium sustinere, in quo se & fortunas suas in periculum sit adducturus *Halicarn. lib. 1.* Nec enim omne bellum licitum, sed hisce demum conditionibus: 1. ut bellum geratur authoritate superiorum. Habet autem jus bellum indicendi Princeps, qui superiorem neminem habet in ejus Principatu *August. 22. contra Faust. 74. 2.* ut causa sit justa, videlicet justa defensio, vel pœna justa, aut legitima recuperatio. Tam verum est justitiam in bellis suscipiendis requiri, ut ii etiam qui bellum

ambitiosè aut avarè aliis inferunt, ac proinde injustum, iidem prætextum tamen sui crepusculum captent aliquem, nimirum suam utilitatem defendentes esse justitiam. *Thucyd. lib. 5. 3.* bona sit intentio; addi potest hisce legitimus administrationis modus. *Aurelian. Imp. ad Trib. Milit.* scribit. Si vis Tribunus esse, Imò si vis vivere, manus Militum contine, nemo pullum alienum rapiat, ovem nemo contingat, uvam nullus auferat, segetem nemo deterat, annona sua contentus sit, de præda hostis non de lachrymis Provincialium habeat. Ex quibus apparet iniqua esse illa arma, quibus ambitio & avaritia caussæ. *Lips. 5. polit. 3.* Nec enim in amplificandis imperiis & necandis finitimis lucet beatitudo civitatis. *Arist. 7. pol. 2.* Temeritas superbiaque populorum injusta bella suscipientium eos perdit funditus. *Thucyd. l. 5. de Atheniensib. temerè in bellum Siculum incumbentibus.* Et Imperium aut vi non occupandum in alios aut ni perire omninò volumus, etiam vi retinendum, quoniam in occupando multos offendimus & in nos provocamus. *Idem l. 2. in orat. Periclis ad Atheniens.* Unde Græciæ civitates dum imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt *Just. l. 8.* Ideoq; longè præstantius est, ut sua quisq; securè possideat, quàm dum aliena appetit, de suis & necessariis admodum rebus periclitetur *Procop. de bell. God.* Hoc boni Principis menti, successib. hoc congruit prosperis, ut integra omnium patrimonia labore & fortitudine servet, non aliena appetat. *Amm. Marcell. lib. 46. Platina in vita Higyni.* Antonius Pius adeò moderatæ gloriæ fuit in re militari, ut defendere magis provincias quàm augere studeret, ut hanc Scipionis sententiam sæpius usurparet ac diceret, malle se unum civem servare. Tyrannorum verò proprium est optare mundi generale servitium, caussas belli non requirere, ambitum suum brachio metiri *Jornand. de reb. Goth.* Tyrannica vox est, regium esse non tantum sua retinere, verùm etiam aliena occupare. *Tacit. lib. 15. annal.* & eo animo bellum exercere, ut auctior fiat dominatio, est latrocinium profiteri & homicidium *Casus in commentar. 7. pol. 2.* Duo namque mala tales invehunt in Rempubl.

& quòd

& quòd committant contra legem divinam & naturalem occidentes, alterum lædentes & alienum usurpantes: & quòd populum proprium, quem custodiendum accepêre, periculis mortis temerè exponunt. *Tholoz. 11. de Rep. 1. n. 9.* Grave proinde & ab æquitate remotũ est, nullâ acceptâ injuriâ, nullâ caussâ inferre bellũ alienigenis & Amicis *Diod. Sicul. l. 13.* cùm vim inferre in natura ipsa injustũ sit. *Vasq. illustr. contro. 10. n. 4.* Thomyris Regina Cyri injustũ bellũ contra se moventis caput in dolium sanguine repletum conjecit, hisce verbis crudelitatem ipsi exprobrans: Satia te sanguine, quem sitîsti *Herod. l. 1.* Denique plerũnque divinâ fit justitiâ, ut qui primi bellum injustè intulerunt, supplices pacem petant. ex *Jovio Rich. Dinoth. in sent. Histor.* ut sic illis maximum sit discrimen, penes quos aurum & opes præcipuæ bellorum caussæ. *Tacit. 4. hist.* Eventus enim belli velut æquus Judex unde jus stat, ei victoriam dare solet *Liv. lib. 1. dec. 1.* Legitur de Principe Tartarorum, quòd captum Regem Rutenorum non necessarium bellum moventem interfecerit, & ex calvaria ipsius poculum inauratum fieri curaverit, cui hæc verba inscripsit: *Hic appetendo aliena amisit propria.* Zopyro præfectus Ponti ab Alex. M. relictus otiosum se ratus, si nihil ipse gessisset, adunato XXX. milia militum exercitu Scythis bellum intulit: cæsus cum omnibus copiis pœnas temerè illati belli genti innoxiæ luit. *Justin. lib. 12.* Rectè ergò Hannibal etiam armatus ad Scipionem dicebat: Optimum fuerat, eam Patribus nostris mentem datam à Diis esse, ut vos Italiæ nos Aphricæ imperio contenti essemus *Patr. 9. de instit. Rep. 1.*

DIS-

DISCURSUS DECIMUS QUINTUS.

AUTHORE

D. JOHANNE GERHARDO THEOLOGO.

An licitum subditis religionis causa à Rege deficere ac contra eum arma capere?

PRimam quæstionis partem quod attinet, tolerandum impii Principis jugum, quamdiu Deo liberi relinquuntur cultus: Si verò aliquid jubeat potestas, quod non debeas facere, hîc sanè contemne potestatem, timendo potestatem: ipsos humanarum rerum gradus adverte. Si quid jusserit Procurator, nunquid faciendum est, si contra Proconsulem jubebat? Rursus si quid ipse Proconsul jubebat, & aliud jubebat Imperator, nunquid dubitatur illo contemto huic esse serviendum, Ergò si aliud Imperator jubeat, aliud Deus contemto illo obtemperandum est Deo. *August. in lib. de Natur. bona & citatur à Lombard. lib. 2. sentent. dist. 44. lib. C.* Christus docere jussit & ubi doctrina non admitteretur, idem jussit fugere & cedere: Paulus Athenis reprehendit idola, Athenienses cum perseverarent in suo cultu Paulus cessit. *August. serm. 7. de verb. dom.* dicit paganos suo tempore retinuisse illas abominationes in fundis suis,

suis, quos tamen Christiani per vim non invaserint. *Aretius p. 1 probl. 8. f. 106.* Si optio alterutrius datur, à Rege magis quàm à Deo deficiendum est, qui enim ejusmodi dominiis se subtrahunt, dæmoniis se subtrahunt. *Stephan. Junius in Vindic. contra Tyr. q. 2. p. 46.* Antiquius id juramentum est, Deo quod præstitum. In hoc ergò casu tributa, vectigalia, munera, oneraque consueta non detrectant, modò id tributi, quod Deo debent, non intervertatur: Cæsari Cæsarem agenti parent, Cæsari fines suos excedenti, alienum imperium affectanti, superiorem amborum Dominum bello petenti parere injustum putant. *Junius in Vind. p. 47.* Quid ergò facient, si Rex ipsos ad impia sacra adigere velit, præstò est edictum Christi, fugiant in aliam civitatem *Matth. 10. v. 23.* si aliò fugere non datur, vitæ potius quàm Deo renuncient, crucifigantur potius quàm Christum vicissim crucifigant: Privati non habent potestatem, non funguntur Magistratu, non habent jus gladii: Religio non gladio, sed persuasione ac vi doctrinæ in cordibus hominum plantatur, & honesto vitæ exemplo confirmatur. *Dinoth. lib. 6. Hist. Gallica fol. 488.* privatis dicitur, Mitte gladium in vaginam: at Magistratus non gerit gladium frustra. Regibus commissus est gladius, quo extrinsecus accinguntur, his verò commendatur tantùm gladius spiritus: Christus ipse Angelicas legiones exautoravit, exarmavit, prohibuit; ne vel tantillum obedientiam illam, in qua nasci voluit, turbarent aut impedirent. *Autor continuat. Discurs. de reb. Gall. p. 18.* Ergò minus rectè bellum dicitur, quod à privatis suscipitur. *Obrecht. disp. de bell. thes. 38.*

N DIS-

DISCURSUS DECIMUS SEXTUS.

DE JURISDICTIONE.

Quem

Auctoritate ac consensu

Magnifici ac Illustris JCtorum ordinis in Academia SALANA

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi ac Consultiss. Viri

Dn. DOMINICI ARUMÆI J. U. D.

Celeberrimi ejusdemq; Facultatis Profess. ac Senioris meritissimi, Judicii Provincialis & Scabinatus ibidem Assessoris dignissimi

Dn. Fautoris, Promotoris, Præceptoris, sui multis nominibus omni animi cultu perpetim suspiciendi

Publicæ disquisitioni subjicit

EBERHARDUS à RHEDEN, Brem. Saxo.

Quum

QUum omnes materiæ quæ per totum jus passim sparsæ inveniuntur, dignissimæ sint, quibus animum diligentissimè adjicias, tum imprimis ea, quæ de jurisdictione suscipitur disceptatio est: propterea quòd nullus ferè locus sit, qui præsentem materiam, aut utilitate, aut subtilitate facilè superet. Quid enim in judicio frequentius, quàm de judicis competentia ante disputare, quàm lis suo ordine procedat? adeò, ut totius causæ obicem ac quasi repagulum non immeritò jurisdictionem Goveanus appellaverit. Nam, quum extra imperium jus dicenti impunè non pareatur: l. fin. ff. de jurisd. *& alias pars adversa litem sæpenumerò effugiat:* l. 83. ff. d. V. O. *antè scire oportet ad quem jurisdictio pertineat:* l. 2. ff. si quis in jus vocatus non ier. 1. *Difficilem autem & subtilem hanc materiam esse præter* Coraſ. Duaren. Obrecht. Steph. & DD. communiter *testis est* Viglius, *qui ad veritatem ejus inquirendam superioris seculi JCtos ex inferis revocandos esse affirmare non dubitavit. Quapropter quum & ea quæ utilia ac minus quotidiana sunt plenius attingenda lli præcipiant* l. 25. ff. de leg. *& secundum* Cap. 3. de election. in 6. *difficilioribus cautius sit agendum. Nos utrumque secuti, & utilissimam materiam nequaquam uno saltu, quod proverbio dici solet, transilire, & in loco salebroso ac difficili aliquantò cautius versari instituimus, non eo quidem consilio, quòd enodare hunc locum ac superioribus aliquid addere nostra conetur tenuitas, sed ut collatis in medium argumentis atque in utramque partem ultrò citroque agitatis quid in hac re verum sit possit intueri.*

THESIS I.

Dicta est autem jurisdictio a) à jus dicendo, b) quia per eam is, qui jurisdictioni praeest, jus dicit, h. e. causâ cognitâ litem dirimit & sententiâ latâ partem alteram condemnat vel absolvit.

a) Vocabulum jurisdictionis in jure & latinitatis auctoribus variè accipitur. 1. Latissimè pro summa potestate *Senec. lib. 1. de Clem.* Quæ ruant urbes quæ oriantur mea jurisdictio est, 2. Latè pro universo jus dicentis officio *l. 1. §. 4. ff. de suspect. tut. l. 1. §. 10. ff. de postulando.* *Cicero pro Flacc.* præturæ jurisdictio h. e. officium præturæ. 3. Pro loco, *l. 5. ff de judiciis §. 4. Institut. de Attilian. tut. l. 3. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Servi Sulpit.* At ut reliquam jurisdictionem absolverem i. e. reliquam provinciam. 4. Pro exercitio jurisdictionis, *l. 13. ff. de ll. l. 5. §. 1. ut legat serv. caus. cav. l. 26. §. 6. ex quib. caus. maj. l. 63 ff. de ædilit. edicto.* 5. Pro notione. *l. 3. pr. ff. de postulando l. 5. pr. ff. de re judic.* 6. Pro juris necessitate *l. 3. §. 1. de recep. arbit.* & aliis modis quibusdam quos videre aliquis poterit apud *Paurm. Steph. Obrecht. & alios.* Nos in præsentiarum eam accipimus pro potestate de negocio cognoscendi.

b) *l. 1. 14. 18. ff. de jurisd. l. 7. §. 1. ff. quod quisque juris. l. 10. in fine pr. de officio procons. l. 12. ff de Vulg & pup. l. 2 §. 25. 28. 32. 34. ff. de orig. juris. Wesenb. Paratit. hic num. 2. Scipio Gentil de jurisdict. lib. 1. cap. 1. Tob. Paurm de jurisd. lib. 1. c. 1. num 4. Matth. Steph. ibidem lib. 1. cap. 3. num 10. Obrecht. O. 1. num. 5. 6. Diss. Gloss. & Bart. ad l. 3. ff. de jurisd. Tiraquell. Azo. Fulgos. Zas. Cyn. ad rubricam ff. h. t.*

c) *l. 1. ff de re jud.* ubi enim acceptum est judicium ibi finiri oportet. *l. 7. l. 30. ff. de judic.* Olim tamen licebat judici in causis dubiis Respondere sibi non liquere argumento *l. 13. §. ult. de arbit. l. 36. ff. de re judicat. Ascon. Ped. in divin. Seneca epist. 66.*

Th. II.

Th. II.

Definiri potest jurisdictio, quod sit notio a) seu potestas statuendi b) magistratui c) concessa de causis seu negotiis quibuslibet. d)

a) Generis loco notionem ponimus propter. *l. 10. ff. de off. præsidis. Cuj. ad l. 99. de V. S. Scip. Gent. lib. 1. cap. 1. Matth. Steph. de jurisd. lib. 3. cap. 1. num. 26. & cap. 2. num. 32.* quia comprehendit jurisdictionem & notionem in specie sic dictam. *d. l. 99. de V. S. & ibi Godd. l. 5. ff. de re judic. Donell. lib. 17. obs. c. 6. Vultej. lib. 1. Jurisp. Rom. cap. 12. n. 6.*

b) Notio enim nihil aliud est quam potestas (per potestatem intellige jus cognoscendi non eam potestatem quâ imperium exprimitur *l. 3. ff. de jurisd.*) *l. fin. ff. h. t. d. l. 5. ff. de re jud. Goddæus ad d. l. 99. num. 6. Donell. d. lib. 17. cap. 6. pag. 16. linea 42. & seqq.*

c) *l. 1. ff. de off. ejus cui l. 5. ff. de jurisd.* & quidem ad differentiam simplicis notionis, qualem habent judices pedanei argumento *l. fin. ff. de off. ejus junct. l. 5. 15. ff. de re judic.*

d) Civilibus & criminalibus. *Treutler. th. 1. lit. D. h. t. per l. ff. de off. ejus. l. 2. §. 23. ff. de orig. jur. Rubric. & l. 5. C. h. Cicero pro Cecinn. Matth. Steph. lib. 1. cap. 3. numer. 21. Diss. Anton. Vacc. ad Rubr. & l. 2. ff. h. t.*

Th. III.

Ea porro variè dividitur. 1. In civilem a) vel criminalem. b) 2. Voluntariam c) vel contentiosam. d) 3. In propriam e) vel non propriam f) 4. Mandatam g) vel prorogatam. h)

a) De causis seu negotiis civilibus, aliàs jurisdictio, in specie sic dicta, vulgo appellatur, eamque velut necessarium consequens respicit imperium mixtum *l. 3. §. fin. & l. fin. ff. de*

off. ejus. l. 2. ff. de jurisd. adeò ut alterum alteri propter mutuam affectionem & vinculum inesse dicatur *d. §. fin. & l. 3. ff. de jurisdict.*

b) Quam nonnulli speciem jurisdictionis esse negant, alii cum imperio mero confundunt. Nos & pro certa specie agnoscimus *d. l. 3. ff. de off. eius cui argumento l. 2. §. & quia 16. ff. de origin. jur.* atque cum *Obrecht. ac Helfric. Ulrico Hunnio* exercitii gratia distinctam ab imperio mero esse asserimus. 1. Quia definitionibus differunt. 2. Quia ab invicem separantur *l. fin. §. fin. ff. ad leg. Jul. de annon. l. 13. ff. de accusat. junct. l. 3. §. 1. d. l. ult. ff. de off. praefect. Vigl. l. 6 pr. junct. l. 11. ff. de offic. procons. Vide Hillig. Donell. Enucl. lib. 17. cap. 7. lit. A. Dissent. Matth. Steph. de jurisdict. lib. 2. cap. 3. num. 18. & 27. cum aliquot seqq. Scipio Gentilis lib. 1. de jurisd. cap. 2. Bocerus ibid. lib. 1. cap. 2. num. 5. & seq. Jo. Ram. lib. 2. Regul. jur. axiom. 154.*

c) Quod partium voluntate exerceatur ab objectis rebus ac personis sic dicta *Donell. lib. 17. Obs. cap. 8. Steph. lib. 1. c. 13. num. 5.* Quae tamen res citra magistratus approbationem nullae erant futurae *Don. d. l. Scip. Gent. lib. 1. cap. 15.* Et hae vicissim vel nuda approbatione contentae sunt adoptio *l. 2. in fin. pr. l. 3. ff. de officio. Procons. l. 5. ff. de adopt. Princip. Instit. l. ult. C. eod.* Emancipatio *l. 3. 4. ult. C. de emanc. liber. d. l. 2. ff. de off. Procons. §. 6. Instit. Quib. mod. jus patr. pot. Nov. 89. cap. 11.* Item manumissio *d. l. 2 pr. l. 7. 17. ff. de manum. vindict.* Legitimatio *d. G. 77. N. 89.* Donationis insinuatio *l. 30. l. pen. D. de donat.* Insinuatio itidem testamenti *l. 19. C. de test.* ejusdemque deinceps publicatio *l. 2. C. Quemadmodum testam. aperien.* Vel praeter auctoritatem etiam decretum magistratus desiderant. Qualis est alienatio rerum pupillarium *l. 22. C. de admin. tut.* & Transactio de alimentis testamento relictis. *l. 8. C. & ff. de Transactionib.* & simil. *Dissent. Hopp. de jurisd. lib. 3. Bald. ad l. 1. C. de emancip.* qui intermediam speciem constituunt.

d) Quae adversus partem alteram saltem invitam exercetur *l. 2. pr. ff. de off. procons. l. 83. §. 1. ff. de V. O.* Huc pertinent omnia quae in modum actionum forensium proponuntur *l. 37. ff. de O. & A.* & pleraque quae de jurisd. dicta reperiuntur. *Vult. ad l. 1. C. de jurisd. Matth. Steph. de jurisd. cap. 13. n. 17.*

e) *l. 5.*

e) *l. 5. 6. 16. ff. de jurisdict. Vultei. Jurispr. Rom. cap. 12.* Quæ proprio i. e. jure magistratus competit. Eaque non ineleganter *ab Henonio Steph. & Paurm.* dispescitur in universalem quæ soli imperatori cõpetit, cujus respectu terræ dominus appellatur *l. 9. ff. ad l. Rhodiam. de jactu.* Unde nec injuria omnes provinciæ Regiam urbem (Romam) & ejus observantiam sequi tenentur *§. fin. Instit. de satisdat.* & qui in orbe Romano sunt cives appellantur *l. 17. ff. de stat. homin.* Vel particularem, ratione terræ alicujus Provinciæ. Qualem habebant olim magistratus inferiores quorum officia exprimuntur à titulo *9. lib. 1. ff.* usque ad *lib. 2. & ibidem in Paratit. Wesenb.* Hodie Electores, Principes, Comites, Barones, Nobiles nonnulli, Magistratus, item civitatum imperialium. Vel specialem, ad certam causam circumscriptam. Quo pertinet cognitio de controversia inter Vasallum & dominum de materia feudali *t. apud quem vel quos controv. feud. fin. de usib. feud. lib. 1. tit. 18.* Jurisdictio criminalis quæ continetur in Recessib. imp. Anno 1570. tit. Röm. Käys. Mayst. Reuter Bestallung/ deß Reichs vnd ernewerte Reutter Recht. Cognitio Palatini ad Rhenum de causis imperialibus, *vide Aur. Bull.* Item jurisdictio Rectorum in Academiis. *Paur. lib. 1. cap. 12. num. 15.* & similes.

f) Quæ alterius beneficio accepta fertur *l. 5. 6. ff. de jurisd. l. 9. §. 1. l. 4. ff. de off. ejus cui mand. Treutl. volum. 1. disp. 3. th. 7. lit. D. Donell. lib. 17. Obs. c. 7. Paurm. d. c. 12. n. 20. & seq. Vult. discept. Schol. lib. 1. c. 1. Matth. Steph. lib. 2. hic c. 15. pr.*

g) Quæ etiam aliena dicitur, *l. 1. §. 1. l. 3. 4. ff. de officio ejus cui* & ex mandato alterius dependet. *d. §. 1. l. 16. ff. de jurisd. Paurm. d. c. 12. num. 1. & 2. Vult. Jurisprud. Rom. lib. 1. c. 14. N. 2.*

h) Artificialis etiam DD. sic dicta *Vult. ad l. 1. de jurisd. n. 670.* Hæc consensu partium litigantium collata est magistratui cui aliàs eâ de re jurisdictio non erat. *l. 1. ff. & l. 1. C. de jurisd. l. 1. & 2. §. 1. & pr. ff. de jud.*

Th. LV.

Circa jurisdictionem quam non propriam appellavimus pro diversitate speciei

duplex

duplex oritur quæstio. 1. An per mandatum jurisdictio transferatur? a) 2. An prorogatio habeat locum in delegato? b).

a) In priore quæstione distinguimus inter exercitium jurisdictionis, quæ competit delegato & jurisdictionē quam transire omninò negamus quod confirmamus. 1. *l. 20. ff. de off. præsid. l. fin. C. de defens. civit. argumento l. 2. C. quando tut. vel cur. esse. l. privilegia. ff. de R. J. §. finitur Instit. de usuf. §. 1. de usu & habit.* 2. A naturâ mandati per quam res nostras alteri commendamus non transferimus *t. t. ff. & C. de mandato l. 3. ff. de procurat. argumento l. 20. C. de pactis.* 3. Quia jurisdictionem dare proprium est populi vel principis *l. 6. ff. de jurisdict. Obrecht. in disput. de Jurisdict. thes. 142. & seq. Matth. Steph. lib. 1. cap. 15. num. 4. & seqq. usq; ad finem Vultei. de Jurisprud. Rom. lib. 1. cap. 14. num. 14. 17. Donellus. lib. 17. Obs. c. 8. pr. Scipio Gentil. lib. 2. c. 12. pag. 235.*

b) Negativa videtur verior. 1. Quia delegatus plerumque est homo privatus *l. fin. ff. de off. ejus* qui ut antea jurisdictionem ipsam non habebat sicuti diss. largiter nonnulli concedunt ita nec prorogatio in eo locum habere potest. 2. Mandatarius non debet mandati fines excedere *l. 5. ff. mandati* ac proptereà delegatus ultra limites sibi præscriptos jus dicere seu judicare prohibetur. 3. Personalia personam non egrediuntur *l. privilegia ff. de R. J. §. ult. Inst. de usufr. §. 1. Inst. de usu & habit.* sed jurisdictio personæ magistratus cohæret ut in definitione superiùs audivimus, tametsi mandata jurisdictio privato etiam potestatem cognoscēdi tribuat, quæ exceptio docet regulam esse in contrarium, præsertim cum utriusque sit dispar ratio. 4. Quia extra orbitantia strictè sunt intelligenda. *l. 14. ff. de LL. l. 141. ff. de R. J. junct. l. 1. de off. ejus l. 5. ff. de jurisdict.* 5. Propter auctoritatem Canonum qui optimè præsumuntur. *ll. explicare l. 45. C. de Episc. & Cleric. cap. 1. 2. Ext. de Nov. oper. nunc. vide c. 32. ext. de off. jud. delegati cap. 34. 35. 36. Ext. de Rescript. Alciat. in Rubric. de jurisd. Gloss. in c. 2. eod. in 6. Diss. per l. 1. 2. §. 2. ff. de judiciis. Donell. lib. 17. cap. 10. Sichard. in l. 1. C. de jurisd. num. 1. Aliter*

Vultei.

Vultei in l. 1. C. de jurisd. num 81. Zasius in l. 15. ff. de jurisd. Marant. p. 4. dist. 12. num. 20.

Th. V.

Causa efficiens jurisdictionis est lex vel legis auctor populus a) aut princeps b) eaq; vel immediata & proxima c) vel propinqua d) vel remota e).

a) Non obstat *l. 54. ff. de R. J.* Ad quam dupliciter responderi potest. 1. Regulam d. l. suas admittere exceptiones. 2. Tametsi populus non habeat jurisdictionem formaliter, habet tamen eam virtualiter & fundamentaliter ad exemplum proprietarii penes quem est fons, cujus virtute alteri usumfructum possit concedere *l. 65. ff. de usufr.* Fit autem ea concessio vel expresse vel quod idem est *l. 28. ff V. S.* tacitè ppræscriptionem *l. 3. C. de præscript. 30. vel. 40. annor. l. 3. §. 4 ff. de aqua quot. & æstiv.*

b) In principem namque l. Regia quæ de ipsius lata dicitur imperio potestatem omnem populus contulit. *l. 1. ff. de Constit. princ.* Unde ejus proprium ll interpretari, ferre, abrogare. *l. fin. C. de ll.* Idem propterea lex animata appellatur *Nov. 105. cap. 2. in fin.* De modis concessæ jurisdictionis vide *Matth. Steph. lib. 1 cap. 38.*

c) Quæ specialiter lege conceditur, qualis est jurisdictio criminalis. *l. 1. ff. de offic. ejus* & nonnullæ civiles: ut tutelæ datio *l. 6. ff de tutelis l. 1. ff. de tut. & cur.* item judicis dandi licentia actusque legitimi veluti: adoptio, emancipatio &c.

d) Jurisdictionis scilicet quæ per intermedium magistratum ex sententiâ legis competit *d. l. 1 ff de off. ejus cui* qualis est fere omnis jurisdictio in specie sic dicta seu civilis.

e) Eo respectu jurisdictio duplex iterum potest constitui propria & non propria; illa est quando ex concessione principis cum jurisdictione magistratus à collegio aut universitate von einer Gemeine oder Zunfft, constituitur. Talem jurisdi-

ctionem habent præfecti sutoriæ aut alterius licitæ societatis *Matt. Steph. d. cap. 38. n. 17. & seqq. per l. 2. § fin. C. de constit. pecun.* De hac respice ad ea quæ suprà *th. 3. lit. E.* dicta sunt.

Th. VI.

Constituitur autem jurisdictio aut simpliciter a) aut sub conditione b) aut ex die. c)

a) Simpliciter citra diei ac conditionis mentionem, qualis regulariter ferè solet esse omnis legitimi magistratus jurisdictio. *l. 1. ff. de off. ejus.*

b) Hac distinctione adhibitâ rectissimè *Scip. Gent. & Hillig. Donell. Enucleat.* conciliare annituntur *l. 2. ff. de offic. proconsf. cum l. 17. ff. de man. vindict.* Quia legati proconsulum non nisi conditionaliter exspectato jussu proconsulum aliquid proprii habent *l. 13. 14. d. t. junct. l. 6. ff. de tutel. Dissent. præter Coras. Johan. Faber. ad l. 70. ff de R. J. Donell. lib. 17. c. 8. Hunnius de Jurisdictione parte 2. Quæst. 11.*

c) Qualis est jurisdictio contentiosa Proconsf. antequam Provinciam sit ingressus *d. l. 2. ff. de off. Proconsf.* & Voluntaria legat: proconsf. si eodem tempore ipsi commendata sit *l. 4. in fin. ff. d. t.*

Th. VII.

Materia in qua sunt districtus territorium a) & persona. b) Objectum personæ c) & res omnes civiles vel criminales d) in utroq; inspiciendum ad quem jurisdictio rei aut personæ pertineat. e)

a) Passivè & materialiter in qua veluti re inanimata jurisdictio residet. *Wesenb. hic in Paratit. n. 10.*

b) Et quidem dupliciter vel passivè & materialiter respectu subditorum. Qualem jurisdictionem habent duces

belli

belli in milites armatos Rectores Scholarum in milites ut ita loquar togatos seu artium studiosos. Vel activè & formaliter respectu magistratus *Wesenb. d.l. Jason. in l. 1. num 15. de jurisdict. Mont. in tractatu fin. regund. cap. 11. num. 15.* Obiter notandum utrum per alluvionem etiam jurisdictio possit amplificari? Nos pro ratione diversi subjecti materialiter ita dicti & augeri & non augeri existimamus. *Bacchov. per. l. 2. C. de Alluvio. Curt in Consil. 56. Colon. 2. Dissent. Treutl th 7. lit. E. in fin hic.*

c) Per personas intellige extraneas non propinquas aut domesticas *l. 10 ff. de jurisdictione* inferiores non ęquales nisi ultrò se subjiciant *l. 14. ff. h. t.* Non obstat *l. 77. ff. de judi.* ad quam DD. variè Resp. Alii distinguunt inter causas privatas & publicas, alii inter voluntarias & contentiosas, alii inter honestatem & necessitatem, alii ad litis contestationem judicium fieri existimant ne tempus pereat; alii differre dicũt utrum persona extranea domesticam evocet an ab ea vocetur, quas ordine recenset & partim refutat *Matth. Steph. lib. 1. c. 38.* Nobis non displicet sententia *Hunnii* in qua sententia ferè est *Vultej.* scilicet ut jurisdictionem exercere inter se mutuo commemoratæ personæ nequeant, judices sibi invicem esse possint.

d) Vide quæ dicta sunt *th. 2. lit. D.*

e) *l. 2 ff si quis vocat. non ierit. l. 2. 5. C. de jurisdict.*

Th. VIII.

Cognoscitur illud primò ex personis in quibus iterum tria spectanda sunt. 1. *Domicilium a)* 2. *Conditio. b)* 3. *existentia. c)*

a) Domicilium à domo differt sicut civitas ab urbe, domicilium jus, domus factum denotat *l. 17. §. sola domus 13. ff. ad Municip. Plaut. in mercat. Ostium hoc mihi domiciliũ Athenis. domus.* Dividitur in naturale vel originis, ubi quis in hãc lucem editus est licet sedem fixam ibi non habeat *l. 4. d. l. 17. §. 11. patriæ domiciliũ ad Municip.* vel habitationis. *l. 6. & 7. C. de incolis* quod decennio acquiri D D. statuunt, nos in dubiis eam rem judicis arbitrio relinquimus. In utroq; communis regula observan-

da quod actor sequatur forum rei, ubi reus domicilium habeat. *Cap. fin. ext. de for. comp. l. 2. C. Ubi sen. vel. clariß. l. 2. C. ubi & apud quem restit. l. 19 § fin. de jud. l. 2. § 3. eod. l. 2. § 3. eod. l. 2. 5. C. de jurisdict. l. 3. C. ubi causa status. l fin. C. ubi in rem actio.*

b) Conditio spectatur vel in officio personæ, ut quæ hanc aut illam artem profitentur, apud eum conveniantur ad quē cura artis pertinet, ut milites seu in dignitate constituti apud eum cui ratione officii subjecti sunt *l. ult C. h. t.* ut clerici corā judice ecclesiastico *l. 25. 33. C. de Episc. & Cleric. N. 123 c. 22 & 23. C. cùm sit generale 8. C. Si diligenti 12. de foro competent. C. 4. ext. de Judiciis.* Sic studiosi literarum judicem habent magistratum Academicum *Auth. Habita C. ne filius pro patr.* Vel in ipsa persona, quales sunt miserabiles personæ ut pupilli, viduæ vel perpetuo morbo laborantes & debiles qui ex provincia inviti evocari non possunt. *l. un. C. Quando Imp. inter pupill. vel viduam.* Ipsis tamen alios evocare concessum est *Dissent. Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. cap. 31. num. 39 Treutler. disput. 3 thes. 10. lit. A. Volum. 1. Bart. & Bald. in d. l. unica. Gail. lib. 1. Obs. 1. num. 40. Gloss in in d. l. un.* Hoc privilegium Constantini postea à commemoratis personis Justinianum transtulisse ad omnes provinciales docet *Matth. Steph. d. cap. 31. num. 40. per Nov. 86.* quæ sententia tum vera cùm provinciales rem habent cum aliis quàm miserabilibus personis. An autem alios etiam evocare possint non opinor d. N. posse probari. Obiter notandum utrum viduæ appellatione etiam virgo contineatur in præsenti passu ? Negativa videtur verior quam tenet *Matth. Steph. d. c. 31. n. 27 Gail d. l. 1. 42. Covarr. pr. quæst. c. 7. num. 2. Vult. ad sæpe d. l. un. n. 7. Dissent. Bart. Bulgos. Treutl. & Vulgo DD. ad hunc locum.*

c) Ratione videlicet delicti. Nam quum intersit reipubl. provinciam malis hominibus purgari *l. 3. ff. de off. præsid.* facinorosi præter locum domicilii ac delicti, quocunque etiam reperiuntur, ubivis conveniri possunt *t. t. & l. 1. C. ubi de cr. Cui. in parat. ibid. Steph. lib. 1. cap. 30.* Ita tamen ut ad petitionem judicis in eum locum, ubi scelus commissum, remittantur, de jure civili *Nov. 134. cap. 5.* Hodie tamen quod olim erat neces-

sitatis

citatis benevolentiæ ergò per literas transversales, uti vocant, duntaxat impetratur.

Th. IX.

Secundò ex rebus a) tertiò ex causa b) quartò ex contractu c) quintò ex quantitate d) sextò ex continentia causæ. e)

a) Ubi enim res sita est ibi peti debet citra rei mobilis vel immobilis distinctionem. *Cap. ult. ext. de foro comp. C. 3. eod. l. ult. C. ubi in rem act. l. 38. ff. de jud. l. 10. ff de R. V. l un. C. ubi de hered. agatur*, quanquam etiam in loco domicilii rectè petatur cujus electio relinquitur actori *Matth. Steph lib. 1. cap. 31. n. 9. 10. Vult. ad l. 1. C. ubi in rem act. n. 6. Dissent. Donell. lib. 17. obs. 6. 7.*

b) Ita causæ ecclesiasticæ coram judice ecclesiastico. *Cap. 10. 16. de foro comp. cap. 16. de potest. jud. de leg. cap. Venerabilem in fin. de elect. & elect. potest.* & hoc adeò verum esse docet *Mynsing. Obs. 100. pr. Cent. 1.* ut incidens quæstio ecclesiastica suspenso civili ad judicem ecclesiasticum remittatur. Sic civiles causæ coram judice civili examinantur *d. cap. 10 de foro competent.* feudales coram judice feudali *Matth. Steph. d. cap. 31. n. 52. Hænon. ad ff. disp 3. th. 10. lit. B.*

c) *l. 19. §. 1. 2 ff. de judic. l. 1. 3. de rebus auct. jud. poss. Donell. lib. 17. c. 14 Steph. de iurisd lib. 1. cap. 29. pr.* appellatione autem contractus comprehenduntur etiam distractus & omnes omninò obligationes quæ ex contractu vero vel quasi descendunt. *l. 20. ff. de judic. Matth. Steph. d l. num. 3. Cuj. in l. 7 ff. de pact. Canonista in cap. licet de foro comp.* Et quidem ibi contractum dicitur, ubi solutio facienda *Matth. Steph. num. 6. d. cap. 29. l. 21. ff. de O. & A. d. l. 3. de bonis auct. jud. poss.* Excipitur ab hac regula advena statim loco decessurus. *l. 19. §. 2. ff. de judic.* si creditor ipsius fidem voluit sequi *Bart. l. 2. ff. de pign. act. Steph. d. cap. 29. num. 25. & seq. Socinus in tractatu fallentiarum Reg. 159.* Deinde etiam excipitur legatus qui in ipsa legatione contractum non iniit. *l. 5. 8. 25. 26, ff. de Judic.* Obstare videtur *l. 5. ff. de Constit.* Ad quam vide Resp, *Cujac. lib. 13 cap. 17.* Tertiò etiam maritus

in controversia rei dotalis. *l. 65. ff. de judic. Rubert. lib. 1. sent. c 4. Steph. d c. 29. n. 57.*

d) *l. 11. l. pen. ff. de jurisd. §. 4. & seq. Inst. de Attilian. tut.* Sic defensores civitatum ultra trecentos aureos non habent jurisdictionem *Nov. 15. c. 3.* Ita Bremæ. Kan der Richter im nieder Gerichte vber 300. Bremer March nicht recht sprechen/auch nicht von dē Richtherrn an dē gantzen Rath vnter jetzt gedachter Summen die Sache gelangen. Quemadmodum etiam in Camera appellatio summæ quæ trecentis florenis minor est non admittitur. Vide Reichsabschied Anno 160. §. Wie wol nun auch in den Speyrischen ꝛc.

e) *l. 10. C. de jud. l. 1. & t. t de quib. reb ad eund. jud. eat. cap. 2. de causa poss. & propriet.* Non tamen propterea in causæ continentia rejecto minore veniendum est ad superiorem, forte ubi res plurium controversa in inferioris jurisdictione posita sit *l. un. C ubi de hered. d. l. 10. l. 1. C. ubi de ratiocin. Steph. lib. 1. c. 32. num. 3.* de modis continentiæ. Vide *Gail. lib. 1. Obs. 32. num. 3. Petrum Fridericum lib. continentiarum cap. 2. num. 4. Goddæum. in tractatu de sequest. c. 1. n. 28. Steph d. c. 32. n. 14.*

Th. X.

Hinc difficilis & intricata oritur quæstio: Si cadaver hominis occisi in confinio territoriorum prostratum humi jaceat ad quem pertineat ejus rei jurisdictio?

Nos dispositionem capitis non sufficere sed reliquas circumstantias quoque diligentissimè ponderandas esse arbitramur, ac si ne tum quidem constare de rei veritate liquidò possit salvo aliorum judicio sorti rem committimus. 1. propter *l. 14. ff. de jud.* 2. quia hoc nomine injuria nemini potest fieri nec magistratui nec delinquenti *Dissent. Schneid. in §. 20. Inst. de act.* qui motus ex *l. 44 ff. de relig. & sumt. fun.* primò ex dispositione capitis tanquam potioris corporis partis rem æstimandam censet, deinde omnibus qui territoria confinia possident cognitionem tribuit in posteriore membro faciunt

cum

cum eo *Zasius in tit. comm. divid. num. 11. Treutler. disp. 19. th. 4. volum. 1. & ibidem Hunnius.*

Th. XI.

Finis jurisdictionis est tranquillitas publica a) effectus in producenda actione confessoria & negatoria consistit b) item hodie in pœna fractæ pacis quæ in eos constituta est qui alterius jurisdictionem temerè violant. c)

a) *l. 1. ff. de just. & jure l. 4. C. de summ. trinit. lib. 13. ff. de off. Præsid. Consultiss. Dn. Præses, disput. 2. ad ff. th. 5. Wesenbec. Paratit. hic num. 13*

b) *Wesenb. in Parat. Si servit. vind. num. 7. D D. communiter per §. æque. 2. Inst. de act.*

c) Anno 1495. *de quo apud Gail. de pace tenenda Henning. in Consil. de territ. Saxonem lib. 2. Artic. 71.*

Th. XII.

Conjunctum est jurisdictioni a) imperiumq; b) quod duplex in jure nostro dicitur aliud merum c) aliud non merum seu mixtum. d)

a) Præsertim civili seu in specie sic dictæ. *l. 2. & 3. ff. h. t. l. fin. ff. de off. ejus.*

b) Vox imperii variè accipitur modò pro regno, unde 4. summa imperia ex Daniele historicis nota *vide §. 1. in proœm. Inst.* modò pro potestate seu jure imperatoris *l. 1. ff. de Constit. princip. Cic. 5. Philip.* modò aliter, quas significationes prolixè recenset *Tob. Paurmeist. de jurisdict. lib. 1. cap. 3. num. 5. Matt. Steph. lib. 1. cap. 6.* Nobis pro potestate coercendi seu exequendi quæ in civilibus negotiis à jurisdictione ratione subjecti separari quidem nequit reipsa tamen distincta est. c) Me-

c) Merum imperium est coercitio gravior vel, ut inquit *Ulp. l. 3. ff. h. t.* est potestas gladii ad animadvertendum in facinorosos. *Dissent. Bart. Bald. Irn. & DD communiter* qui exemplum merii imperii *in d. l 3.* non definitionem à JCto poni statuunt. *D d. l. 3. & ult* hoc definiri potest quod sit modica coercitio jurisdictioni inhærens.

Th. XIII.

Hac occasione non ineptè quaritur utrum cum mandata jurisdictione sicut imperium mixtum a) ita etiam imperium merum transferatur? b) Item an concesso cum jurisdictione castro imperium, quod non est merum concessum intelligatur? c)

a) *l. 1. §. fin. l. fin. §. 1. ff de off. ejus l. 1. §. 4. ff de suspect. tut. l. 131. in fin. ff. de V. S.* Mandatâ enim jurisdictione etiam ea, sine quibus exerceri non potuit, mandata censentur *l. 2. ff. de jurisd. cap. suspitionis 39. cap. praterea 5. ext. de officio jud. de leg. Matt. Steph. de jurudict. lib. 1. cap. 20. num. 10. & seq. item cap. 18. num. 85. & 86. Hænonius disputat ad ff. 1. th. 8. lit. F. Donell. lib. 17. cap. 8. Michael de jurisdict. th. 142. lit. F. G. Treutler. Volum. 1. disput. 3. th. 7. Longovall. l. 3. de jurisdict. Wesenbec. in Paratit. hîc num. 11. Dissent. Jason. Curt. Zasius in d. l. 1. Menoch. pract. quæst. 3. n. 9. Aliter Menoch. arbitrar quæstion quæst. 74. n. 20. & seqq.*

b) Circa hanc quæstionem. DD. variant: nobis eorum arridet sententia qui nullo nec civili, nec canonico, nec hodierno jure mandato transferri jurisdictionem posse statuunt. *l. 70 ff. de R. J. l 1 de off. ejus.* & ratio est quia ubi personæ industria electa est ibi officium ejus per alium expedire non est licitum. *l. un. §. 9. C. de cadu. toll. l. 31. ff. de solut. cap. 3. & cap. fin. de offic. & potest. judic. deleg. Clem. 1. de heretic. juncto cap. 1. 2 extr. de operis. nov. nunciat. l. 43. ff. Vulg. & pup. subst. l. 32. C. de appell. Constit. Carolina. artic. 1. 2. Dissent. Tretutl. disp. 3. volum. 1. th 6. lit. G.*

lit.G.Azo in l. unica C. qui pro sua juridict. Qui distinguunt inter jus civile positum vetus &novum, aliter *Wesenb. in Paratit. num.11.Marant part.4.dist.5.num.62.Curt.in l.3.ff.de juridict.Philipp. Matth. ad l. 70. de R. J.* qui sacros Canones in hoc passu discrepare existimant. *aliter DD. comm.* qui differentiam ponunt inter jus positivum & consuetudinarium quo hodiè in imperio Romano utimur. Excipitur tamen ab hac regula unicus casus absentiæ *l.1.ff de off.ejus.l.1. §. abolit.ff.ad SC. Turpill. l. 2. C de pedan. Scipio Gent.lib.3.cap.8.pag.447.Treutler.d th. 6.lit D Bart.& Longovall.ad l.3.ff.de jurudict. DD. & Gloss.ad d.l.1. Dissent. Obrecht. cap.5. de jurisdict. num.5. & 23. Goddaeus ad d. l. 1. Hönonnius d. disput. 1. th. 7. lit. C.* qui ne casum quidem absentiæ extra crimen judicii publici de vi excipiunt, alii alias etiam exceptiones pro ratione rei & personæ admittunt, quorum argumenta prolixè recenset & refutat *Matth. Steph de jurisdict.lib.1.cap.18.n.41. & aliquot seqq.*

c) Hanc rem ex territorii conditione & aliis circumstantiis nonnulli dijudicandam arbitrantur vide *Obrecht. de jurisdict. cap.1.Wesenbec. Cons.95. Longovall. p.4.cap.1. Vulej. & ab eo DD.allegatos l.1.feud.cap.5.* Nos solam principis voluntatem inspicimus *per l.1.de off.ff.de off.ejus cui. Consultiss. Dn. Præses disp.ad ff.2.quæst.2.3.th.2.* Voluntas autem ex oratione ipsa (voces siquidem sunt notæ rerum) rei ipsius natura ac qualitate *l.67. ff.de R.J.* proferentis interpretatione *l.96.* & ex eo quod verosimiliter gestum esse videtur *l.114.ff.eod.facilè colligitur.*

Th. XIV.

Personæ in quibus imperium tanquam subjecto residet in imperio mixto eadem sunt quæ jurisdictionis in specie sic dictæ a) imperium autem merum olim exactis regibus primò habuit populus b) & cons. c) postea princeps d) deinde ex singulari principis vel

legis concessione magistratus e) quales erant prætores f) Præsides g) Procons. h) & c. i) hodie electores, principes, comites & alii. k)

a) Qua de re respice ad *thes. 7. lit. B. l. 2. 3. ff. de jurisd. l. fin. ff. de off. ejus.*

b) *Muretus in tractatu de jurisdict. Liv. lib. 1. dec. 1. Obrecht. lib. 1. cap. 6. num. 14.*

c) *l. 2. §. 16. ff. de origine juris.*

d) *l. 1. de Constit. princip. d. l. 2. §. 16. de origin. jur. Forsterus lib. 1. Hist. civil. cap. 26. num. 55. & seq. & lib. 2. cap. ult. num. 31.* adeo autem princeps habet imperium ut exinde concludat Lotharius, soli Imperatori competere imperium. *Dissent. Azo* cujus sententiam per distinctionem conciliat amplissimus Dn. Præs. *disp. ad ff 2. th. 3. quæst. 1.*

e) Privatis enim nunquam conceditur *Ampliss. Dn. Præs. d. l. quæst. 2. l. 3. ff. de off. Præsid.* quia par in parem non habet imperium *l. 14. ff. de jurisd. l. 4. ff. de recept. arbit. Dis. Cujac. 15. obs. 39. per l. 1. ad l. Corn. de Sicariis Matth. Steph lib. 1. c. 1. num. 7.*

f) *l. 2. §. 32. ff. de origine juris.*

g) *l. 3. 4. 6 §. 8. 10 ff de off. præsid.* Excipitur tamen jus deportandi *l 2. §. 1. ff. de pœnis. l. 6. §. 1. ff. de interd. & releg. Cuj. ad l. 6. §. Eius qui ff. de injust. rupt. Bronch. cent. 1. Misc. quæst. ass. 12. Dissent. Hotom. lib. 3. obs. 12.*

h) *l. 6. 7. 8. ff. de off. procons.*

i) *Vide l 2 ff. de orig. jur. Obrecht. Hœnon. de jurisd. th. 5. & alios*

k) *Jure superioritatis Reinking. de Regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 5. cap. 1. pr.* sub qualitate der hohen Obrigkeit *Bernh. Sudhold in tractat. de jurisd. aphorismo. 412.* Ita ut istius juris beneficio principes seu dominos territoriales eodem jure uti quo princeps summus in suo territorio existimet *Reinking. d. c. 1. n 55.*

Th. XV.

Hoc autem imperium quod merum appella-

pellavimus porrò tribus a) gradibus distinguitur. 1. Circa pœnam mortis b) naturalis. 2. Circa pœnam mortis civilis. c) 3. Circa aliam quàm capitis pœnam occupatus est. d) utpote quæ famam seu corpus lædat.

a) Pro ratione ac ordine pœnarum *l.27.§.fin.cum.seq.§.1. & 13.ff.de pœn.Scipio Gent.lib.3.c.6.Matth.Steph.lib.1.c.7.n.17. Obr. de jurisd.c.7.n.2.Diss.variè DD* quorum alii secundum quatuor elementa quatuor gradus constituunt: alii quinque, alii sex, *Thom. Micha.disp.de jurisd, conclus. 76. lit. A.* duos duntaxat modos facit.

b) *l.28.& 21.ff.de pœn.l.2.ff. de publicis judiciis l.103.& ibi Godd. ff.d.V.S.* Eodem referunt damnationem ad bestias *l.pen.ff.ad l. Pomp.de parricid.l.29.ff.de pœn. Treutl Volum. 1. disp. 3. th. 5.lit.D. Cuj.13.obs.10.* Suspendium crucis, strangulationem, cremationem, rotæ subjectionem & c. vide *Matt. Steph.de jurisd.lib.1.c. 8.n.7.37.& seqq.*

c) Capitis diminutione, maximâ videlicet & mediâ *l.63. §.10.ff pro socio.l.2.5.ff.de publ.Jud.l.4.§.2.ff.de bon.lib.l.1.§.pen.ff. de bonorũ poss cont.tabul.* Minima capitis diminutio quam in familiæ mutatione consistere testis est JCtus. *in l.3 ff de Capite minut.* cũ beneficii loco ferè habeatur. *§.2. Inst.p quas ps.nob.acq.* huc non pertinet. Ad hunc gradum referunt deportationem, damnationem in metallum, in perpetuum opus publicum. Bannum imperiale Germanicè Reichs Acht. &c. Vide *Wesenb. Cuj. Duaren, & alios.* An etiam in certis casibus damnationem ad bestias quoties condemnatus superstes evadit dubito propterea, quòd hujus loci ꝓpria sit libertatis & civitatis amissio quam sublatam esse per hoc genus supplicii non affirmarem, *Diss.Steph.lib.1.c.9.n.98.Pet.Greg.lib.31.Syntag.c.20. D.* Quanquã latinè loquentibus diminutio existimationis etiam capitalis pœna dicatur *l.103.d.V.S.* JCtis tamen tertii gradus est *d.l.28. ff.de pœn.l.2.ff.de publicis judiciis Obr.de jurisd.c.7 n.2.Matth.Steph.*

lib. 1. c. 10. n. 9. & 10. Diss. Cuj. ad l. 2. §. 16. ff. de orig. jur. Ad hunc ordinem refero fustigationem, membri mutilationem, ictum fustium causa præcedente de relegatione plerique dissentiunt, affirmativa tamen videtur verior *propter l. 4. 7. §. 3. ff. de interd. & releg. Godd. ad l. 103. n. 4. Steph. d. l. n. 13.*

Th. XVI.

Finitur jurisdictio generaliter captivitate a) morte ejus cui commissa est b) Culpâ, ut cùm propter delictum ordine quis remotus est c) & siquidem per investituram in modum feudi concessa sit modis omnibus amittitur quibus feudum d) item ætate e) debilitate corporis in certis & probabilibus caussis. f) Lapsu temporis per successionem alterius g) principis remissione h) præscriptione. i) In singulis verò caussis finitâ litis instantiâ k) appellatione l) recusatione judicis ob justam caussam. m)

a) Quoties jure belli alterius potestati armis debellati subjiciuntur *l. 5. §. 6. ff. §. 17. Inst. de acq. rerum dom. l. 20. ff. de captiv. Sneid. ad §. d. 17. limit. 2. Bart. in l. 31. ff. de jure fisci. Bald. in rubrica ext. de treug. & pace.*

b) Mors enim omnia tollit *c. 20. N. 22. c. 2. de off. legat. in 6.* Quod in delegato adeò verum est ut uno ex pluribus decedente reliquorum jurisdictio etiam unà exspiret. *cap. pen. ext. de off. ac pot. jud. deleg.*

c) Attro-

...re) Atrociam fortè aut tyrannidem in subditos *Matth. Steph. & Comm. DD. per l. 2. ff. &* §. *ult. Inst. de his qui sunt sui vel alien.* item aliam causam tàm omittendo quàm committendo *l. 3. C. de off. praef. praet. orient. l. 3. C. de procurat. C. 6. v. abbas circa finem de statu monachorum. Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. c. 39. n. 12. Post Clarum lib. 5. §. fin. quaest. 73. Gail. lib. 1. obs. 28. n. 7. & 8. aliosq́; ab eo allegatos.*

d) *l. 2. ff. de pecul. leg. l. 129. 178 ff. R. J. l. 19. in fin de dolo.* Modi autem illi certis regulis nequeunt comprehendi *Hattys. in analys. feud. c. 11. §. 2. per tit. 23. lib. 2. de usib. feud.* Exempla passim reperiuntur feud. *lib. 1. tit. 5. 6. 17. & lib. 2. tit. 5. 6. 21. 22. 24. 26. 36. 37. 38. 57.* & aliis quàm plurimis.

e) *l. 2. §. 7. ff. de vacat. mun. l. 5. ff. de jure immunit.* An autem anno septuagesimo exacto? videtur propter *l. 3. ff. d. t. Obst. videtur l. fin. C. de his qui aetate se excusant.* quam corrigere tentat *Cujac.* Ego salvo ipsius judicio eam de decurionibus intelligo *l. 2. §. fin. ff. de decurionib.* Minor autem tantum abest ut se excuset ut etiam non admittatur nisi in officiis patrimonialibus *l. 8. ff. de accur. & honorib.*

f) *Argumento l. 2. §. 8. ff. de vocat. mun.* causarum aestimationem judicis arbitrio relinquimus.

g) Eorum scilicet qui extemporaneum gerunt magistratum. Ut olim Cons. Procons. dictatorum, hodie rectorum Academicorum. Observandum tamē si alio in loco persona quae magistratu est abitura & ea quae est successura item alio inveniatur, priorem usq; ad adventum posterioris omnia ritè agere. *l. 10 ff. de off. proconss.* ita ut quae per ignorantiam alteririus perfecit rata sint *l. 17. ff. de off. praef.* Quanquam rectè fecerit successor si antecessorem de adventu suo in tempore certiorem faciat. *l. 4. §. 4. ff. d. t. aff. procons.*

h) *l. 2. §. & cum placuisset ff. de orig. jur. l. 58. ff. de jud.* Utrum autem invitis jurisdictionem princeps adimere possit? Distinctio adhibenda est. Aut simpliciter ex liberrima voluntate personam elegit & ea ratione nihil vetat, quo minus eo modo jurisdictio solvatur, quo fuit constituta. *l. 35. ff. de R. J.* aut

per investituram in feudum data est quo casu conventioni standum existimo *l.5.C.de oblig at.*

i) Quum ab alio in alium temporis intervallo (quod Dd. in jurisdictione cum territorio, 20. citra territorium 30. annorum spacio absolvunt) non secus ac per alium modum transferendi *l.28.& ibi DD.d.V.S.* transit. *c.7. de privileg. in 6.c.18. de praescript.13.* Et quidem privativè non emulativè uti loquuntur, *Cap. irrefragibili 13.de off.ord.c.15. auditis de praescript.* Non obstat quod res merę facultatis praescribi nequeat. Nam cùm jurisdictionem solo animo quis retineat donec in ea non turbetur. *l.44.§.non mutat 5.ff.de usucap.l.17.§.2.ff.de usufr. l.19.Quib.mod.usuf. vel usus amit.* ad instar servitutum urbanarum interpellatio & factum contrarium requiritur *Matth. Steph.lib.1.cap.39.n.20.per l.hac autem 7. & seq.ff.de servit.urb. l.4. 8.ff.Quemad servit.amitt.* Excipitur tamen jurisdictio criminalis quae ut translationem ita praescriptionem temporis praeterquam immemorialis meritò effugit.

k) *l.13.C.de jud. Treutl. disp.3.th.12. lit.D.Volum.1.Hanovi. disp.ad ff.1.th.11.lit.* E.

l) Etsi inhibitio nulla intervenerit *Roman. Cons.31.Matth. Steph.d.cap.39.n.24.per cap.ut debitus honor.59.cap.dilect.& ibi abbas extra de appell.*

m) Intellige, inimicitiam, affinitatem, familiaritatem & *l.l.16.C.de judic.l.fin. Auth. consequenter C. de sent.& interl. N.96. cap.2.* Utrum suspicionis allegatio sufficiat, an requiratur ejus probatio, aliena ab hoc loco quaestio est.

Th. XVII.

Caeterum jurisdictio quam non propriam seu alienam nominavimus, praeter modos Th. proxima relatos terminatur etiam morte concedentis. a) Item re adhuc integra per revocationem ejusdem. b)

a) l.6.

a) *l. 6. ff. h. t.* nisi litigantes jam in judicium ambulaverint *cap. 20. ext. de off. deleg.* Ubi enim acceptum est judicium ibi finiri oportet. *l. 7. 30. ff. de jud.*

b) *l. 18. ff. de jurid. l. 58. ff. de judic. junct. l. 12. §. pen. ff. §. 9. Inst. mandati.* Quod in jurisdictione prorogata ante litis contestationem fieri oportere videtur probare *l. 18. ff. de jurid.* nisi juramento confirmata sit *Sneid. ad §. 11. Inst. de act. Fachin. lib. 1. controv. cap. 61. Covarruvi. ad cap. Quamvis de pact. in 6.*

DIS-

DISCURSUS DECIMUS SEPTIMUS.

De

COMMISSARIIS,

Quem

Ex decreto & Auctoritate

Magnifici & Nobilissimi JCtorum ordinis in hac Salana florentissima,

Sub Præsidio

Viri Amplissimi Clarissimi & Consultissimi

DN. WOLFGANGI WERTHERI

Mülpfohrt/ J.U.D.P.P. Curiæ provincialis, ibidemq; Scabinatus Assessoris dignissimi, Fautoris & Præceptoris sui omni animi cultu honorandi.

Pro licentiæ insignibus, privilegiis & immunitatibus in utroque Jure consequendis

Publicæ disquisitioni subjicit

JOHANNES Reuter Bitterfeldâ Saxo.

IN NOMINE DOMINI NOstri Jesu Christi ad omnes actus, ad omnia consilia progredimur, *l. 2. C. de offic. præf. præt. Afric.*

Licet

Licet paucissimæ in jure nostro, imò fermè nullæ disputationes de Commissariis, nullique Commentatores de Commissionibus præter *Rutger. Ruland. Nicolaum Kreckerum Fulgentium F. Francofurtensem*, ac paucissimi, inquam, excepti in scholis reperiantur, sicque ea, quæ rarò accidunt, non adeò curæ esse debere arti *l.3.4.5.6. ff. d. LL.* Nihilominus & eorum ratio nonnunquam habenda §.*22.insula I.d.Rer.div.l.12.d.legit.hæred.Donell. 1.Comm.c.15 in fin.Pac.enant.part.1.q.10.* Uti videmus in Materia nostra commissionum; licet non adeo in theoria trita & vulgaris; in praxi tamen testante *Gerbardo de Maynard.* testantibus & omnibus antiquis practicis anima fermè processus esse dicitur, quâ in toto processu nulla fertilior, nulla illustrior. De cujus utilitate & felicitate pro instituto aliquid primis labiis attingemus.

POSITIO.

1. Quemadmodum autem Interpretes Juris prius de materiæ origine agunt *l.1.de orig.jur.Heig.q.1.n.1.* quod & Stoici studiosè fecêre, quos imitati sunt nostri JCti *Ulpianus, Gajus, Labeo*, cùm lucem illa afferat per se magnam *arg.l.2.ff. de orig. jur.Grafus lib.1.ad LL.12.tabb.& lib. 7.* ita illud institutum & ego sequar. Origo.

2. Et puto Commissionum originem non adeò latuisse Judæos ubi Actor & Reus plerunque coram Judicibus (maximè in criminalibus) testes examinabant *Cic.in orat.pro L.Flacco.* Sicque interrogationes testium & accusatoris & defensoris fuerunt, & ejus qui producit, & ejus contra quem producuntur. *Quintilian.lib.5.de interrog.testib. Marant. part.*

Q *3.num.*

3.num.133.& 136.Barnab.Briſſon.d.formul.lib.5.fol. 476. in edit. Francofurt.

3. Ex veteri jure Romanorum judices edicta teſtium notarunt,& quidem tempore Pompeji,cujus Lex ſic ordinat teſtes ; Per triduum audivit dicta eorum,judices conſignarunt,qui mos antiquis in uſu erat *Carol.Sigon de judic.c.15. de teſtib.Bud.in forenſib fol.73.Petr.Ayrault.in l. ordre & formalit, de proceſſib.lib.3.pag.5.verſ.36.fol.502.*

4. Quo tamen more & modo examinandi teſtes ſublato,cùm nemo rectiùs de teſtibus , ac illorum genio & ingenio judicare queat,quam qui eos ipſe audit, quiq; ſecundum dicta & edicta ſententiam regulat. Unde tritum illud judices debere examinare teſtes *l.3.§.3: & 4. de teſtib.* & teſtes ab ipſo evocari & ad ipſum redire dicantur *l.37.§.2. verſ. judicialibus ad judicium vocari ſententiis C. de Epiſc. & Cleric.* Quod & hodiè inprimis in camera practicatur , ſi modò res litigioſæ aut teſtes examinandi ſint in loco *Felin. c. 2. in fin. de Inſtrument. Harem.pract.obſerv.lib.2.tit.17.obſ.25.pr. Hieron. de Monte in tr. de finib.regund.c.30.n.2.*

5. Cum verò judex multis ex cauſis impediretur, quo minus intereſſe queat examini teſtium, alius modus inventus eſt examinandi teſtes, non quidem priore ſublato , ſed ut judex cum eo cumulativè concurrat. Quod fit ſi judex alteri hoc officium examinandi teſtes ex juſta & probabili cauſa *Menoch.de arbitr. judic.quaſt.caſ.202.* mandet *Clem.unic. de offic. de legat.arg.l.1.de proc.Martin.Delrio in diſquiſition. Magic.ſect. 5.n.2.lib.5.7.*

6. Cauſa autem impedimenti in Camera duplex eſt ; Una eſt multitudo cauſarum, quibus Aſſeſſores ſufficere nequeunt *Gail.lib.1.obſ.141.n.7.* Sicque lites ultra biennium aut triennium aut in infinitum creſcant *l.properandum.13.C.de judic.* Altera eſt abſentia teſtium ſeu partium , ſi nimis diſſiti , aut remoti ſint à loco judicii *c.cum cauſam extr. de teſtib. c. & quoniam 7.de teſtib.l.18.& ubi Dd.C. de fide inſtrument. Boccat. literis remiſſ.c.30.n.41.* Neve magni ſumtus cauſetur, ſi ſemper aliquis aſſeſſorum ex Camera mittatur , ideò & hæc clauſula

ple-

plerunque in commissionibus adjici solet, zu Befürderung der Sachen vnd der Partheyen grosser Mühe vnd Vnkosten zu entheben *Prosper. Farrinac. in tr. de testib. lib. 3. q. 77. tit. 8. c. 9.* Magenhorst *ad ordin. Camer. part. 3. tit. 16.* Quod æquè observant inferiora judicia Hoffgerichtsordnung Heinrich zu Braunschweig *de Anno 1592. tit. 42. ibi:* Es sollen die Zeugen durch vnsere Hoffrichter vnd Beysitzer mit Fleis befragt vnd verhöret werden. *Et in comitatu* Spanheim *anno 78. tit. 52.* Es sollen die Zeugen durch das Gericht jeder zum wenigsten durch zween Schöpffer vnd Richter vnd Gerichtsschreiber/etc. *Dambud. in praxi rer. civ. c. 170. n. 5.* Churf. Mauritii Sächs. Ordnung *sub tit.* von Poen des seumigen *Commissarii* in der Verhör der Gezeugen.

7. Cum Etymologiæ magna sit vis, ita ut etiam argumentum ab ea desumi possit *l. 1. de pact. l. 1. de acquir. poss. l. 1. de J. & J.* cum intellectis verbis eò rectius rem ipsam intelligamus, eaq; sunt signa rerum *§. 2. J. de donat.* nec facilè quis potest decipi in re cognoscenda, qui virtutes vocabulorum benè perspectas atque cognitas habet *Arist. lib. 1. Elench. Everhard. in top. loc. 19.* Quod & exemplo nos docet Princeps Philosophorum *Arist. lib. 4. phys. text. 57.* Ubi de Inani disputaturus nomen inane explicat. Ita & prius de Etymologia docebo.

Etymologia.

8. Illud autem verbum Commissarii latissimè patet, & eos omnes in genere comprehendit, quibus negocia expedienda mandata sunt *Molin. in consult. Paris. §. 6. gloss. 6. in verb. rendre conte.* Et is in genere dicitur, cui aliquid gerendum committitur *Jacob. Laureat. in tr. de Judic. susp. c. 6. num. 6. Raphaël. Cyl. in tr. de Judic. pontific. in pr.* Unde ad legatos Cæsaris quæ publicis negociis præficiuntur, & ad multos alios illud vocabulum accommodatur *Gail. 1. obs. 9. Milaus Rebuff. de Inquisit. Gabriel Cappuis in tr. d. estat. lib. 11. fol. 738.* Sicque nomen Commissarii uti & nomen commissionis plures & varias habet significationes *Budaus in l. 1. Herenius de Evict. f. 140.* dicitur autem verbum committere à particula cùm & verbo mitto, id est, mando: Ideò etiam hæc duo verba multis in

locis eandem penè significationem habent *c. mandato. de Simonia l.1.l.si remunerandi & tt.ff.& C.mandat.* & delegationem denotant *Rutger.Ruland.lib.1.c.2. de Commissar.*

9. Traditâ jam etymologiâ sequitur ordine ipsa definitio, quæ vim & naturam Rei demonstrat *Johan. Ram. in Elench. Regul.jur.lib.1.axiom.2.Everhard. in top. in loc. à definitione,quæ ab Athanasio apud Breuleum in tractatu de Renunciat. princ.* dicitur oculus,quæ vim rationis & quæ mente concepimus breviter explicat. Ideoque qui absque definitione rem docet,ipsi accidit, quod cœco viatori hinc inde erranti usu venire solet *Sebastian.Medic.in tr.de definitione.* Et licet definire rem res sit periculosissima præsertim in jure *l.202.de reg.jur. Valla lib.6. c.36.* crassa tamen Minerva Commissarium potius describere quàm definire malo; Quod Commissarius sit persona idonea ob impedimentum judicis, ab utraque parte vel alterutra ad recipiendas rei dubiæ probationes denominata,& adhoc ab ipso cum instructione ordinata *Hyppolit. de Marsil.in tr.bannitor.in verb. Commissario n.63. Mascard. in tr. in verb.mandatum & idem in pr.lib.1.q.5. Felin. c. sciscitatus ext. de Rescriptis.*

Qualitas Commissariorum.

10. Cum magna negocia magnos atque peritos requirant viros Richter *in axiomat.hist.f.191.axiom.11.* Ideò non quivis Commissarius absq; ullo respectu erit eligendus, cum litigantium quamplurimùm intersit, habere viros ad recipiendum & examinandum testes idoneos, minimeq; suspectos Cämerg.Ord.*part.3.art.16.§.* dieweil *in verbis*, So ordnen wir / daß hinfürder niemands/es sey auch wes Standes er wolle/zur *Commission* verordnet werde / er sey denn darzu tüglich vnd geschickt/erfahr vnd geachtet. Non itaque partes (quod proh dolor hodie cum periculo& pernicie clientum fit) ex commendatione simplici, aut precibus aliorum Commissarios sibi obtrudi patiantur,sed ipsæ inquirant,& eligant viros, pios, doctos,& veraces *c.si quis testium & ibi Dd.c.cum causam & ibi Abbas n.22. de testib.l.1.C.de offic.Magist.offic.l.sancimus 6.in pr.C. ad L.Jul repet.* Magenhorst *part.3 fol.397.* Sicq; qui sunt sufficientes & habiles ad examen testium, quæ sufficientia ex hisce versiculis colligitur,

Pri-

Primùm præcipitur, quòd sit sine crimine Præsul,
Magnanimus, sobrius, prudens, ornatus & hospes
Casta decens, non percussor, non litigiosus
Non cupidus, benè dispositus, non neophitus

Hostiens. in tit. de offic. judic. delegat. §. cui potest. & sub tit. de tempor. ordin.

11. Imprimis autem requiritur ut commissarius sit legitimè natus Cammergerichtsord. *part. 1. tit. 3. §.* desgleichen / *in verbis:* Eines erbarn Wesens vnd Wandels / auch rechter natürlicher ehrlicher Geburt *Mynf. cent. 4. obs. 31.* Unde excludimus regulariter spurios: Et ex legitimo matrimonio natos *Mynf. d. lo.* Cum in Commissario egregiæ requirantur animi dotes, quæ interdùm in spuriis deficiunt, & malus corvus malum ovum secundum versic. *Horat. lib. 4. Od. 4.*

Fortes creantur fortibus: & bonis
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus; nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Cumque sæpissimè Doctores & Licentiati sint Commissarii, spurii autem in multis universitatibus à gradu Doctoratus & Licentiæ arceantur, ut Basileæ, Tubingæ, &c. *Mynsing. part. 4. obs. 31.* Ideò si contra talem personam excipiatur, non erit admittendus *arg. lib. 1.* Cammerg. Ordn. *c. 3.* Licet aliter observetur ex consuetudine Genuensi, & aliter etiam olim in quibusdam certis casibus ad dignitatem ut decurionatum admissi fuere. *l. honores l. spurii §. spurios de decur. l. à decurionatu de Excus. muner. Petr. Heig. q. 19. n. 55.*

12. Ita Commissarius est eligendus qui ingenio pollet, cum plurimæ ipsi sint discendæ artes, quo opus hoc arduum commissionis rectè aggrediatur, aggressum dirigere, directumque ad finem optatum perducere possit *Bartholom. Philipp. in tr. de consil. principis discurs. 6. in Rr. de qualitatibus quas Thucidides n. 25. fol. 4.* Germanicè bald vnd wol resolvirt oder resolut seyn theilt man vor eine Fürstliche Tugend *Adam Keller cap. 2. circ. fin.* Quod vix in stupido fieri potest, qui semper in vanum laborat Herr Johannes *in eodem*, secundum proverbium illud: Q 3 Cum

Cum plurimum laboravimus
in eodem statu sumus.

13. Sit etiam eligendus, qui sit perfecti & non mutilati, sed benè compositi corporis eines wolgesierten Leibes vnd wol compost/cum in eleganti corpore elegantes præsumantur virtutes *Camerar. in hor. succis. c. 82.* Et species corporis est simulacrum mentis *Div. Ambros. lib. 2. de virgin.* Econtra corpori deformi rarò nobilis formosusque respondet animus *Guazz. de civil. conversat. lib. 3. Galen. in lib. de temperamentis 2. cap. 6. unde Martialis ad Zoilum lib. 12. Epigram. 54.*

Crine Ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus,
Rem magnam præstas Zoile si bonus es.

Ideò etiam Lex divina prohibuit gibbosos & mutilatos sacrificiis fungi *Levit. 21.* quod imitati sunt Ethnici *Plin. lib. 6. c. 28.* Eligatur itaque Commissarius, qui sit staturæ non nimis proceræ, cum illa statura maximos plerunque secum fert defectus secundum proverbium: *Amens longus, & nihil ab Elephante differt*: *Germani* Gros vnd vngeschickt/gros vnd foes. Nec eligatur quinimiū parvus instar pygmæi ein klein Zwerglein/ cum plerunq; ira excandescat, & risui sit aliis. Ideò Johannes Maria de Castello Juris canonici peritissimus tàm brevis staturæ fuisse perhibetur, ut stans verba faciens, videatur genua flectere; unde derisus, & ab Episcopo quodam alter Zachæus appellatus *Johan. Andr. in proœm. Sixt. in gl. in verb. à multis.* Sed eligendus mediocris staturæ homo, quam staturam Julius Cæsar referente *Didaco d' Alaba in tr. egregio de perfecto capitaneo lib. 1. fol. 34. hispanicè conscripto* approbavit. In dubio tamen minor præ majori est eligendus, quia plerunque scientia & prudentia plus valent secundum versus:

Utilior Tydeus, qui si quid credis Homero
Ingenio pugnax, corpore parvus erat.

Unde nostri Germani, Er ist klein hurtig vnd wacker/ Er ist klein Männlin aber ein wacker Männlin *Keller c. 28. lib. 1. de offic. jurid. polit. Johan. Camer. in annot. ad Julium Solin. poly hist. cap. 5.*

14. Eligatur & ille qui perfectæ sit ætatis c. *judicante 30.*

quaest.

quæst.5.c. quoniam de probat. c. cum clerici extr. de sentent. & re judic. Ideo nec impubes Principis autoritate & potestate eligi potest *arg. l. 12. de judic.* Qui defectus non oritur in Principe, sed in subjecto scilicet in persona impuberis, uti dicunt nostri Reverendi Theologi Deum non posse ea, quæ implicant contradictionem, quod non est ex defectu potentiæ divinæ, sed ex defectu subjecti, creaturæ scilicet, quæ contradictoriorum non est capax *Rutger. Ruland. de commiss. lib. 1. cap. 12.* Et licet de stricto jure octodecim anni requirantur in delegatis *l. 41. cum lege de recept. arbitr. c. cum in jure peritis 31. c. cum vigesimum 41. de offic. & potest. judic. deleg. Majolius de Irregularit. cap. 30. n. 3.* suaderem tamen majorem eligendum si haberi possit, viginti quinque aut 30. annorum, quia in homine tum demum incipit perfectum judicium *l. 15. §. 6. ad L. Jul. de adulter. Cujac. in comment. ad tit. de restit. in integr. pr.* Et in commissario requiritur experientia, quæ venit ex usu & ex praxi, unde nos Germani dicimus: Kälberey henget den Kindern an/ wie Pech an den Wagen/ oder Verstandt kommet vor Jahren nicht. Ideò & illa ætas dicitur perfecta *l. si reliquero. 8. de legit. tutor. l. 25. §. 1. de probat. l. 32. de minor.* dicitur & justa *l. 2. vac. mun. Keller. de offic. jurid. polit. cap. 28. lib. 1. Ufill. ad Regias constitut. c. 4. versic. quo casu. Petr. Mantarros. in tit. de habilitat. fol. 9.*

15. Quemadmodum autem Commissarius peritos artifices in commissione adhibere debet, ita & ipse peritus sit Cammerg. Ordn. *part. 1. tit. 3. quò etiam spectant Versus Georg. Sabin. in speculo aulico lib. 1.*

Is caveat rudibus, ne quid committat asellis
Qui benè curatas res volet esse suas.

Et ideò si sint imperiti propter hanc causam recusari possunt *c. qui in aliquo dist. 51.* uti exemplum extat in Camera in *causa* Münster contra *Oldenburg.* & in causa Bodenhausen. contra Raven *Gilhausen. decis. 18. in c. 7. lib. 2. Bursat. cons. 365. n. 7. vol. 4.* Ob id etiam Germani nostri requirunt daß er auff allen Sätteln gerecht sey/ ein tausend Künstler/ ein Herr Reinicke/ *Waremundus ab Erenberg. fol. 69.* Quod tamen vix esse potest, à quo etiam antiquitas abhorruit. 16. In-

16. Inprimis verò requiritur ab illo Jurisprudentiæ cognitio, quasi regina reliquarum virtutum *Albani Spinaz. lib.2.politor.de art.jur.c.1. & 2.* Unde etiam Interpretes Juris dicuntur Excelsi, Magnifici *Cic.lib.2.de offic.in edit.Antverpiensi pag.98.* Et licet aliàs à quibusdam Nasutulis contumeliosè in JCtos invehatur cum Angelo in suis præcognit. Logic. & Jacob Zabarell.in libro de Naturalis scient.constitut. *cap.33.* per verba ista Juristen böse Christen / Tamen Besold. Professor Tübing. *Angell.Matheac.in tract. de via & ratione Juris lib. cap.30.* per totum & *Finckelthus.syndic.* quondam Lubecens. de certitudine Jurisprudentiæ contra quosdam Misonomos & vituperatores legalis scientiæ hoc dicterium refutant & dicunt rectius debere poni pro Bese / Besten / id est böste Christen. Et licet hodie quàm plurimi reperiuntur, qui velut Asini doctorantur, proh dolor, dedecus ac vituperium maximum, qui sunt bufuli, vel honestiori titulo oves & boves & pecora campi qui meritò legum dolores dici possunt & illarum dolores & offassini, qui venalitiarii etiam possunt vocari, vendunt enim leges non quas habent, sed quibus non sunt digni, veluti rem alienam furtivè, & pessima fide, ipsasq; precio numimario dehonestantur contra *l.1.§.5. de Extra.cognit. Rutger.Ruland.de commiss.1.c.16.* In quos dicterium illud optimè locum habere audacter affirmo Juristen böse Christen.

17. Cum sit eligendus qui sit idoneus Cammerg. Ordnung. *part.1.c.3,* maximè idoneum istum credo, qui virtute præditus est *l.42.de V.S.* quæ à JCris verè dicitur illam nobilitare *c.nos qui ibi morum nobilitate dist. 40.c. pen. ibi virtutum nobilitas extr.de probat.* Ideò virtutem *Tacitus* vocabat summum hominis bonum *4.annal.* Et quidem sola nobilitat.

Tota licet veteres exornent undiq; cera
Atria, Nobilitas sola est atq; unica virtus.

Juvenal.Satyr.8. Et Germani: Da Adam hackte vnd Eva span / wo war da der Edelman / secundum versus:

Si pater est Adam cunctis si mater & Eva
Carne omnes sumus, nobilitate pares.

Dege-

Degenerant homines vitiis fiuntq; minores
Exaltat virtus nobilitatq; genus.

18. Est etiam eligendus, qui est temperans cibo potuque: Vitet itaq; Commissarius ebrietatem ex jussu verbi divini *Tob. 4. vers. 29. 30. Esaia 5.* Ne ex commissione fiat commestio, ut Heluones loquuntur, Kom Jß/ Friß/ Sauff / sicque Commissarii fiũt Commessatores *Budeus in l. si quid venditi de Ædil. edict.* Neve Ebrius divulget secreta commissionis secundum *Horat. lib. 1. Epistol. 5.*

Quid non Ebrietas designat? operta recludit.

Quod tamen Magnates hodiè in more habent; ut Legatis peregrè venientibus propinent, quo à vertice usque ad pedes, gar stickwickende voll inebrientur, sicque secundum illud:

—— Arcanaq; cuncta
Vinum errans aperit.

Quod benè esse notandum tradit *Brun. de Legat. lib. 2. cap. 11. fol. 70.* Modicè tamen vinum uti Timotheus vmb des Magenswillen/ *1. Timoth. cap. 5. vers. 24.* Quia acuit ingenium & lætificat cor hominis *Psalm. 104. vers. 15. Ovid. lib. 1. de art. amand.*

Vina parant animos, faciuntq; coloribus aptos.

Germani ita dicunt: Einen ehren / ein zimliches Trüncklein thun / fein frölich vnd in Ehren fein lustig seyn / oder einen Timotheus Bruder agiren. *Ecclesiastic. cap. 32. vers. 12.* si modò vinum sumtum ad hilaritatem, non ad insaniam *Levin. Lemn. in exhortat. ad vit. opt. instit. c. 22. & de occult. natur. mirac. cap. 17. lib. 2.*

19. Cum itaque Commissarius repræsentet personam Principis requiritur ab eo, ut sit gravis Cammerger. Ordnung *part. 1. tit. 8.* cum etiam non minus in moribus præsertim gravibus quam scientia situm est *l. 7. C. de profes. & medic. lib. 10. tit. 52.* Sicque gravitas timorem quendam facit *Camer. in horis succis. cap. 6. in fin.* absit verò severitas nimia & indulgentiæ facilitas, quæ per se & disjunctim nocent, tanquam atrocissimæ Scyllæ & voracissimæ Charybdes evitandæ, sed

R cum

cum severitate aliquid admixtum habeat cum correctione, uti Nos Germani dicimus, Etwas mit Ernst doch mit Bescheidenheit sagen/oder man muß ein wenig gravit. spisch quid? dicam, gravitetisch seyn/*Keller.de offic.Iurid.polit.cap.18.lib.1.*

20. Ne paginæ nimium excrescant, & jam cognovimus, quales esse debeant Commissarii & facili Minerva judicare possumus, qui non possunt adhiberi ad hoc officium, ex ratione contrariorum *l.1.de his qui sui vel alien. jur. pr. Inst. eod.pr.Inst.de tutel.& ibi Schneidvv. Vultej.* sic furiosus; cæcus &c.removetur à commissione nec potest judicare *l. 6. de jud.* ita nec furiosus judicare potest *l.12.§.1.de jud.* surdus *arg. d.l.12.* cũ prætor. Ita nec mulier regulariter *arg. d.l.12.l.1.d.l.1.* sc. si privata; secus si habeat Jur. & Regalia, quarũ multa sunt in Germania, das Kloster Burschat/ Aeptißin zu Münster / in Regenspurg/Aeptißin zu Quedlinburgk/etc. Quid de Hermaphrodito. R. Si magis inclinat ad sexum masculinum poterit esse Commissarius *l.10.de stat.homin.Kormann.de virginit.c.133.*

Qui petunt Commissarios.

21. Cum in materia probationum plurimum consensus partium potest, convalidat enim attestationes per se invalidas *Innocent.in c.olim causam de restit. spoliat.* Judex terminum ad probandum, nisi petatur, dare non tenetur *l. 4. C.de dilat.* Cum præsentatio commissarii hodie penes producentem ac consensu in eundem magna ex parte penes adversam partem consistat: Licet aliquando, ut lis eò citius finiatur Judex ex officio suo terminum præscribere possit *arg. l.13. C. de Judic.* Ob id Judex etiam Commissarium ordinare propriè dicitur *l.18.C.de fid.instrum.c.si quis extr.de test. Alex. Stiatic.in obs.pract.c.16.n.15.*

AN Cives vel extranei, qualitatum paritate data, rectius officiis publicis & honoribus præficiantur? nervoso discursu, Magnificentia tua, Amplissime Domine Promotor, explicavit, & conclusionis summam eò direxit, ut civium potiùs quàm extraneorum curam habendam esse statuat, quæ rationum fulcris, & præstantium Rerumpublicarum exemplis innixa facilè sequioris sententiæ nubeculas dispellit, charitas enim patriæ civem eâ conservare stimulabit, at extraneum eadem Rempublicam peregrinam ad suæ patriæ instituta conformare compellet, naturâ quippè sic comparatum est, ut qua quis in religione, quibus legibus, in quibus institutis enutritus est, ea peregrinis potiora esse deputet, & nixu quo potest maximo conservare velit, quod non nisi ad depressionem ejus Republ. in quam peregrinus adscitus est, fieri potest, exempla vetera ut suis relinquamus Auctoribus superioris temporis peregrinorum Ducum in Belgio recolite mecum co-

conatus. Albanus Dux erat in sævitia Hispanica natus, eam Belgio inferre voluit, Parmensis mitior quidem, sed Italicæ devotioni innutritus, periisse Belgas, nisi ad Cathedræ Romanæ obsequium redirent, putabat. Dux Alnconiæ Regis Galliæ frater vocatus in Belgium ut defensionem ejus contra Hispanum susciperet, Gallicæ assuetus Monarchiæ & potentiæ, non potuit leges sibi à Belgis scriptas ut ut juramento ab ipsos confirmatas ferre, & hinc fœdam eorum servitutem omnes sed irrito conatu tentarunt, usque adeò scilicet difficile est persuadere novo Principi & moribus non assueto populi aliud jus esse, quam ipsi videtur, quin etiamsi externus Princeps aliquis, *ait Gallorum Sallustius Philipp. Comineus lib. 8. de reb. gest. Ludov. XI.* benè rem gerat & commodè gubernet, tamen quia moribus & ingenio differt, nec eam erga populum præsentare potest benevolentiam, ac si esset indigena, faciles oriuntur dissensionum occasiones: itaque fit ut ille, quò principatum ad se delatum suasque fortunas tueatur, aliunde militem & copias adducat, eorumq; præsidio se muniat, qui beneficiis deindè singulariter ab eo & honoribus aucti magnam multitudinis invidiam & odium in se concitant, quod suo exemplo expertus est Philippus II. Hispaniarum Rex, qui cum ex consilio patris sui Caroli V. Imperatoris Mariam Angliæ Reginam in uxorem duxisset, Carrus & Viatus Angli contra eum hoc schemate conjurarunt, quod quamvis pactis dotalibus inter cætera contineretur, ut plena & libera beneficiorum, gratiarum ac functionum distributio penes Reginam remaneret, bellum tamen illud contra externi Principis dominatum pro patriæ libertate susceptum auctores ejus, Thuano teste volebant, cujus exemplo commonitus Dux Saxoniæ potentissimus, qui ejus sororis Elisabethæ Angliæ Reginæ nuptias, quas obtinere potuisset, si se maritum Reginæ non Regem nuncupari sustinuisset, generosè respuit secum expendens rectius inter suos liberi Ducis quam externos Regis fictitii personam tenere, & licet moderatione Saxonica Anglis sese exhibuisset, magnis tamen haud dubiè difficultatibus odio ejus gentis, quo Germanos

persequuntur, implicatus fuisset, & sanè ubicunque gens aliqua saltem mediocres potentiæ fimbrias exerere valet, externi imperium detrectare solet. In politia Judaica fuit lex Dei, non poteris alterius gentis hominem Regem facere, quàm qui sit frater tuus, apud Germanos externi capturam Aquila evolat, apud Gallos lege salica, quæ fœminarum lubricum Imperium respuit, peregrinis omnis regnandi spes præcisa est, Veneti, qui singularem prudentiæ laudem habent iisdem in Reipubl. administratione honorem relinquunt nullum, Helvetii masculè omnes exteros à publicis muneribus arcent, Belgæ qui libertatem suam manu forti etiamnum tutantur, non ferunt peregrini dominatum, & meæ opinionis ductu in summis Rerumpublicarum moderatoribus pars hæc potior est; In Italiæ tamen nonnullis civitatibus, ubi Rotas suas habent, quæ apud nos Dicasteria vel curiæ appellantur, illi, qui juri dicundo præsunt, quique animadversionem in sontes habent, peregrini ut plurimum sunt, quod meâ sententiâ utique magno judicio ab ipsis constitui existimo, amicitiæ enim & simultates, quæ inter cives vigent, & non rarò cogunt eos, quos oderunt, condemnare, & sontes quos complectuntur, absolvere, inter peregrinos & civitati ignotos cessant, quos & ideò verosimile magis est secum putare, cum judicandi partes intrant, non se solos esse, non ipsis, quod libuerit, licere, sed in consilio habere legem, æquitatem & fidem, odium verò invidiam cupiditatesque omnes amovere.

DISC. XX.

DISCURSUS VICESIMUS.

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH JC. & P. P.

An Nobiles, & alii Viri in Germania, rectè adſunt in bello Regibus & populis Imperio Romano non ſubjectis?

ITa ſanè audimus fieri, & ſic aliis Regibus Germani ſumma cum laude auxilio ſuo adfuerunt, ut teſtantur hiſtoriæ, & viva exempla demonſtrant. Sic E. Ex quocunque Germaniæ maximum exurgit decus, ac inſigne emolumentum: id tolerandum & concedendum. Atqui Nobiles & alios Juvenes Germaniæ in bellis inſervire exteris Regibus & poteſtatibus Germaniæ conciliat maximum decus, ac non exiguum confert emolumentum. E. De laude ſatis conſtat ex omni hiſtoria, in qua Germanorum fortitudo & magnanimitas, ac conſtantia & tolerantia, ſatis decantata, *Tacit. Cæſar.* Emolumentum etiam non latet. Sic enim Germani fiunt periti militiæ, addiſcunt adornare aciem, & comparant varia ſtratagemata, & exteris etiam ſuo forti animo, ne facilè quid contra patriã tentent, metum incutiũt.

Quin ad virtutem via nulli est recludenda. Atqui subditi Imperii Romani hactenus tendunt ad virtutem, & rem benè gerendam, §. ferners ob wol im Heiligen Römischen Reich / Recess. Imper. August. anno 1582. E. Et quicquid vigore consuetudinis laudabilis & rectè introductæ, ac jure libertatis fit, id rectè fit, Gail. passim. 2. observat. 31. Atqui Germani militatum abeunt ad exteros ex consuetudine laudabili, ex jure libertatis, §. Nach dem auch der Teutschen / In der Fußknecht Bestallung zu Speyer auff gericht / & §. denselbigen wie denn / Reichs Abschied zu Speyer Anno 70. in princip. & dict. §. ob wol / Reichs Abschied zu Augspurg Anno 82. Ergò Sic & in alteram partem possem disputare; at pagellarum angustia non patitur. Ut autem & hic me expediam, dixerim, Nobiles & subditos benè in bellis exteris potestatibus adesse: attamen cum distinctione. Putem enim referre, à quo scribantur: an à capitaneis subjectis Imperio Romano, an verò ab extraneis, & non subjectis, ut Hispanis, Gallis, Venetis, &c. Illo casu benè possunt exteris inservire, modò non contra patriam hoc faciant, ea enim semper nominatim debet excepi, in jhren Bestallungen vnd Pensionbrieffen / §. zum andern soll das Teutsch. R. A. zu Speyer A. 70. c. extraord. die Fußknecht Bestallung §. Item Abschied zu Augspurg Anno 82. ita ut neque offensivè contra illam sint, dd. §§. quod tamen limitem, si patria bello divexetur; ibi enim eidem adesse debent, dict. §. zum andern / in verbis: Sondern vor andern allen desselbigen (scilicet Vaterland) Wolfahrt vnd Besten schaffen vnd befördern / & §. denselbigen wie denn in fine Reichs abschied zu Speyer Anno 70. Si ab extraneis, ut Hispanis, & aliis, so den Heiligen Reich nicht zugethan / oder in des Schutz vnd Schirm / oder Bündnis seyn / scribantur, refert, an id fiat cum consensu & permissu summi nostri Imperatoris, an verò absque eo & clam; hoc casu non fuerim author vel Germanis ut exeant; vel capitaneis ut scribant, non illis: Etenim si fecerint, gravissima pœna in illos statuta, & postea in ordinem militum amplius non possunt recipi, §. 1. in fine c. extraord. in der Fußknecht Bestallung zu Speyer auffgericht / Anno 70. non etiam his; statim enim ipso facto incidũt in ban-

in bannum & arestantur, si contra hos recessus scribant, §. do aber einiger Obrister/ Reichs Abschied zu Speyer *Anno 70.* & §. do aber/ Reichs Abschied zu Augspurg/ *A. 82.* Si cum consensu Imp. capitanei milites scribant, (ut debent semper, *dict. §. 1. c. extraord.* in der Fusknecht Bestallung Anno 70. zu Speyer/ & *Recessu eodem in princip. ac Recessu Anno 55.* §. wir setzen/ ordnen/ wollen vnd gebieten/ *cum §. sequenti & in* Reichs deputation Abschied/ *Anno 64.* §. wiewol auch in der Executions Ordnung ubi serio hoc eis injungitur, *dd. Recess.* etiam sub pœna banni, *d.* §. da aber einiger Obrister/ *Recess. Spirensi Anno 70.* & §. do aber) bona cum pace & laude summa ad exteros proficiscuntur, *dict. §. 1. c extraord.* der Fusknecht Bestallung/ in tantum, ut sub pœna gravissima illis injungatur, ut apud exteros, bonam & fortem militent militiam, §. zum vierdten do ein Obrister/ *d. c. extraord.* in der Fusknecht Bestallung/ Quia v. exteri hîc quid mali possent moliri, § wenn aber das/ *Recess. Imp. August. Anno 82.* & ex illa collectione militum non rarò damna oriri *d. pr. c. extraord.* in der Fusknecht Bestallung/ ideò non indistinctè Imperator eis dat potestatem scribendi militem, sed certis sub conditionibus & cautionibus. 1. enim illi capitanei debent habere plenissimum mandatum à magistratu, cujus nomine scribunt milites, §. vnnd ob wol vor etlichen/ *Recess. Spir. 70. in pr. & Recess. 83. Augustæ*, quo cognito datur ei potestas: si 2. caveat & quidem vel oppignerando omnia sua; vel statibus Imperii, §. darauff sie/ *in verbis:* darzu gnugsame Caution durch Bürgschafft mit Reichs-Ständen im Reich gesessen/ & §. Welches wir N. vnnd N. *in verbis:* als Häuptbürgen/ vnd Heuptschuldnern alles mit Verpfendung vnser Haab vnd Güter/ auch mit Verzeihung aller rechtlichen Wolthaten. *Recess. Spirensi. Anno 70.* 3. quod is magistratus non velit oppugnare Romanum Imperium & quemcunq; in ejus protectione. §. vnd vor etlichen/ *dict. Recess. Spir.* & §. 1. & 2. in der Fusknecht Bestallung/ §. demnach/ *Recess. August. Anno 82.* & 4. quod talis exercitus divisim diductus, §. wir N. oder ich N. *d. Recess. Aug. 82.* 5. In Imperii Romani terris vel finibus neq; offensivè neque defensivè sit futurus, §. die Obristen/ *Recess. Spir. 70.* & §.

& §. die Obristen / *Recess. August. 82.* §. zum andern / *1 cap. extraord.* in der Fußknecht / Bestallung / 6. ac propriis sint victuri sumptibus, §. wir N. oder ich N. *de Recess. August.* nec ulli damnum daturi, *d.* §. wir N. oder ich N. §. dieweil denn solches / *d. Recess. Spir. Anno 70.* & omne datum recompensaturi, §. und zu mehres / *cum* §. *seq. Anno 82.* & de aliis, de quibus habetur in literis cautionalibus, quas vide, *Recess. Imp. Spir. Anno 70. & Recessu Augusta Anno 82.*

DISCURSUS VIGESIMUS PRIMUS.

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH JC. & P. P.

An Princeps potest regna & ditiones suas pro libitu & arbitrio oppignorare, alienare, permutare?

HAec regia & præclara quæstio, *Hotom. illustr. quæst. 1. in princip. Bronch cent. 4. ass. 87. in princip.* tempore Caroli IV. oppignorantis & obligantis bona & ditiones Imperii Electoribus ut suum filium Wenceslaum in Cæsarem eligerent, mota fuit, *Hotom. d. loc.* & eam quidem communiter Dd. tradunt ad proœmii I. in vocabulo *Augustus.* Negativa autem videtur verissima, *Bronch. d. ass. 87.* quam retinentur *Brickm. in l. soluta potestas. c. 4. memb. 2. eff. ctu 7. n. 52. glos. in Nov. quomodo oportet Episcopum in proœm.*

proœm. vocabulo Conferens, Schneidw. in rubr. d. proœm. I. n. 8. ac omniũ latissimè & eruditè *Hottom. d. q. 1. Bron. d. loc. & Bruckm.* indistinctè negant eum ditiones Imperii vel alienare vel oppignorare posse multis rationibus quas ibi vide. Ego in hac quæstione distinguo, & puto referre, an subditi plenariè & simpliciter Regi seu Principi sint subjecti: an verò certis fœderib. ei subjecti, ac fidei & benevolentiæ quasi ejus commissi. Priori casu, si simpliciter & plenariè illi sunt subditi, ut sunt illi, qui per vim in bello Regi subjiciuntur, illos cum ditionibus indistinctè alienare & oppignorare potest, quod putem clarè probari, *l. 11. ff. de evict ion.* abutuntur quippe *d. l. 11.* qui ex illa indistinctè volunt Principem privatorum bona alienare vel oppignorare posse, ut scitè animadvertit *Hott. d. q. 1. pag. (mihi) 22. Bronch. d. loco,* tantùm n. meam intẽtionem probat sc. Principem vi & Imperio occupata & subditis concessa liberè alienare posse, *Hottom. & Bronch. d. loc.* nihil ulterius. Pro hoc mẽbro etiam *text. in l. eotem. 11. §. agri ff. de publ. & vectigal. l. item prædia 10. ff. fam. herc.* Sanè unusquisq; verus & plenus Domin⁹ regulariter potest res suas alienare & oppignorare, *l. in re mandata C. mand. l. nemo C. de Judæis:* at rerum in bello captarum fimus domini, *§. item ea Inst. de R. D. ibiq; Vult. Mynſ. Hott.* ac maximè immobiliũ & ditionum Imperator, *l. 20. §. 1. ff. de capt. & postl. in agris ff. de acquir. rer. dom. Bronch. 3. assert. 77.* Ergò illa immobilia, illas ditiones, quæ sua facta, *l. 20. §. 1. Bronch. dict. loco,* alienare etiam poterit. Quomodo Rex Hispaniæ novam Insulam oppignorare poterit. Posteriori casu, ubi certis fœderibus sunt subditi, & potiùs in clientela, quàm Imperio Regis vel Principis, isti non sunt; quoad plenitudinem potestatis, *Alb. Gentil. disput. Regia*, quoad plenitudinem arbitrii illi subditi, *Alber. Gent.* & ideo pro arbitrio etiam cum ditionibus non possunt alienari vel oppignorari. Et taliter se habẽt subditi in Imperio Romano. Etenim Imperator ab Electoribus eligitur, *Aurea Bulla, Schleidan. lib. 1.* & certis Imperii legibus seu fœderibus Imperium Romanũ ei committitur, *Aurea Bulla, Capitulatio Caroli IV. Schleidan. dict. libr. 1. in fin.* Pro qua sententia sic: omnis alienatio, omnis tractatio

de re, cujus nõ est cõmerciũ est inutilis. Atqui liberorũ hominũ, quorum sunt ditiones, quiq; simul cum eis alienãdi sunt, alienatio est oppignoratio ejus rei cujus non est commercium, *l. liber homo de V. O. l. 30. §. 1. ff. de contrahend. emt.* Ergò alienatio illorum est inutilis & nulla. Nec est, si dicis, quasi sint in Regis potestate & dominio. Etenim hi sunt potius in ejus fide ac custodiâ, *Hottom. dict. quæst. 1. pag. 23. in fine*, 2. sunt in ejus Imperio, at certis cum legibus & fœderibus. *Aurea Bulla, Sleidan. dicto loc.* Quin, ubi electa est industria personæ, ibi negotium alteri non potest committi, *l. 9. C. de excus. mun. l. inter 21. ff. de solut.* Atqui Imperator fuit electus à Statibus Imperii, ut ejus salutem & commoda diligenter procuraret, & incommoda averteret; quomodo etiam Electores jurant: Das Sie wollen einen gerechten / guten / vnd nützen Menschen zum Römischen Reich vnd zukünfftigem Keyser zu Heil dem Christlichen Volck erwehlen, *capit. 2. Aurea Bulla in princip.* ohn alles Geding / belohnen, *&c. dict. capit. 2. Aurea Bulla.* Et hodierno tempore id tantò verius, cum in Capitulationem Carolinam jurare cogatur, *Sleid. in fin. libr. 1.* in qua manifestè cautum: Das Er die Rechte / Freyheiten vnd Würde deren Fürsten vnd Stände des Reichs nicht auffheben noch mindern wolle, *Sleid. dicto loc.* Pro 2. contra juramentum super re honesta nemo venire debet & potest, *c. cum contingat extra de jurejurand. gloss. in C. ex rescripto extra de jurejurand. argumen. l. 1. cum Authent. sequent. C. si adversus vend. Num. 20. vers. 9. Eze. 17. Matt. 5. Emam. Soarez in thes. com. op. n. 299.* At juramentum Imperii super Capitulatione Carolinâ de promovendâ salute Imperii Romani est de re honestissima, ergo contra id venire non potest. Atqui in ea nominatim continetur, quod in Imperio Romano vel cum ejus bonis, privilegiis, &c. nihil velit mutare, vel suscipere, vel imminuere absq; Electorum & Statuum consensu & voluntate, *Sleid. dicto loco*, ergò ditiones alienare non potest. Ut verò integras ditiones Imperii alienandi vel oppignorandi potestatem adimimus ex dictis & illis, quæ latè & eruditè tradit *Hottom. dicta q. 1. Bronch. dicto loco, Bruckman dicto loco*; ita illarum rerum alienationem, quæ non magnum sunt

sunt in commodum allatura Imperio Romano, lubentes concedimus, *arg. l. 29. §. fin. de legat. 1.*

DISCURSUS VIGESIMUS SECUNDUS,

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH JC. & P.P.

An Imperator Romanus rectè dicitur dominus totius mundi?

Ita sanè Imperator expressis verbis *in §. 2. proœm. Institut. in verbis: omnes populi legibus à nobis, &c.* videtur asserere. Unde *Dd. communiter verba dict. §. 2.* crudè intelligentes totius mundi Imperatorem dominum esse docent, *Zoanettus de Imperio Roman. Lancellottus in templ. judic. libr. 1. §. 1. Rubric.* Imperator est Dominus mundi, *Treutler. par. 1. disputat. 1. thes. 5. liter. a. Schneidvv. in dict. proœm. n. 5. Dresser in oratione de quatuor Monarchiis.* Et sanè hi non sunt sine fundamentis. Sic n. passim dicitur Imperator esse dominus mundi. Sic dicitur Antoninus *in l. deprecatio: 9. ff. ad l. Rhodiam de jactu:* Sic omnia dicuntur Imperatoris, *in l. final. C. de quadr. præsc.* Omnia Regis sunt inquit *Seneca de benef. cap. 4.* Rex omnia Imperio possidet, *Seneca dict. libr. cap. 5.* Omnia Cæsar habet, *idem dict. lib. cap. 6. Cujac. 15. observat.*

 30. Alb.

30. *Alber. Gentil. disputation. 1. Reg.* Sic pro utilitate mundi laborare dicitur, *in l. præcipimus 32. C. de appellat.* Et ab his sacra etiam non adhorrent. Sic enim *Lucæ 2.* totus mundus sub Augusto fuisse dicitur, *Danielis 2. vers. 37.* dicitur, tu Rex Regum es, & omnia, in quibus habitant filii hominum, dedit in manum tuam DEUS. *Jeremiæ 17. Danielis 4.* Nabuchodonosor Rex omnibus gentibus & linguis mandata præcipit servanda. Ergo omnes etjam fuerint sub Imperio ejus necessum: extra territorium enim jus dicenti impunè non paretur, *l. final. ff. de jurisdict.* Et ad hoc forsitan etiam Alexander Magnus attendit, Dario ei volenti filiam in matrimoniũ dare, ut pacem cum eo haberet: Mundum non posse ferre duos soles respondens. *Ita Dd. communiter.* Aliud disputat *Covarruv. in cap. peccatum par. 2. §. 9. n. 5. & 6.* Et nescio, an non præ aliis verum doceat. Certè *Novell. 1. in præfation. in princip.* videtur illam sententiam manifestò confirmare: Ibi enim Trani primùm dicuntur redacti tempore Justiniani in potestatem Romanorum. Erg antea non fuerũt sub Imperio Justiniani: redigendum enim nondum est redactum: At ibi Trani erant redigendi. E. præterea nititur *Covarruv. l. mercat. 4. C. de commerc. & Merc.* Ubi Rex Persiæ cum Imper: Romano divisum habet Imperium. Ad quæ dissentientes respondere conantur, quasi de facto non habeat Imperium in toto mundo, cum aliqui populorum se exemerint jurisdictioni ejus, cum tamen de jure ei subesse deberent. Ad quod neque de jure jurisdictionem universalem in omnem mundum habuerit, putem satis probari *in dict. Novell. in princip. præfation.* Ibi enim dicitur, quod antea nunquam Deus Tranos subjecerit Imperio Romano. Quomodo liquet in illos antea non habuisse Jurisdictionem Imperatorem etiam de jure: cum quicquid potestatis Imperator habeat, id sit à Deo, *Roman. 13.* Sic E. In quemcunque populum Deus Imperatori non concessit jurisdictionẽ, is jure exemptus: Omnis quippe potestas à Deo *dicto capite 13.* E. Et si jurisdictio totius mũdi penes Majestatẽ Imperatoriã esset, necessum ut illa ei vel Deus vel natura vel populus concesserit. At nullũ horum: E. Non Deus vel

natura

natura, à quo omnis aliàs est magistratus, *dict. cap. 13. Roman. vers. 1. Prov. 9. vers. 15. Psal. 82. vers. 6. N 60, c. 1.* Nec enim Deus & natura quid faciunt frustrà, *Aristoteles 1. de cœlo cap. 4. text. 32. & libr. 2. c. 11. text. 59. lib. 3. de anima cap. 12. Scalig. Exercitat. 6. sect. 1. & 297. sect. 1.* At hactenus essent frustrà, si jurisdictionem in omnem orbem concessissent; cum nullus unquam illam habuerit taliter. E/ Nec etiam populus: licet enim hic omne imperium & potestatem, *Theoph. Instit. tit. 2. Duarenus 2. anni: 19. & πᾶσαν βασιλεῖ δέδωκε κατὰ δῆμος τὴν ἐξουσίαν, Theoph. Alb. Gent. dict. loco,* Imperatori concesserit; non tamen potuit in totum mundum ei largiri jurisdictionem: Nec enim ipsus unquam eam habuit, at nemo plus juris in alium transferre potest, quam ipse habuit *l. nemo ibid. Dd. de Regulis Juris.* Cum ergò certum sit, nullũ unquam Imperatorem fuisse universi orbis dominũ, rectè videor docere, Imperatorẽ non esse dominũ mundi; nec contra faciens ponam ejusmodi præceptũ, cui non respondeat res extra mentem: vel regulam, cujus nullum sit exemplum, ad *d. §. 2. proœ. Institut. l. 9. ff. ad l. Rhodiam de jactu,* & alios textus, rectè respondebis ibi, dici, Imperatorem dominum mundi, non quod sit, vel unquam fuerit totius mundi dominus, sed quod vel ejus potissimam partem habuerit, *Lutherus in præfatione in Danielem*, vel toti mundo timorem suam ob potentiam invictam incusserit, vide *Gesne. in disp. Bib. c. 7. Dan. th. 17.*

 DISC. XXIII.

DISCURSUS VIGESIMUS TERTIUS.

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH JC. & P.P.

An Electores, Episcopi, Comites, Nobiles, &c. Pontificii, jure Augustana Confessioni addictos suam ad superstitionem cogunt, aut si eam amplecti nolint, expellunt; aut contra an Proceres August. Confessionis ritè expellere possunt subditos suos amplectentes Pontificiam religionem?

ITa proh dolor videmus fieri quibusdam in locis, ut Episcopi Pontificii, subditos amplectentes veram & sinceram religionem, sæpius male tractent, in carceres conjiciant, bonis mulctent, è regione ejiciant, aut etjam ferro & igne persequantur. At pessimè & contra omnem fidem. Fides quippe servanda, *l. 1. ff. de pact. l. ff. de const. pec.* etiam hosti, *c. noli. 23. q. 1.*

Danaus

Danæus 2.Eth.Christ.c.9.Fach.9.c.18. nec ab ea parte altera ij vita recedendum, *l.sicut C.de aut.& oblig.* Benè *Bodin.5.de Rep.* si fidem hæretico dare jus est; datam servare jus; si fidem frangere fas est, dare nefas erit. At v. publica fides facta & data in const.relig.& ipsis statibus, quod securè exercitium religionis liberum habere debeant, nec à proceribus Pontificiis sint lædendi, vexandi, bonis mulctandi, ad fidem cogendi in ceremoniis turbandi, &c. §. In solchen fürgezogenen/in verbis, Solche nachdenckliche Unsicherheit auffzuheben / & §. Und damit solcher Frieden in verbis, sollen die Keyserliche Majestet Wir auch Churfürsten/Fürsten und Stände des H. Reichs keinen Stand des Reichs von wegen der Augspurgischen Confession/und derselbigen Lehr/Relig. und Glauben halb mit der That gewaltiger weise vberziehen/beschedigen/vor gewaltigen / oder in andere Wege wider sein Conscientz/Gewissen und Willen / von dieser Augspurgischen Confession/Religion/etc. dringen / oder durch Mandat beschweren / sondern bey solcher Religion / Glauben / Kirchengebräuchen / auch jhren Haaben vnd Gütern rüglich vnd friedlich bleiben lassen/alles bey Keyserlichen vnd Königlichen Würden / vnd Fürstlichen Ehren/wahren Worten vnd Peen des Landfriedens *Const. relig.* zu Augspurg Anno 55. auffgerichtet. quæ fides & singulis subditis data. §. Nach dem aber *d.Const.Relig.in verbis:* So sollen dieselben hinfüro auch also bleiben / vnd in denselbigen Städten gehalten werden/vnd derselben Reichsstädt / (do nemlich die alte Religion vnd Augspurgische im Gang ist) Bürger friedlich bey vnd neben einander wohnen / vnd kein

Theil

Theil des andern Religion Kirchengebrauch abzuthun etc. unterstehen. Et fidem datam contra jus omne violant Electores Episcopi, Magistratus, Pontificii vel ipsos Principes Augustanam confessionem oppugnantes, aut subditos proprios religioni Augustanæ addictos lædentes, turbantes, ad superstitionem suam cogentes, bonis exuentes, regione rejicientes. Et hoc in tantum vult Constitutio Religionis, ut si in quadam ditione vel oppido aut pago, non sint Evangelici Pastores, subditis concedat diebus Dominicis oppido vel pago illo exire ad audiendum alibi puram Evangelii doctrinã, & communicandum specie sub utraque, ita ut hactenus magistratus illos non impedire possit, *Mindanus, C. de process. cap. 30. membr.* 4. Constitutio enim religionis cum subditis cõcedat liberum Augustanæ religionis exercitium in terris ipsorum Pontificiorum, nec quenquam in sua religione ceremoniis, ritibus, turbandum esse caveat. §. Nach dem aber in vielen *d. Constit. relig.* Augspurg *Anno 55.* auffgerichtet. E. multò magis largietur, eos exire & alibi puram doctrinam audire. Quin cum *Constit. relig.* caveat, Daß ein jeder Theil dem andern bey solcher seyner Religion/ Glaubẽ/ Kirchengebräuchen/ Ordnungen vnd Ceremonien rüglich vnd friedlich soll bleiben lassen/ *d.* §. nach dem aber in vielẽ/ & verò in ditione, oppido, vel pago Episcopi vel Magistratus Pontificii illa non doceātur vel frequentētur, ad alia loca, in quib. eadẽ habentur omnia, exeundi potestatẽ facit, si modo verũ concesso consequente esse etjam dandũ antecedens, sine quo ad consequens perveniri nõ potest, *argum. l. 2. ff. de jurisd. l. ad Legatum. l. ad rem. ff. de proc. Andreas Kobl. exer. Lieg. 1. nu. 8. p. 4.* Quis nemo aspernabitur, idẽ jus sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit, *l. 1. ff. quod quisq. juris Wesenb. in parat. d. t. Covar. de spons. p. 2. c. 7. § 6. num 5.* justissima siquidem lex talionis est, & à natura profecta, *Cic. 2. c. 12. de invent.* At cum protestantes olim subditos suos sub pœna coherceerent, ne alibi ceremon. antiquæ religionis cathol. interessent Pontificii per *Carol V. b. m. recessus imper. A. 1530.* illum morem improbari & corrigi effecerunt. E. & nunc, non iniquum esse statuant, si subditi sui extra ditionem vel

vel oppidum verbum Dei putum audiant, & sacramentis, ut à Christo instituta, utantur. Ex his ipsis concludo *Landsass.* in terris Pontificiorum jure domi habere ministros Ecclesiæ, qui se suosque in verbo DEI erudiant: Nec enim impediendi sunt suo in cultu, nec à ritib. usitatis avocandi, *d.*§. Nach dem recessu imperii 1555. At certè impediuntur, si negentur eis fideles Pastores, maximè ubi loca repurgatæ religionis longissimè absunt, E. An Nobilis Imperio Romano immediatè subjectus in oppido vel pago, quem recognoscit, ut feudum, ab Ecclesiasticis, religionem mutare possit, bene examinat, *Mindanus d.l.1.c.31.p.1.* Quod si hæc omnia Landsassiis & subditis Pontificiorum magistratuum de facto negentur, adhuc aliud beneficium ex constitutione religionis habet, sc. beneficium emigrandi, Also daß so sie mit jhren Weib vnd Kindern an andere Ort ziehen / vnd sich niederthun wollen / denen soll solcher ab vnd zuzugk auch verkauffung jhrer Haab vnd Güter gegen billigen zimlichen Abtrag der leibeigenschafft etc. vnverhindert männiglich zugelassen vnd bewilliget seyn. *d.*§. Wie aber von Religionfrieden zu Augspurg / *Anno* 1555. quod tamen beneficium non est necessitatis, ita ut Landsassii Pontificiorum expelli possint, si doctrinam Cathol. amplecti nolint, sed voluntatis liberæ, ita ut aliò se conferre queant, ibique liberum religionis exercitium habere, si cum sacrificulis diù habitare nolint, ut liquet ex *d.*§. Wo aber vnser / in verbis an andere Ort ziehen vnd sich niederthun wollen. Et certè in protestantium favorem beneficium emigrandi cum sit indultum; *d.*§. Wo aber, in eorundem odium retorqueri non debebit: Quod tamen fieret, admisso id esse necessitatis. Consule *Mindan. d.l.1.c.30. in* 7. Quid verò de Imperatore summo an is ad religionem Pontificiam subditos imperii Romani cogere, vel etiam expellere potest? Quanquam v. aliàs jura civilia, quò referunt etiam constit. religion. Imperator mutare vel tollere possit. §. *sed naturalia Inst. de jure natur. l.7. ff. de const. Princ. l. digna vox Cod. de ll.* (Harum enim ll. cum sit promulgatio penes illum, *L. ll. l. hum. l. fin.*

Cod. de ll. cur non & earundem abrogatio *argum. l. nihil tam de R. J.*) nec etiam superiores Impp. subsequentes obligare potuerint, *arg. l. 4. & 5. ff. de recept. arb.* contra hanc tamen *Constit. Relig.* venire & exercitium Religionis liberum tollere, vel subditos expellere non potest. Contra fidé enim datam nec Princeps venire potest, *l. 1. ff. de pact. d. l. 1. de constit. pec. Fach. l. 9. c. 59.* edictum siquidem prætoris, pacta servabo æquum est & ab oreDei processit secundum *Baldum in Rubr. de constit. Princip.* naturæ verò & Dei legibus & princeps ipsus tenetur, *Baldus. 4. cons. 269. Bartolus Jason. Alber. Gentil. 1. dist. regia Vasq. 1. illustr. 1.* licet civilibus *sit solutus §. sed & quod Inst. de J. N. l. 2. de const. Princ. l. fi. Cod. de ll. Alber. d. d.* At verò summus Imperator & proceribus *August. Relig.* fidem dedit, eos quod non velit oppugnare, turbare, &c. in causa religionis. §. Vnd damit solcher Friedt in verbis / so sollen die Kayserliche Majestet keinen Standt des Reichs von wegen der Augspurgischen Confession mit der That gewaltiger Weise vberziehen / beschedigen ꝛc. Sondern bey socher Religion/ Glauben/ friedlich bleiben lassen / alles bey Kayserlichen vnnd Königlichen Würden/ ut & aliis suis in ditionib. Landsassiis & subditis. §. Vnnd in solchen Frieden. §. nach dem aber / *juncto.* §. solches alles in verbis. sollen vnnd wollen jhre Lieb vnnd Kayserl. Majestet bey jhren Keyserlichen Würden vnnd werden für sich vnnd jhre nachkommen stett vnnd vnerbrüchlich vnd vnauffrichtig halten vnd vollziehen: *d.* Religions Fried zu Augspurg. E. Imperator nisi jacturam famæ facere velit, (cujus tamen cum *Sigismundo Imp.* semper potius, quàm bonorum rationem habere debet, *Æneas Sylvius*) ad superstitionem Pontificiam subditos cogere aut ex finibus Imperii vel suis ditionibus hæreditariis expellere non poterit. Nec relevat si excipis, quasi Ferdinandus subsequentes Impp. utpote habentes Imperium non successione, sed Electione tota aurea Bulla, *Sleidan. l. 1.* obligare non potuerit. Siquidem illi tenentur ex propria assertione

& pro-

& propria fide: sub principio enim imperii, per jusjurandum fidem dat, quod Christianam rempub. velit tueri *c. Carolin. Sleidan. d. l. de statu Relig. circ. f.* At quomodo si Christianæ religioni addictos turbet, lædat, expellat, persequatur. 2. Et quod LL. Imperii servare & confirmare velit, jurat, *c. Cas. Sleidan. d. l.* at & inter illas est *constit. Relig.* Der Religions-friede. E. contra illam venire non poterit, & per consequens etiam in ejus ditionibus hæreditariis, ut & aliis imperii locis liberum religionis debebit esse exercitium. Ad hæc an non teneatur novus Imperator antecessorum pactis stare, quæ sub fide Imperii inita docet *Brückman. in §. soluta potestas, n. 2. c. 4. effectui. 2. n. 10. & 11.*

DISCURSUS VIGESIMUS QUARTUS.

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH JC. & P. P.

Proximus agnatus ex aurea Bulla Caroli IV. tutor esse jubetur hæredis Electoralis impuberis, quæritur, an hoc jus ei per patris testamentum non possit auferri?

Certum est, quod *in Aurea Bulla Caroli IV.* proximo agnato tribuatur tutela Electoris impuberis, sic enim sancitum *c. 7. in §.* Ob ein Churfürst were/etc. oder die mänlich vnd redlich Erben vnd Leyen von anders wegen brechhafft weren / so soll de ältere Bruder desselben erstgebornen Sohns Verweser vnd Verwalter seyn als lang/biß der Elter vnter jhenen zu seinen Tagen vnd rechtem Alter kömpt / daß an einen Churfürsten seyn soll 18. Jahr / das setzen wir/vnd wollen das fürbas ewiglich also haben: Sed jam ulterius Dd. quærunt, an non Elector hoc jus per testamentum proximo agnato possit auferre? Nos putamus negativam esse tutiorem, quam propugnant etiam *Dn. Gœdd. ad l.120. in f. ff. de V.S. Treut. vol.2. disp.8. th.3. lit.a. Hack. ill. qq. disp.15. th.5. lit.e.* Sit ratio: In testamentis juri pub. derogare possumus, *l.22. ff. de oper. libert.* & nemo cavere potest, ne ll. in testamento suo valeant, *l.55. ff. de legat. 1.* Atqui verò ll. & jure pub. aurea Bulla sc. cautum est, ut Elector impubes in tutela proximi agnati sit usq; ad 18. annos completos *d. c. 7. aur. bull.* E. id ei derogare Elector non potest. E. proximus agnatus erit tutor, licet alium Elector in testamento constituerit. Si quid enim contra manifestam legem testator disponit, illa dispositio perit *dd. ll. 55. & 120. Bart. & Jas. ad d. l. 55. Wes. cons. 66. n.3. vol.2. Gœd. in dict. l. 120.* jam verò si testator Elector in suo testamento alium tutorem dat, id fit contra manifestam legem aureæ bul. E. Nec relevat, si excipis, Carolum IV in aurea bull. disponere in casu intestati, ita ut necessariò proximus agnatus debeat esse tutor Electoris impuberis, si testamento pater ei de tutore non providet: aliud verò esse in casu testati, ibi enim præferendum testamentarium, *l.9. §.1. ff. de tut. & rat. distr. l.1. ff. d. test. tut.* Etenim 1. cum illa constitutio sit generalis indistinctè de utroq; casu loquens, & nos meritò eandem generaliter de utroq; casu exaudimus, ll. enim non distinguentibus nec nostrum est distinguere, *arg. N. 18.* Inquis, in casu testati cum Carol. IV. nil disposuerit, eum juri veteri relictum censeri

feri secundum id vulgatum, quod generaliter posterioribus ll. expressum non est, id veterum constitutionum regulis relinquitur, *l. præcipimus in f. C. de appel. l. sancimus. 24. C. de testam.* maximè, cum legum correctio sit vitanda. *N. quibus modis naturales efficiuntur sui c. 7.* At dico, te petere principium: & in casu testati etiam de tutela Electoris impuberis disposuisse Carolum statuo. Aut enim quid novi constituit *in d. c. 7. aur. bull.* Carolus IV, aut totus frustra est *in d. §.* Ob ein Churfürst. *c. 7.* At hoc dicere absit. Quomodo enim Deus & natura nihil faciunt frustrà, *Aristotel. 2. de cælo text. 59. lib. 3. de anima. text. 45. & 1. Polit. Jas. in l. non exigimus. §. quod diximus. si quis caut. colum. 1. ad f. vers. ultra alios.* quia sapientissima, *Scal. ex 77. sect. 5.* ita dico quod Imperatores & JCti nihil frustrà disponant, ut qui excelsi ingenii sunt. *Justin. in §. 8. I. de fideicom. her.* summi ingenii, *l. 14. C. de sent. & interloc.* acutissimi, *l. 30. C. de fideicom.* excellentissimi *§. 14. de fideicom. her.* E. constitutio Caroli IV. *in d. c. 7. aur. bul.* non est frustrà. E. novi quid habebit, & anteà non decisum. E. non tantum disponet in casu intestati, ita ut proximus agnatus tutor Electoris impuberis esse debeat, licet alium testator constituerit. Nec enim dicere possumus, eum disponere, ut proximus agnatus sit tutor Electoris impuberis, si alius testamento non sit datus: id enim jam dudum erat constitutum, *t. t. I. & C. de legit. tutor.* E. hoc aureâ Bullâ, ut novo jure non erat constituendum. E. ne dicamus totum frustrà esse Imperatorem, *in d. cap. 7. aur. bull.* dicimus eum de tutela impuberis Electoris disposuisse etiam in casu testati, ita ut tutela hæc proximo agnato, ne per testamentum auferri possit. Nec facit, si ita Carolum exaudias, quasi constituerit, ut solis agnatis ea deferatur, & hactenus eum non esse totum frustrà. Etenim cum & jure communi idem obtineat, liquet adhuc superiora incommoda evitari non posse: & ideò ne frustrà sit imperator, in *d. c. 7. aur. bull.* indistinctè intelligendus de omni casu. Non obest, si dixeris quasi testamentarius tutor magis pupillo & Electoratui usui futurus sit, quàm legitimus; cùm pater propter affectionē singularem in liberos non nisi optimum & prudentissimum sit electurus

maximè, si videat agnatũ minùs esse virum bonum, *l.22. ad L. Jul. de adult.* Nã 1. præsumtio est pro agnato, quòd sit vir bonus, cum in dubio quivis bon⁹ & idoneus præsumatur *Muller. 1. Sem. 17.* 2. Quæ præsumtio eò magis juvatur & firmatur, quod agnatus sanguinis necessitate pupillo sit junctus, qui ex naturali amore aliàs magis suis necessariis benè cupere solent: ad quod attendens A.B. agnatum proximum tutelæ Electoris pupilli præfecit. 3. Licet ipse agnatus non sit admodum sagax & bonus, ut est testamentarius forsan, tamen Consiliariorum & reliquorum ministrorum prudentia & bonitas ejus defectum facilè corrigit & supplet. 4. Facit, quòd Consiliarii patris Electoris impuberis semper retinentur; qui potiùs administrant. Nec est, si dicas, consiliarios non facilè contra administratorem facturos. Quinimò præsumtio est & ipsos non contra præstitum juramentum facturos. 2. Et si maximè quid fiat, semper tamen pupillus habet regressum contra administratorem, à quo, si quid malè administratum, recuperat, *t.t. ff. & C. de adm. & peric. & tit. de tutel. & rat. dist.* Quin sic insuper argumentor: Nulla in feudis defuncti ordinatio locum habet *c. un. de suc. feud.* At si testamento tutorem dare posset Elector, disponeret de feudis: Electoratus siquidem est feudum maximum *argum. c. unic.* quis dicatur Dux vel March. E. datio tutoris ab Electore facta erit inutilis. Nec est, si dicas, eum potiùs personæ, quàm Electoratui dare. Etenim datur & personæ *l. 8. C. de nupt.* At non tantùm. Qui potiùs Electoratui *ex c. 7. A.B.* unde etiam non tutor, sed administrator per excellentiam dicitur.

DISC. XXV.

DISCURSUS VIGESIMUS QUINTUS.

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH JC. & P. P.

An repressaliæ possunt defendi jure?

REpressaliæ quæ & oppignorationes *text. in c. 1. d. injur. in 6. Guido Pap. decis. 37. in pr. Anton. Rambaudus addition. in d. decis. Mindan. l. 1. c. 46. memb. 3. Gail. de pignorat. observat. 1. num. 5. & observat. 2. d. tract. num. 1. marcha. Guido Papa d. decis. 32. num. 1. & decis. 33. Mindan. d. membr.* 3. fortè quod in limitibus potissimum repressaliæ fiant *Mindan. d. l.* arrestum *Mindan. d. membr. 3.* pignoratio *Nov. 52.* pressaliæ, *Isernia* dicuntur passim; non eodem modo deducuntur ab omnibus. Aliis dicuntur à repræsentando, quasi scilicet illi qui ob denegatam justitiam cum rebus detinentur, repræsentent, illos qui & debitum non solverunt, & ad id consequendum jus & justitiam denegarunt, *Coler. p. 1. process. c. 2. num. 269. in ff.* Et certè cum qui caussam repressaliis dedit pignorato omne damnum & interesse quod est passus resarcire cogatur *Vivius l. 2. com. opin. 36. Mindan. latè in c. f. d. l. 1. Coler. d. cap. 2. Gipban. disput. Justin. 48. in f.* illa notatio non omnimodo habenda pro re-

jicula

jicula, *Cuj. in l. un. C. ut nullus ex Vican.* à Presa Italico quod notat capturam ducit quæ Etymologia forsan ex iis, quæ habet *Gail. d. pignor. observ. 2.* colorem recipit. Et à reprimendo quidam deducunt *Mindan. d. c. f. membr. 1. in f.* Et cum repressaliis utamur, ut alios ad justitiam administrandam urgeamus, *Mindan. d. c. f. memb. 3. Guid. Pap. d. decis. n. 2. Coler. d. l.* & hæc notatio non est omninò irrationalis. Ita Dd. video repressalias seu pressalias deducere, quæ Etymologiæ, ut omnes non possunt admodum esse absurdæ, si rem ipsam respicias, ita si ipsam vocis & rei originem, non omnes veræ sunt Grammaticè. Etenim cum verbum repressaliæ sit barbarum *Gail. d. obs. 2. in pr. Zas. in l. 2. §. & ita ll. ff. d. O. I. Calvinus in lexico verbo repressaliæ*, & verò repræsentare, ut & reprimere verba latina: hæreo an de his Grammaticè etiam deducatur vox repressaliæ, tritum est quippe: derivatū & derivativū seu simplex & cōpositum ejusdē debere esse originis. Uturtamē quis deducat nulli erimus difficiles, nec enim absque ratione sunt dictæ Etymologiæ. De origine repressaliarum quoque non constat Dd. Quod novæ sint voluit *Barthol. in suo tr. de repressal.* quod vetustissimæ *Zas. d. l. qua de vid. Andr. Gail. dict. tract. de pignorat. obs. 2. à n. 5. Mynf. 6. observ. 1.* His præmissis propositum agamus & repressaliæ num jure defendi possint paucis examinemus. Ac repressalias, quas hodiernus usus sustinet, quæque non in prædationes & rapinas (quomodo *Mindan. d. c. 46. membr. 1.* rejicit *Dambud.* repressalias à repredando deducentem in *prax. crim. c. 98. n. 1.*) degenerant jure admitti eruditè docent *Guidò Papa decis. 32. n. 1. & idem cons. 175. & consil. 209. Barthol. in tract. de repressal. Jacob. à Canib. in tract. de repressal. Thomas Secunda 2. q. 40. Mynsing. 6. obs. 1. & 2. observ. 11. Coler. de process. execut. p. 1. c. 2. à n. 269. Mindan. d. l. 1. c. 48. memb. 2. 3. 4.* in tantum, ut non solum ex consuetudine vetustissima *Zas. ad d. l. 2. Calvin. d. l.* sed etiam jure Canonico civili & divino illas confirmari & comprobari tradant, *Mindan. d. l. Guido Papa. d. decis. 32. Ant. Rambaudus addit. ad d. decis. tit. 2. Jacob. de Canib. in d. tract.* Plures rationes habet hac de re *Barthol. d. tract. Jacob. de Canib. Coler. d. p. 1. c. 2. n. 272.* nos una ac altera erimus con-

contenti. Sic E. colligio: Quicquid congruit & consentit cum jure Divino, cum jure Canon. cum jure Civ. cum jure naturali & gentium, id æquum & legitimum, id approbandum & concedendum. At repressaliæ in casum denegatæ justitiæ, & hujus legitimè probati, contra exterum concessæ, congruunt cum jure Divino, Canonico, civili, naturali. Ergò sunt legitimæ & concedendæ. Congruunt cum jure Divino & Canonico *Guido Papa d. decis. 32. n. 1. additionat. Rambaud. ibid. lit. C. Jacob. de Camb. Mindan. d. c. 48. memb. 2. in f. Coler. d. n. 272.* De hoc enim aufertur regnum & datur justitiam facientibus *Matth. 21 in f. Coler. d. l.* At hic populus fecit injustititiam, sæpius enim requisitus (id quod omninò requiritur *Guido Pap. d. decis. 32. Mindan. cap. 49. membr. 1. Mynsing. cent. 6. observ. 1. num. 3. & 4.*) jus & justitiam facere recusavit in re liquidissima, id quod omninò necessum *Guid. Pap. d. decis. 32. num. 2. Mynf. d. observ. 11. post Guid. Papam consil. 246. Coler. dict. num. 271. Mindan. c. 49. membr. 1. 2. & 3.* Ergò regnum ei rectè auferetur. Si regnum ergò jus divinum permittit auferri. E. multò magis Jure repressaliarum hujus vel illius divitis Mercatoris bona & merces arrestari & detinere permittet, donec nobis sit satisfactum, & administrata justitia fuerit. Non enim debet cui plus licet, quod minus est non licere *l. 25. ff. de R. J.* Non moveor si sic concludas: jure repressaliarum seu marchæ, uti vocat *Guido Pap. d. q. 32. nu. 1.* unus pro alio & res unius pro re alterius apprehenditur *cap. 1. de injur. l. 6.* latè *Bart. in suo tractat. circa Princip. de repress. Guido Pap. d. q. 3. c. 2. seqq. Gail. d. observ. 2. in pr. de pignorat. Mynf. d. l. 6. observ. 1. in princ.* At de Jure Divino alius pro alio solvere vel mori non debet: scriptum enim est in *L. Moif.* quod pater mori non debeat pro filii delicto & contrà filius non pro patris *Deut. 24. v. 16. Ezech. 18. v. 10. 2. Reg. 13. v. 6.* sed unusquisque pro suo *d. v. 6. in f.* E. jus seu concessio Marchæ non erit secundum jus divinum, sed potiùs contra illud. At *1. text. in d. c. 21. Matth.* ut & *c. 10. Esai. in pr.* satis jus Marchæ probat. 2. Deus etiam peccata patrum in tertiam & quartam generationem punit qui eum oderunt

Exod. 34. n. 7. Jerem. 33. verſ. 18. Deut. 5. v. 9. & Deut. 28. v. 59. 3. Ne E. hæc loca ſcilicet *Deut. 5 v. 9. & Deut. 28. v. 59. Jerem. 33. cum c. 24. v. 16. Deut. Ezech. 18. v. 20.* pugnent, puto referre an filii & concives vel vicanei imitentur peccata patrum & concivium ac vicaneorum, vel Magiſtratus: & hactenus exaudio *d. c. 5. v. 9 & c. 28 v. 59. Deut. & c. 34. v. 7. Exod. c. 33. v. 18. Jerem.* an verò non, ſed deſiſtant à peccatis patrum & hactenus procedit *c. 24. Deut. c. 18. Ezech.* At verò jam concives & conterranei, qui omne jus in Magiſtratum contulerunt, communionis tacita obligatione, de facto Magiſtratus videntur teneri, *Mindan. d. c. 48. membr. ult.* 4 Quod Magiſtratus n. quibus omnis rerum publicarum adminiſtratio conceſſa, faciunt, id pro eo habetur, ac ſi ſinguli cives feciſſent, *l. nulli ibi ordo dedit. quod cujuſq; univerſ. nom l. item Magiſtri ff de pact.* Factum ſiquidem præpoſitorum habetur pro facto ſingulorum civium, *c. qui per alium extr. de R. J. in 6. Bart. in l. ſicut n. 2. ff. quod cujuſq; univ. nom. Coler. p. 2 c. 3. proceſſ.* cum multis allegatis. 5. Et cum eum elegerit populus ſuaq; electione in facta ejus conſenſerit *arg. l 3. de offic. prætor. l municipes ff ad municip. l. ſed ſi ex dolo §. 1. ff. de dolo malo* ſibi imputet cur tales elegerit & Imperio præfecerit, & ſic quo ad electionem temerariā eſt in culpa *l. 1. §. unde quærit ff. exer act l. 1. in pr. ff de judic l. 1. §. proinde ſi imperitè. ff ſi Menſor faſ. l. fi. C. de acquir. poſſ. ibiq; gloſſ. l. ſed & § fin. d. Inſtit. action. argum. eorum quæ habet Mindan d membr f c. 48. l. 1. proc ff.* Et 6. cur populus vel ſtatus vindicare neglexerunt, quod à ſuis improbè factum eſt vel reddere quod per injurias ablatum eſt, *c. Dominus 23. q. 2. Mindan. d l. Coler. d. l. n. 274.* Sic E. ex his colligo: ſi ſinguli cives & mercatores cujusdam civitatis vel regionis per ſuum conſenſum in Magiſtratum, electionem ejusdem & per negligentiam ſuam, quod non inquirunt, quomodo adminiſtret juſtitiam, ſunt cauſæ denegatæ juſtitiæ, rectè contrà illos jus marchæ conceditur. Atqui eſt prius ex dictis. E. Ad hæc ſunt etiam repreſſaliæ convenientes juri naturæ & gentium *arg. eorumque habet Coler. d. c. 2. num. 273. Mindan. d. c. 48. memb. 3. inf. Jacob. de Canib. in d. tract.* Ego unicum fundamentum opponam, Secundum naturam eſt neminem locupletari debere

bere cum alterius damno, *l. nam natura de condict. indeb. l. 206. de R. J. ibiq. Philipp. Matth.* At concessione repressaliarum fit, ne quis locupletetur cum alterius damno E. Cum n. Magistratus alterius loci non administret jus & justitiam, ne suos subditos ad solvendum urgeat, jure Marchæ, ut, quod debetur, solvatur, & sic aliis per cessationem illorum iniqua conditio non inferatur, efficitur *Mindan. c. 47. membr. f.* Non urget si argumentum invertas, & ex hoc naturæ contrariam esse concessionem marchæ concludas, tali forma. Jure naturæ æquũ neminem cum alterius damno locupletari *d. l 206 de R. J. d l 14 de condict. indeb.* At verò jus repressaliarum seu marchæ exercens contra innocentem locupletatur cum tertii innocentis damno. E. jus marchæ non erit juri naturæ & gent. conveniens. Resp 1. Etenim in *d. l. 206. de R. J.* habetur etiam cum injuria. At hic tertio innocenti oppignorato nulla fit injuria, ut ex seqq patebit. 2. nullum hic propriè subest damnum: quasi enim obligatione propter denegatam vel protractam à Magistratu suo justitiam tenetur, & ita fit pignoratio cum qualicunq; justitia totius communitatis cujus innocens pars *Mindan d. c. 48. memb. 2.* 3 Quod quis damnum sua culpa sentit non intelligitur sentire *l. 203. de R. J.* At v. cum illi pignorationi culpam dederit Magistratus illius loci, ob denegatam justitiam, quod omninò requiritur *Guid. Pap d. decis. 32. Mindan. d. c. 48. Coler. d. c. 2.* & verò factum præpositorum pro facto singulorum civium habeatur *d. c. qui per alium extr. d. R. J. in 6. gloss. Rubr. c. quæ sit long. consuet. l. municipes ad Municip. Coler. d. c. 3. p. 2 n. 351.* & cives aut incolæ omnes in causa & culpa esse, ut marcha exerceatur. 4. Et licet hîc primo intuitu innocuis videatur esse damno, tamen effectu inspecto non est: siquidem ea quæ pignore cupimus, ex jure sistendi retinemus, donec nobis satisfactum, *Mindan. c. 46. l. 1. Process. memb. 3. in f.* & licet in totum retineamus illius bona semper denegante Magistratu ejus justitiam adhuc tamen non est in damno, siquidem actione ex statuto vel consuetudine contra Reum principalem experiri potest post *Rofredum Beneuent. qq. Sabat. 22 Mindan. d. l. 1. Process. c 50. in pr* & Magistratum Justitiam denegantem in-

ſuper obligatum habet *Barthol. d. repreſſal. q. f. nu. 1.* qui ei omne damnum & lucrum abſens reſtituere tenetur *Bart. d. l. Vivius 2. opin. 35. Mindan. d. c. f. Coler.* ab initio pro noſtra ſententia diſputat in *d. c. 2. p. 1. proceſſ.* in ſubſeqq. tamen à *n. 284.* contra nos diſſerit. At ejus fundamentis & reſolutionibus cum videam abundè & ſolidè eſſe à *Mindan. d. l. 1. c. 48. membr. 2. & 3. & 4.* ſatisfactum, de illis nihil agam: Et ſanè firmiter omnia non concludunt. Potiſſima ſunt de Regula cum nos verſemur in exorbitanti & exceptione. Nec enim ad conceſſionem hanc Marchæ deveniri volumus, niſi quando aliter jus noſtrum conſequi non poſſumus, ubi ne in damno ſimus repreſſaliæ inventæ, quibus Magiſtratum hactenus jus & juſtitiam adminiſtrare negantem impellimus, ut nocentem ad ſolvendum cogat & innocentem liberet. Nec eſt ſi excipias cum *Colero*, imò adhuc non eſſe etiam contra forenſes (quod tamen admitti in Imperio, ait *Gail. d. tr. d. pignor. obſ. 2.*) concedendas repreſſalias ob pacem publicam, nam nobis, inquit detinentibus forenſium bona illi viciſſim noſtrorum detinebunt, donec tandem bellum exoriatur, ex quo maximum damnum regionibus noſtris cadet, quod ut præcaveatur omninò non concedendas eſſe repreſſalias ſuadere conatur. *Coler. d. l.* Reſp. ad 1. concluditur à poſſe ad eſſe, & ab accidenti quod nos non conſideramus. 2. Non facilè ad arma deveniri ſolet, ſapientem enim omnia prius quàm armis experiri decet, *Terent.* maximè ſi non ſubſit juſta cauſa, *Dan. d. l. 7. polit. c. 3.* quæ hic omninò deeſt, quin nec juſta bella ſemper ſuſcipienda ſunt, ſi quo alio pacto res componi poteſt, *vid. Auguſt. l. 19, d. civit. Dei. c. 7. 3.* Si maxime inferatur, nos qui fovemus cauſam juſtam quam Dominus ſemper juſtificat de victoria quæ à Domino *Proverb. 21. verſ. f.* dubitare non debemus. Nec eſt ſi inferas cum *Colero* id demum bellum juſtum eſſe, quod ex neceſſitate publica ad depellendam injuriam gentis viciniæ ſuſcipitur, *Coler. n. 288. & 291.* non etiam quod ex injuria privato illata *Coler. n. 289.* Reſp. Nam 1. neſcio an non ob privatam injuriam maximam bellum ab Imperatore poſſit indici. Sic enim ob ſtuprum *à Gabaonitis* concubinæ Levitæ illatum tribus

bus Israëlis bellum indixit, *Iud. 14.* Sic David ultus est injuriam Legatis suis factam ab Ammonitis *2. Samuel. 12. 2.* Quin Jus Marchæ est species belli justi *Martin. Laud. d. repressal. Jacob. d. Canib. p. 1. nu. 14. Gail. d. obs. 2. Mindan. d. l.* 3. Sit id verissimum, non tamen ferit, nec enim nos volumus, ut bellum statim suscipiatur, si denegetur in causa quadam ab exteris justitia, sed tantùm jus Marchæ damus: ubi si exteri ad arma deveniant licitè nos defendimus, est enim hactenus bellum necessarium. E. & justum *Titus Livius*: Ut enim pacem habere debet voluntas, sic bellum necessitas *August. Epistol. 207. ad Bonifac.* 4. Et tandē cum ad concessionem repressaliarum, seu Marchæ non deveniatur, nisi subsit gravis jactura & maximum damnum *Mind. c. 49. membr. 2. in pr. Guid. Pap. decis. 32. & con. 200.* & verò per illam jacturam civium toti Reipub. quid decedat *Min. c. 48. membr. 2.* forsan non admodum impropriè ex causa publica concedentur repressaliæ etiam ob privatorum concessæ jacturam. Fuisset quid etiam de jure civili apponendum at instituti mei ratio & pagellarum angustia id non patitur.

DISCURSUS VIGESIMUS SEXTUS.

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH JC. & P. P.

Quis concedere potest repressalias & Jus Marchæ?

HAc in quæstione Dd. video esse varios. Alii enim concessionem repressaliarum seu Marchæ tribuunt soli summo Imperatori seu Regi in ditione, *Joh. Ferrar. in tit. forma libell. in act. realib. in gloss.* super verb. jure Dominii vel quasi *Bart. in tr. suo de repress. q. 3. n. 4. & seqq. Guid. Pap. dec. 33. in f. & consil. 175. Col. d. p. 1. process. c. 2. n. 280. pag* (mihi) 87. Alii potestatem tribuendi jus Marchæ concedunt etiam unicuique Magistratui habendi liberam Reipub. administrationem, quomodo etiam municipia poterunt arresta vel pignorationes permittere *Mindan. l. 1. process. c. 49. memb. 3.* Alii agnoscunt, imò tutiùs esse, ut civitates municipales & Landsassii suum Principem aut Electorem aut Imperatorem, si immediatè Imperio Roman. subjecti prius requirant. Nos ut aliquo modo omnibus satisfaciamus: distinguimus inter jus & mores seu consuetudines. De illo solius summi Imperatoris in Romano Imperio aut in aliis regionibus summi regis vel Magistratus consensu & autoritate arresta & pignorationes fieri posse dicimus: sit ratio. Bellum indicere nemo potest nisi summus Imperator *tit. C. ut armor. usus inscio l. 3. ad L. Juliam Majest.* Suscipiendi belli authoritas atque consilium penes Principem est, *August.* contra *Faustum.* Si quis privatim sine publico scito pacem bellumque fecerit capitalis esto, *Plato libr. 12. de ll.* & hodiè omnes Electores & status Imperii *Capitul. Cæsar. Schleidan. l. 1. histor. circ. fin* At repressaliæ sunt species belli justi, *Martin. Laud. tract. repress. num. 4. Jacob. à Canib. p. 1. num. 14. Mynf. cent. 6. obs. 1. Gail. d. observ. 1. tract. de pignor.* E. quin ex quocunque damnum redire potest ad totum Imperium, id fieri debet cum Imperii vel ejus capitis consensu & autoritate. Atqui ex concessione repressaliarum & Juris Marchæ toti Imperio vel toti civitati damnum oriri potest, fac enim repressaliatis forensibus per Imperium Romanum Reges alios vicissim detinere subditos Imperii Romani, ibi tandem venietur ad diffædationes & tandem ad bellum quod communis pernicies Reipub. *Coler. d. p. 1. c. 7. n. 284.*

ita

Ita docent *Guid. Papa d. decis. 33. in f. Iohan. Ferrar. d. l. Bart. d. pressal. q. 3. n. 4. Coler. d. c. 2. d. nu. 280.* Itaq; in tantum verum putat *Coler.* ut ne Imperii Romani Electoribus, qui tamen id in suo Imperio possunt, quod summus Imperator in Imperio Romano, *Roland. à Valle cons. 4. n. 3. l. 3. Dauth. 1. testam. n. 36. Gail. 1. obs. 21. num. 21.* arresta & pignorationes permittat, *d. nu. 280.* Ad mores autem & consuetudines, quod attinet de iis etiam Electores & alii Magistratus liberam Reip. administrationem habentes marcham & pressalias permittere possunt: (modo subsit justa causa & jactura gravis *Guid. Papa d. decis. 32. & idem consil. 175. ut & 209. Mindan. passim. Mynsing. 6. observ. 1.*) quomodo practicari notat *Guid. Pap. decis. 33. in f. Mindanus dict. cap. 49. membr. in f.* ubi tamen non diffitemur tutius & rectius agere Magistratus & Landsassios, si illas pignorationes cum autoritate proximè superiorum faciant, *Mindan. d. l. in f* ut enim aliàs abundans cautela non nocet, sic nec hîc requisita superioris auctoritas: & si malum ex illa marchæ concessione orietur minus erit in periculo & damno.

DISCURSUS VIGESIMUS SEPTIMUS.

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH JC. & P. P.

Contra quos possunt concedi repressalia.

Cum

CUm laxatio marchæ ſeu conceſſio repreſſaliarum videatur eſſe remedium extraordinarium ſecundarium & odioſum contra jus commune. *c. ſi pignoratas de injur. & damn. dato in 6. Guid. Papa conſ. 175. num. 1. & conſ. 209.* illa non temerè erit cedenda, pro cujus inſtructione cum non conparum faciat, contra quos illa laxatio marchæ ſit danda, jure quærimus contra quos repreſſaliæ concedi puſſint. Et quidem cum omnes homines aut ſint in Imperio Romano & ejus defenſione, vel extra illud, an contra omnes illæ concedi poſſint paucis explicabimus. Et de his qui ſunt extra Imperium Rom. ejusq; tutelam, h.e. exteris non dubito. Repreſſaliæ enim dantur ob denegatam juſtitiam *Guid. Pap. deciſ. 23. memb. 1.* At exteri ſi negent juſtitiam alio modo nobis conſulere non poſſumus quàm per jus Marchæ. E. Quomodò ſi Hiſpanus vel Anglus mihi ad ingentem auri ſummam obſtrictus ceſſaret in ſolvendo & Magiſtratus illius loci ſæpius requiſitus jus & iuſtitiam adminiſtrare recuſaret, rectè ab Imperatore vel meo Principe Jus Marchæ contra illius convicaneos impetro, *Dambud. in prax. crim. c. 98. n. 20. Bart. in d. tr. Jacob. de Canib. Mindan. d. c. 49. memb. 5. Guid. Pap. deciſ. 32.* licet repreſſalias diſſuadere etiam quo ad exteros conetur *Coler. d. c. 7. n. 284.* At fruſtrà, ut eruditè oſtendit *Mindan. cap. 48. membr. 2. & 3.* Maior difficultas eſt quo ad ſubditos Imperii Romani & Landſaſſios, an contra illos Jus Marchæ impetrari poſſit. Et ſi ad apices iuris attendimus, aut rem etiam ex Dd. traditionibus æſtimamus; neſcio an contra conterraneos & concives repreſſaliarum conceſſio poſſit probari: fortè *cap. 1. Nov. 52.* eſt ſatis evidens, ut & *text. in l. unic. c. ut nullus ex vicar. ibique Azo: quos text. ne 1. q. b.* Decuriæ adverſentur, de pignorationibus in Imperio Romano factis, cum *Gipvan. & Dd. comm.* exaudio. Et ſanè verba in *d. c. 1. in Repub.* noſtra hanc interpretationem non divinatoriam eſſe arguunt: *text. in l. non debet de R. J. l. ſi quis in ſuo §. legis c. d. in offic. teſt. Auth. ſed omninò C. ne uxor. pro marit.* Quin ceſſante cauſa debet etiam ceſſare effectus, *l. adire 6.*

ire 6. §. 2. d. Jur. Patron. c. cessante d. R. J. in 6. ubi latè Tiraquel, W e-senb in Par. de his qui notant. infam. n. 3. At causa justa vera repressaliarum, quæ est justitiæ negatio & hujus probatio, *Innoc. c. olim. ext. de r. st. spol. Cyn. in auth. habita. C. ne filius pro patr. Guid. d. consil Mind. d. c. 49. membr. 1. in pr.* inter subditos Imperii Romani cessat. E. etenim, ut maximè hæc vel illa civitas hoc vel illud emporium nobilissimum & munitissimum, hic vel ille elector aut Princeps requisitus sæpius jus & justitiam non faciat & facere etiam neget, non tamen statim conqueri de justitia denegata & à meo Principe vel communione impetrare repressalias contra convicanos illius Imperii vel Principis possum. Adhuc enim superior Imperator, scilicet qui contra id oppidum promotoriales concedere potest & sua autoritate jus & æquum tibi decernere *Gail. 1. observat. 82.* Sic ergò quoties pro justitia potest haberi recursus ad superiorem judicem, non debent laxari repressaliæ, *Bart. in d. t. q. 2. Bald in Auth. & omninò. Cod. ne uxor pro marito.* At si Emporium vel Princeps mihi deneget Jus & justitiam pro mea justitiâ habeo ad Imperatorem & status Imperii recursum *p. 2. Ordin. Camer. t. 26.* E. quin ubi datur remedium ordinarium cessat extraordinarium *l. in causa. ff. d. Minorib. Bart. in l. in provinciali. § si verò ff. de oper. nov. nunciat. Fachin. l. 3. controv. 98.* At hic præ repressaliis quæ sunt remedium extraordinarium, subsidiarium, contra jus *C. si pignorat. de injur. Guid. Pap. decis. 175. & 209. n. 1. Mindan. pass.* est ordinarium, Judicium Cameræ *p. 2. ordinat. Camer. t. 1. & p. 2. ordin. Camer. t. 26.* Ergò. Nec est si dixeris, requisiti superiorem non esse requirendum, sed ad marchæ impetrationem sufficere, si Magistratus debitoris jus & justitiam neget. Nam id 1. controversum. 2. & de jure requisiti superior omnino adeundus prius, *Guid. Pap. decis. 175. in pr. Mindan. d. c. 49. in pr.* unde hos instantiæ gradus observandos esse, ait *Bart in tract. q. 2. n. 9. 3.* Et tantum de moribus (quibus de jam non disputo) requisiti superiorem non esse adeundum notat *Guido decis. 33. Mindanus l. 49. memb. 1.* quos ut probare possumus quo ad exteros (quibus in terminis, id docet *Guido Pap. d. l. & Mindan.*) ita quoad Imperii sub-

ditos admittere nullo modo propter *d. c. 1. Nov. 52. d. l. unic. C. ut nullus ex Vican. p. 2. ordinat. Camer. tit. 26.* Et cum contra Magistratum non administrantem justitiam possint decerni promotoriales in casu negligentiæ *Mynsing. 3. observat. 57. & 5. obs. 82. n. 7.* aut processus & citationes contra debitorem in casu denegatæ justitiæ, *Myns. d. observ. 57.* Imò ad executionem justitiæ Magistratus inferior, condemnatione in pœnam mandati compelli *Mynsing. 5. observ. 82 nu. 6.* frustra & temerarii erimus, si ad extraordinarium & subsidiarium illud remedium pervenerimus. Ut ut verò hæc ita se habeant de jure nostro etiam novissimo *d. p. 2. ordinat. Camer. t. 26. Coler. d. p. c. 2.* nihilominus tamen ita invaluisse in Germania etiam, ut utamur repressaliis in eum qui nobiscum in Imperio Romano degit, docet *Mindan. d. c. 49. membr. 5.* quod non arridet, *Gail. d. observ. 2.*

DISCURSUS VIGESIMUS OCTAVUS

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH JC. & P. P.

Quæ sunt causæ justæ repressaliarum?

CUm in re magni momenti & magni præjud. sine causa non sit procedendum, & verò repressaliarum concessio sit talis *Guido Papa d. consil. 175. n. 1.* ut q̃ species belli *Martini Laud. in d. tract. de repress. nu. 4. Mynsing. cent. 6. obs. 1. Gail. obs. 2. de pign.* non injuria jam de justis & legitimis repressaliarũ causis quæro. Et illarum quidẽ alii DD. plures

plures alii pauciores ponunt. Explicatissimè illas recenset *Mindan. L.a.process. c.49.* per singula membra. Prima & potissima est denegatio vel protractio justitiæ, ut deveniatur ad concessionem pressaliarum seu Marchæ, *Guido Papa dict. decis. 32. & 33. Idem consil. 175. & consil. 209. Mynsing. d. observ. 11. Gail. d. obs. 2. in pr. Addit. ad Guid. Pap. in d. decis. 32. Mindan. d. c.40 memb.1. Coler. d. c. 2. n. 271.* modò illa fiat non tantùm à requisito Magistratu, sed requisiti etiam superiore, *Guid. Pap. d. decis. 32. Bart. in d. suo tract.* quod posterius tamen non requirit de stylo curiæ Parlam. Delphin. notat *Guid. Pap. d. dec. 33. in pr.* quod, ut dixi, in repressaliis contra exteros, etiam in his terris admitti potest *Mind. d. memb. 1.* at non contra subditos Romanos ob *d. p. 2. t. 26. in pr. Ord. Cam.* Quod requisitum, ut primum & necessarium ita liquidò probandum, *Col. d. c. 2. d. 271.* At verò, cùm in causa parvi præjudicii justitia vel denegari vel protrahi possit, ob eam verò repressalias concedi sit incivile & temerarium prima causa sola non sufficit & ideò Dd requirunt, ut denegetur justitia in causa magna & læsione enormissima, *Guido Papa dict. decis. 31. & cons. 175. in pr. Mindan. d. c. memb. 2.* nec enim pro re modica extraordinaria decerni solent remedia, *l. scio. de restit. in integr. l. si. oleum. §. f. ff. de dolo.* At repressaliæ sunt tale extraordinarium, *Guid. Pap. d. l. Mind. d. l.* Ergò, quomodo insufficiens videtur *Coler. in 1. causa. acquiescens.* 3. Ut causa qua indicitur protrahi justitia sit legitima & non disputabilis amplius post *Dambud. in prax. cr. c. 98. n. 11. Mindan. d. c. memb. 3.* Quomodo si causa dubia & perplexa varia disputabilis, ut potest esse petitio hæreditatis, neque facilè repressaliæ impetrandæ neque temerè concedendæ. Læsus illas à summo Magistratu, *Bart. d. q. 3. Coler. d. c. 2. num. 280.* impetrare debet contra forensem: Quod ut verum de Jure, ita de moribus fallit: Iis enim sufficit, si à nostro modo liberam administrationem habeat illas impetremus, *Mindan. d. c. 49. memb. 4.* Quibus omnibus sic probatis & positis, possunt ditiones, res & homines capi illius domini, qui justitiam facere recusavit *Bart. d. tr. Guid. Pap. d. decis. 32 n. 2 & d. cons. in suo tract. de repressal. Mart. Laud. d. tract. Mynf. 6. obs. 1. Gail.*

d. obs. 2. & passim Col. d. l. Mindan. d. c. 47. modò singularibus summi Principis vel etiam Jurisgent. privilegiis non sint exemti, ut sunt Legati, Studiosi, *Mind. d. c. 49. membr. 8.*

DISCURSUS
VIGESIMUS NONUS
AUCTORE
D. QUIRINO CUBACH
JC. & P. P.

An Imperator vel aula ejus des Reichs-Hoffraht *concurrat cum Camera in causis imperii?*

ANte judicem Cameræ litigantes potissimum in secunda instantia aulam Imperatoris sequebantur worden die sachen der andern Instantz an des Reichshoffraht oder Burgl vnd Landgericht gewiesen. Cum verò maximo cum rei familiaris dispendio non raro aulam (sæpissime enim mutabatur) partes sequi tenerentur, & causæ ob multitudinem nimis protraherentur, ac in plerisque difficilior justitiæ administratio esset: de hoc gravamine status imperii primum Noribergæ anno 1467. ac deinde Francofurti anno 1486. conquesti sunt, & *in recessu de ann. 1489.* per Maximilianum Regem Imperatorem de Camera communi instituenda monuerunt.

erunt. Hisce querimoniis in aliis recessib. iteratis tandem commotus Maximilianus Imp. primò Wormatiæ ann. 1495. deinde Augustæ ann. 1500. cum statib. imperii de Camera seu prætorio imperiali convenit, ita ut de causis tam mediatè quam immediatè ad aulam Imperatoris antea pertinentib. jam Camera rectè cognoscat *d. recess.* Also daß alle vnnd jede Sachen die ohne Mittel der Keys. jurisdiction vnterworffen / vnnd von derselben nicht durch sondere Außträge außgenommen an dem Kammergericht fürgenommen werden sollen *par. 1. Ord. Cam. t. 27.* vide *Heig 1. q. 9. n. 32. Paurm. de jurisd. 2. c. 5. Buchs. in vita Bartoldi Archiepisc. & Elect. Mogunt.* Quæritur E. jam; an abdicativè Imp. Cameræ jurisdictionem concesserit, ita ut aula ejus jam in iis causis amplius cognoscere non queat. Ita placet aliis quod Camera surrogata aulæ Imperatoris E. quemadmodum ante aulam nemo ex paritate superioritatis & jurisdictionis prævenire potuit, ita nec Cameram quenquam; ne ipsam aulam etiam prævenire posse. Substitutio n. & surrogatio videtur cum omnibus qualitatibus jurib. & privilegiis facta, nisi specialiter doceatur exceptio *c. accessorium de R. J. in 6. Cravet. cons. 397. n. 2. Recess. Wormat. ann. 1495.* ac prætorium Imperiale idem cum aula Imperatoris esse solummodo mutato loco (separata enim jam Camera ab aula) volunt. At contrarium verius: Nam ubicunque est præventio ibi etiam jurisdictio. At aula Imperatoris in causis ad Cameram pertinentibus habet præventionem *Decr. Colon. ann. 1512. §.* zum dritten in verbis: nach dem täglich der Partenen Handel vnnd Sachen an vnsern Keyserl. Hoff erwachsen. *vid. Gail. 1. obs. 121. Mynsing. cons. 24. n. 20 Heig q. 9.* E. 2. Si jurisdictio semper quoad concedentem cumulativè nec privativè intelligitur concessa, nec Imperator Cameræ jurisdictionem abdicativè concessisse videbitur. At prius *Can cæterum de Judiciis. Natta cons. 787. n. 24. l. 3. Muscorn. de jurisd. n. 34. Coler. de process. exec. p. 2. c. 1. n. 126. Vant. de nullit. sub t. de defect. jurisd. n. 10. Andr. Knichen. de jure territ. c. 1. n. 237. Chass. in cons. Burg. Rub. 2. §. 1. & in gl. ult. n. 30.* E. Nec relevat Camera habet jurisdictionem ex contractu. *Ferdinandus in §.* setzen vnd

ordnen *ante Ord. Cam. art. 35. p. 2. Ord. Camer. Recess. 1495. & 1500.* E. Privative. Nec enim procardicon hoc Dd. Jurisdictio ex contractu concessa privativè intelligitur concessa verum est. Electores, Duces, Comites enim habent per contractus infeudationis jurisdictionem, & tamen Imperator absq; omni requisitione absq; literis mutui compassus testes ab iis evocat, citat, *Wesenb. consf. 96. l. 24. de Judiciis*, quo de supra latius. 7. Concurrentia jurisdictionis Cameræ & Imperatoris clarè habetur in *p. 2. art 27.* in verbis: Daß alle vnnd jede Personen vnd Sachen / die der Keyserlichen Jurisdiction ohn Mittel vnterworffen / vnnd durch sondere Außträge dieser Ordnung nicht außgenommen seynd an den Keyserlichen Kammer-gericht fürgenommen vnd gerechtfertiget werden sollen: hic manifestè dicitur causas jurisdictioni Imperatoris subjectas, hoc est, de quibus & in aula judicari potest, Cameram cognoscere. Ex quo sic: Quæcunque causæ subjectæ jurisdictioni aulæ Imperatoriæ, de iis etiam cognoscere vtillius jurisdictionis potest: Frustra enim alias esset jurisdictio illa. At omnes causæ tam in prima quam in secunda instantia ad Cameram pertinentes sunt subjectæ jurisdictioni Imper. vel ejus aulæ. Omnes ergo causæ hodie ad Cameram pertinent, *d. art. 27. p. 2. & art. 7. d. p. 2. Recess. 1495.* Attamen Jurisdictioni Imperatoris *d. art. 27.* hoc est, de quibus tamen & ipse in aula sua cognoscit. Non urget *art. 7. 9. 27. d. p. 2. ord. cam.* Ex quo sic concluditur. Reservatio in uno, est abdicatio in alio. *Cravett. consf 214. n. 13. Scrad de Feud. p. 10. sect. 2. n. 23.* At vero Imperator in causa fractæ pacis, religionis, Feudorum regalium citra ullam præventionem sibi reservat jurisdictionem. E. ea in aliis se abdicavit, secundum *d. art. 27. p. 2. ord. cam.* Reservatio enim seu restrictio in *d. art 7. & 9.* non intelligenda respectu jurisdictionis Imperatoris, quasi de illis solis, & non etiam de aliis cognoscere velit, sed Cameræ scilicet ea de aliis omnibus cognoscere debeat præter reservatas: adhæc ex verbo vorbehalten / quod excludit & præsupponit behalten idem elicitur.

DIS. XXX.

DISCURSUS TRIGESIMUS

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH
JC. & P. P.

An in incidentibus circa Electoratus, Marchionatus, Principatus, Comitat: controversiis solus Imperator cognoscit?

QUod Camera de iis non cognoscat, ut maximè etiam concurrentem cum Imperatore in aliis omnibus jurisdictionem habeat; *t.7. & 27 p. 2. ord. Cam. Heig. 1. q. 9.* constat satis ex *d. art. 7.* An ergò solus Imperator? Ita forsan plerique tex. in *d. art. 7. p. 2.* O. C. ob auch Sachen fürfielen Fürstenthumb etc. derselbigen Erkentnus wollen wir der Key. Ma. oder jhrer Liebd vnnd Key. Ma. abwesens/vns/als auch R. König etc. vorbehalten haben. An Exceptionem agnoscant pro ætate nescio. Sanè ut verissimus, qui regulariter, imperatorem de Ducat: princip. cognoscere dixerit, cum *cum ob d. a. 7.* cum q̃a ducatus beneficia principis sunt *d t. 7. c. 5 aurea Bulla*. De quib' solus q̃ea concessit, cognoscere solet *c. convenisset extra d. Judic. Cuppan. ad Auth. habitac. Ne Filius*: Ita dubito, an fall', sin quo ad Feuda Regalia exceptionem quandam agnovero. Nam omne judiciū Conventio-

ventionale seu Austreg. excludit & Cameram, & Imperatoris aulam *art. 4. 6. 17. 28. d. p. 3. O. C. Dd.* vulgo. At duces Saxoniæ habent judicium conventionale seu Austregas, si controversia circa Ducatus & alia incidat Austrage zwischen weiland Churfürst Augusto / Hertzog Johann Friederich zur Naumburg den 24. Febr. Anno 1554. auffgerichtet / vnd von Keyser Carln bestetigt. Et omnes lites inter hos duces primò coram his Austregis ventilandæ, *prin. d.* Austrag. in verb. ob auch kunfftig zwischen vns etc. irrungen furfielen: Coram quibus, si res componi non possit, demum ad Imperatorem deveniendum §. fundern sich *d.* Austr. Inde quasi in controversia circa jus primogenituræ, cum ea coram 12. illorum deputatis Consiliariis, octo scilicet Nobilibus & quatuor Jurisperitis, omnibus tamen Consiliariis non sit ventilata, nulliter processum esse alii volunt. Et talia pacta habent etiam alii Duces, ut constat ex *scriptis Johannis Friderici Electoris Saxon.* anno 1538. editis.

DISCURSUS TRIGESIMUS PRIMUS

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH JC. & P.P.

Quid si de parte quadam Feudi regalis controversia, an & tum extra Austragas Imper: de ea cognoscet?

Hoc

HOc non placet, *Rosenthal. d. Feud. c. 12. conf. 1. n. 30. ob d. art. 7. p. 2. O. C.* in verbis: So einem Theil gäntzlich vnd endlich abgesprochen werden / sollen derselben erkentnuß. Mavelim cum *Schrad. de Feud. p. 10. sect. 2. n. 68. Brukm. conf. 16. n. 17. Paurmeist. l. 2. de jurid. c. 5. n. 96. Gothof. Ant. in disp. 2. Antivult. Corol. 5.* statuere, Imperatorem extra judicium Austrægarum indistinctè de Feudi regalis controversia, sive totum Feudum, sive partem tantùm ejus concernat, cognoscere posse; nec Cameram, vel alios cum eo habere jurisdictionem concurrentem. Nam in controversiis, circa Ducatus, Comitatus, solius Imperatoris fundata jurisdictio *d. art. 7. p. 2. Ord. Cam. c. un.* apud quem, vel quos. At & si de parte sit, est de Ducatu & Comitatu. E. Quin qui in toto judex, ille & in parte illius totius; dispositum siquidem de toto, censetur & dispositum de parte. At de Feudi regali toto, Imperator absque Cameræ concurrentia judicat, *d. art. 7. p. 2. O. C.* E. non relevat, sic dicis, hic quoad partem Feudi aliud decisum per dicta verba: So einem Theil gentzlich vnd endlich quæ ita pro Rosenthal. induco. Constitutio qualificativa, qualificativè accipienda, nec aliter locum habet, quam si certam illam qualitatem subesse constet *l. 1. §. ait prætor & ibi Br. ff. ne quid in flum. publ. l. Fulcinius 7. §. cum. hoc. ff. ex quibus causis. l. pen. §. decere. ff. ne quis in jus vocatus.* At Constitutio in *d. art. 7.* est qualificata, seu limitata, per verba: gentzlich vnd endlich. E. cum verò in nostro casu, Ducatus non in totum nicht gentzlich adjudicetur, videtur hic dictæ Constitutioni locus non esse. Nam respondeo, horum verborum, So einem Theil gentzlich vnd endlich abgesprochen werden sollen non hic sensus est, ut demum, si de toto & integro Ducatu, Comitatu lis sit inter principes in imperio Imperator cognoscat, nec etiam si de quadam Ducatus vel Comitatus parte; sed hic; quod quoties per sententiam uni res sit abjudicanda, & alteri adjudicāda, toties Imperatoris sit jurisdictio, ut sic verba gentzlich vnd endlich, non ad materiam ipsam, sed judicii qualitatem & sententiæ definitionem postremam sint referenda.

DISCURSUS TRIGESIMUS SECUNDUS

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH JC. & P.P.

An verò Doctor, an verò Nobilis in sedendo, eundo, votando obtinebit primas?

CUm & Doctor sit Nobilis, *d. l. diximus d. l. providendum.* Signorel. de Homodeis *in Disput. de praecd. Post. & limit. n. 28.* Petrus Lenauder *d. l. ac iudem* cum cæteris Nobilibus genere privilegiis utatur, Policeyordnung Anno 1577. außgangen & Reformation guter Policey zu Augspurg Anno 30. auffgericht / *tit.* vom Adel. Luc. de Penna & Johan. de platea *in l. Judices. C. de dignitat.* Petr. Lenaud. *de privileg. Doct. p. 2. §. 38. n. 53.* non injuria ulterius inquiro de jure præcedentiæ illorum. Hîc ut unicuique suum tribuamus, procedendum distinctè. Puto ergo referre, an Doctor conferatur cum Nobili tantùm an verò cum Nobili & Doctore simul: nec hæc distinctio nulla, quod hodiè nullus Nobilium aspirat ad hunc gradum, & omnes ferè eum nobilitatem dedecorare & obfuscare opinantur: non enim factum sed jus respicio. *arg. l. 12. de off. praesid.* & quàm egregiè sic sentientes fallantur, ostendit eruditè Joach. Mynf. à Frundek in Oration. hac de re habita: ac distinctio illa clarè fundata in Recessu Imperii anno 1500.

Augustæ

Augustæ habito in §. Item sollen jederman gehalten Hembder etc. *in verbis* vnd sonderlich sollen die vom Adel / die nicht Ritter oder *Doctor* seynd. & §. Item die von Adel & §. Item die von Adel so Ritter oder *Doctor* seynd. Hunc, hoc est, qui Nobilis & Doctor, simul præfero regulariter Doctori tantum. Plura enim bona præferenda uni tantum ex illis bonis.

At verò Doctor nobilis præter nobilitatem eruditionis, quam cum Doctore tantum communem habet, fulget etiam splendore generis & familiæ. E. Duo enim vincula semper plus ligant, plus possunt, quàm ex illis unum. §. 2. *Instit. de adoptionib.* At in Doctore nobili duo vincula, in Doctore verò tantùm unum. E. Dico regulariter: quià si Doctor tantùm in honoratiori & digniori munere sit constitutus, & hunc, quia eum Princeps magis insignem fortè ob virtutem suam honoravit, illi prætulerim, *arg. §. 5. Instit. quib. mod. solv. pat. potest. & l. quisquis. C. ad L. Jul. Majest.* Si cum Nobili tantùm vicissim respiciendum ad officia, quibus uterque præest. Sin Doctor muneri magis honorifico, ut quia est aulæ Præfectus, Cancellarius, Marschallus, Consiliarius, à Principe Præfectus hic præit Nobilem, & aliis Nobilibus concessis privilegiis utitur, Reformation guter Policey zu Augspurg Anno 1530. auffgericht. *tit.* vom Adel. *§. 1. verba d. §. sunt:* Vnnd so einer eines Fürsten Hoffmeister / Cantzler / Marschalck oder Rahte / vnnd doch nicht von Adel were / der mag sich denen von Adel / wie obgemelt / gleich tragen. Idem repetitum in der Reformation guter Policey Anno 1548. zu Augspurg auffgericht / *facit d. §. 5. & d. l. quisquis.* Contrarium dicendum, sin Nobilis præ Doctore in officio digniori constitutus. Quid verò dicendum de jure præcedentiæ horum extra officia. Hic seriò nihil definio, an non Nobiles Doctoribus quodammodo præferantur, cognosces ex Reformat. guter Policey d. anno 30. & anno 48. zu Augspurg auffgericht *tit.* vom Adel. *cum §. 1. junct. tit. seq.* von Doctorn. Liceat pro nunc (nemini enim quicquam volo detractum, nec debeo aut possum etiam) distinguere, an Nobilis simul bonis literulis sit instructus, an verò minus. Sin instructus, eum si Doctori præfero, nescio

an erro. Sic enim duplici generis sc. ac scientiæ civilis nobilitate splendescit, Joachim. Mynsing. d. Oration. non verò inconsideratus plura bona uni ex iis qui præfert. Falsissimi enim illi, qui Natales suos, annosasque majorum imagines, quibus ipsi splendent, eruditione & legali scientia ac Doctoris agnomine dedecorari autumant. Quî enim bonum offuscabit bonum? quî virtus, ex qua nobilitas tua (hanc enim præsupponit & absque ea Nobilis non fit, merentibus namque virtutum præmia tribui convenit, *l. & virtutum 4. Cod. de stat. & imagin. Horat. Lucius de privileg. Schol. in præf. n. 4. & 5.*) nobilitatem destruet? num principium suum principiatum. Sanè veteres Romani fuêre nobilissimi, & tamen juris erant studiosissimi, ac titulo JCti salutari, in magna ponebāt laude. Exemplo sit Sext. Ælius ex nobili Æliorum familia natus: Salvius Julianus Severus. Sext. Papirius, Gallus Aquilius, Cajus Longinus, & alii infiniti, qui nobilissimi honestissimum JCti titulum maximoperè affectarunt. Sin minus & majores tantum suos urget, Doctorem prætulerim, nec enim mihi bonus, qui bonitate aliena talis: & fortior est dignitas, quam quis habet per se, illâ, quam quis habet per alium, *arg. l. 1. & l. 2. ff. de off. Proconf.* verè poëta.

Et genus & proavos & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra puto.

Quibus succensenti id, quod Antigonus pigro cuidam militi strenuo patre nato, stipendia petenti paternis æqualia respondit, pro fortitudine propriâ non pro paterna militibus præmia distribui, daturus sum responsi, labore enim convenit devenire ad honoris augmentum, non etiam ambitione, *l. 14. C. de re milit. l. 1. C. de agent. in reb. l. 1. l. 2. C. de offic. magist. officior.* Hesiodus alibi.

DIS-

DISCURSUS TRIGESIMUS TERTIUS.

Continens

Quæstiones circa Auth. Habita. C. ne filius pro patre.

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH JC. & P. P.

QUÆSTIO PRIMA.

Quis hujus Auth. Habita author?

QUia Divi Imperatores videbant homines honoribus ac ſpe præmiorum ad ſtudia & ardua quævis magis accendi, *Plato dialog. 9. de Repub.*

Quis enim virtutem amplectitur ipſam
Præmia ſi tollas? Juvenal Satyr. 10.

Honos namq; alit artes, omnesq; accenduntur ad ſtudia gloriâ, *Cic. 1. Tuſculan.* ideò & Studioſos bonis literulis incumbentes præmiis & privilegiis decorandos eſſe duxerunt: quæ ne ignoremus, paucula quædam circa *h. Auth. Habita.* de prærogativa & privilegiis Scholarium attingam. Aliâs ad hanc materiam vide ſatis copioſè Cuppenerium, Horatium Lucium, Rebuffum, & *ad d. Auth.* Accurſ. Bart. Bald. Jaſon. Cynum, Bo-

logner.

lognet. Cuppen Rebuffum, Scipion. Gentilem & alios. Cum verò Fridericus plæraq; *in h. Auth. Habita.* constitutione humanissima, Horatius Luc. *in præfat. de privileg Studiosor. num. 3.* succincte sit complexus, ex ea potissimas quæstiones desumemus. Et quia turpissimum non agnoscere vel inquirere benefactorem; principio *hujus Auth.* paucis investigabimus, quinam *hujus Auth. Habita.* sit author? Nova Constitutio Friderici habet inscriptio *d. Auth.* Plures verò Friderici cum fuerint, inde Doctoribus crux orta, an primus, an verò secundus illam ad bonum publicum promulgarit. *Francisc. Ripa in c. 1. n. 95. de judic.* Pro secundo disputat *Rebuffus ad h. n. Auth. in pr.* &, quia Fridericus II. summus bonarum literarum fuit fautor, plures Academias instituit, eas insignibus privilegiis ornavit, ac ll. plures de fide Christiana, Ecclesiæ libertate, agricultura, literarum studiis tulit &c. *infr. titul. 1. de statut. & consuetudin.* contra libertatem Ecclesiæ, post usus Feudorum Pan. Sollenut. 4. Histor. non admodum ἀλόγως & absurdè. Urget quid & ejusdem Frider. II. Constitut. Codic. insertæ *dict. tit. 1. Sollennut. dict. lib.* At conjecturis hisce posthabitis ad Auth. ipsam, ubi respicis, & quidem ejus subscriptionem sive datum, veritas pro Friderico I. nec II. erit. Cum enim Anno Domini 1158. Mense Novembr. Roncaliæ hæc Auth. sit facta sub fin. Auth. Habita. haud dubiè is Imperator ejus erit author, qui eo Anno Roncaliæ curiam regni tenuit, conventus egit, ac plures Constitutiones ibidem fecit. At verò Historici fide digni, qui de rebus gestis Friderici I. scripsêre, testantur, Fridericum I. & non II. Anno 1158. Roncaliæ cum imperio fuisse, ac ibi Constitutiones plures fecisse, ut videre est apud Ottonem Frising. Ottonem de S. Blasio, Guntherum Poëtam in vita Friderici, & com plures alios. Et si Fridericus I. adhuc anno 1160. Radevicus *l. 3. cap. 16.* Histor. Gunther. in vita Friderici I. adhuc anno 87. *infr. tit. de pace tenend. de incend. junct. titu.* post usus Feudorum in imperio fuit, huncque insecutus demum Fridericus II. & verò Roncaliæ Anno 1158. h. Auth. promulgata sit *fin. d. Auth.* qui Fridericus II. ejus author esse potest? Superiusque pro Friderico II. allata, conje-

conjecturæ sunt, & idem de Friderico I. vel etiam majus testantur Otto Frising. Otto de S. Blasio, Günther. Radevicus & alii.

QUÆSTIO II.

An & Triviales gaudent h. Auth. privilegiis?

OMnibus, qui causâ studiorum peregrinantur, Scholaribus, inquit Fridericus Imp. At & Triviales, quos & Classicos vocamus, nomine Scholarium veniunt. Sciendum verò per Scholares intelligi bonis literis operam dantes, more Italorum, ac Hispanis, Gallis & aliis recepto, qui licet Universitates nuncupent studium, non tamen ab hoc in eo discentes appellitant, sed à schola Scholares. At hæc cum rationes subjectæ *in d. Auth.* eodem modo militent in Classicis ac in Academicis, cur idem jus, & in iis non militare dicamus, *argum. l. illud. ff. ad L. Aquil. l. adigere. ff. de jur. patron. cessante, ibiq. Tiraquell. de appellat. in 6.* maximè cùm alias Principum beneficia (in quantum scilicet beneficia) latissimè sint interpretanda. *l. beneficium 3. Constitut. Princip.* Hoc negant alii, moti potissimum, quòd Imper. Auth. ad Scholares, qui studiorum causa peregrinantur, restringat; quales non esse putant in scholis particularibus studentes. At 1. distinguere debebant inter causam finalem constitutionis, & occasionem seu impulsivam ejusdem: hac cessante, non statim cessat effectus, secus verò in illa. 2. Et cùm complures etiam è Trivialibus studiorum causa peregrinentur, illorum collectio procedit à particulari. 3. Si illa verba ita crude & secundum literam accipienda, quo colore & in patria studentes hujus Auth. privilegiis gaudere astruunt. 4. Quia Imp. videbat in Academiis peregrinos esse frequentiores, ideò ut alias *l. 4. l. 5. ff de legib.* ita & hic ad id, quod ut plurimum fit, attendit. Interim verò Triviales Academicis nunquam exæquamus, nec possumus etiam.

QUÆ-

QUÆSTIO III.

An & Clerici continentur sub hac Authentica?

QUa de vide latè *Rebuff. ad h. n. Auth. à pag.* (mihi) *624.* ut paucis rem contrahã cum *Calder. in c. si diligenti 12. de for. compet.* distinguendum, an Clericus cum consensu sui Episcopi vel capituli in Academia studeat vel minus. Sin hoc, non gaudet d. Auth. quoad privilegium fori, *c. 1. c. significasti. de for. compet.* coram suo enim Episcopo tantùm conveniendus *dict. c. 1. dict. cap. significasti.* nisi forsan privilegium vel consuetudo aliud velit, *cap. cum contingat. d. t.* alias rationes adfert *Rebuff. d. l. pag. 618.* Sin illud omninò sub h. Auth. continebuntur, etiam quoad privilegium fori, *Speculat. in tit. de reo. in pr. vers. sed quid si Scholaris. Joan. Calderin. in d. c. si diligenti.* ita ut rectè conveniantur coram Rectore, Doctore, aut Episcopo loci, ex præsumto consensu Episcopi vel Capituli sui: ut qui Episcopus consentiens, ut studium suum in hoc vel illo loco Clericus continuet, videtur etiam consentire in illa, sine quibus is actus commodè concedi non potest, hoc est, ut subsit jurisdictioni Senatus Academici. *arg. l. 2. ff. de jurisdict. l. si duo. ff. de acquir. hared. l. fideicommissa. §. si servo ff. de legat. 3.* Nec obest, quod ex n. Auth. Dominus loci, qui secularis, sit judex etiam Scholarium & moribus frequenter Rectores sint Laici, in quos tamen nemo consentire possit, *d. c. si diligenti* ne cum juramento etiam, *d. c. si diligenti.* non Episcopi vel Abbates etiam, *c. quod super. de majorit. & obed. c. inolita. cum seqq. 11. q. 1.* nam cum habeant electionem judic. h. n. Auth. conventi coram non suo, h. e. Domino loci, vel Rectore Laico, *ex d. c. si diligenti.* opponant declinatoriam fori, seque coram Episcopo conveniri petant, *n. Auth. in fin. ibiq. Dd.* ita verè in terminis *n. Auth.* quæ an mores & stylus nostrarum Academiarum, in quibus beneficium Electionis cessat, admittant, ipsus videris.

QUÆ-

QUÆSTIO IV.

An etiam vagabundi?

VAgabundos intelligo, qui otiosi nec causâ studii hinc inde divagantur, ac cauponas varias pererrant. Vaganten. Pro his disputant *Bartol. in l. 1. in pr. C. de Tyron. Johan. de Imol. & Anchoran. in proœm. Decretal.* ac pro iis decisum esse refert alibi Gemin. At indigni sunt pietate Imperatoria Studiorum enim gratia Scholaribus indulta sunt beneficia, *h. n. Authent. in pr. Horatius Lutius paßim*, & ob utilitatem publicam, *Francisc. Ripa in c. 1. n. 95. de judic. Rebuffus d. tract. pag.* (mihi) *27.* At studia cessant in hisce vagis & discolis. E. cessantibus enim causis, cessare etiam debet effectus, *l. adigere. §. quamvis. de jur. Patron. l. qd dictum. ff. de pact. d. c. cessante.* & non justior beneficii amittendi causa, quàm si id non præstetur, ob quod beneficium concessum fuit, *c. un. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. 2. F. 24.* beneficium quippe omne datur propter officium Bartol. Et miles non gaudet privilegiis, nisi cum in expeditione est, *l. penul. C. de testam. mil. l. 1. l. 3. l. fin. C. eod. Don. 6. com. 28. Gail. 2. obs. 118. n. 13.* vel servitia militaria subit, *arg. l. un. ff. de bon. poss. ex testam. milit. Conna. 9. comment. 5. n. 9.* E. nec Studiosus etiam, qui non est in studio; donandus privileg Scholar. procedit enim argumentum à milite ad Studiosos, *arg. l. 14. ibiq. Dd. c. de Advoc. divers. judic. fac. c. generaliter. ibi non divagantes 16. q. 1. c. gloria. 12. q. 2. c. cavetur 22. q. 5. l. si duas in fin. de excusat. tutor. l. 1. C. de Tyron. l. semper. §. pen. de jur. immun. l. 1. C. de collegiatis.* Hi tamen si resipiscunt, & ad frugem meliorem redeunt, iisdem non amplius destituentur, *arg. l. si quis. C. de domest in fin. lib. 12.* urgent enim jam causæ Auth.

QUÆSTIO V.

Quid de pigris & Pseudoscholasticis?

ET hæc inutilia terræ pondera, quæ in Academiis non cum libris, sed lintribus pugnant, peregrina seu aliena, nec studia adfectant; privanda nostris beneficiis. Nam & in

his deficit omnis ratio constitutionis, qua sanè cessante, & ipsa cessat, *d. c. cessante. d. c. unic. qua fuit prim. caus benef. amitt. 2. F. 24.* non enim Monachum facit habitus, sed professio, *c. porrectum de regulat.* & non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolimis benè vixisse, laudandũ, *c. gloria. 12. q. 2.* faciunt text. *in fin. q. pced.* allati. Et hoc in tantũ verum, ut tales Scholares infamia facti notari scribat. *p Beust. de jurej. pag. 379. Speckhan. q. 71. centur. 1.* Excipiunt Canon. Barbar. Alexand. ad Bartol. eum, qquidem non studet attamen aliàs honestè & decenter vivit. At dubito, an benè. vel enim & in hoc rationes, quas modo attuli, militant: & nota regula, privilegia extra personas privilegiatas non esse extendenda. *c. privilegia. distinct. 3. ac per notat. Bart. in l. 1. B. de legib. ac in l. fin. ff. de constit Princip. Cuppen. ad h. n. Auth.* Verius non intrantem quidem Collegia, attamen privatim domi studentem. Cæterum cum viva vox magis afficiat, Seneca. Professores publici diligenter erunt audiendi. *Horat. Lutium. vid. d. tract. p. 432.* (mihi) privatim enim, ubi tu autodidactus, quid pro quo arripis indiscretè, utilia & selecta tibi illi proponunt.

QUÆSTIO VI.

An & ad pugiles se extendit pietas Friderici?

VIdemus in quibusdam Academiis & pugiles recipi ac albo seu matriculæ Studiosorum inscribi & sic de facto nostris privilegiis quoque frui. Dubito an jure & ex intentione Imperatoris: Putem referre, an quis cum pugilatoria etiam studia exerceat, an verò minus, & tantùm pugil sit. Illo casu rectissimè recipiuntur *arg. l. 3. §. 3. l. 7. §. 3. ad Senatus consf. Macedon. l. non est. 5. C. de legib.* Studiosi quippe sunt. Hoc dubito. Studiorum enim gratia & publicam ob utilitatem à liberalitate Imperatoria profecta illa beneficia, *h. n. Auth. Rebuff. & Horat. Lutius passim.* at illa cessant hîc. E. *arg. d. c. cessante. d. l. adigere.* Nihilominus tamen cum & hi Studiosis inserviant acces-

accessoriè, & verò beneficium concessum in principali etiam ad accessorium sit extendendum, *Moller. 4. Semest. 21.* ac alias Principum beneficia latissimè sint interpretanda. *l. 3. ff. de constit. Princip. c. olim. de V. S. & ibi Abbas Cujac. in π. C. de sent. pass.* putem & mores, quibus pugiles inter Studiosos recipiuntur, defendi posse.

QUÆSTIO VII.

Quid si qui studeant in patria?

Hos arcent à beneficiis n. Authent. Bald. Salycet. ibid. moti, quod non peregrinentur, nec exules fiant, nec in patria injurias patiantur. At malè. Incivile quippe est, unica particula legis inspecta de tota lege velle judicare vel respõdere, *l. incivile. 24. de legit.* Jam verò Divus Fridericus principaliter non movetur peregrinatione vel exilio Scholarium, cur eis det privilegia, sed causa finalis & decisiva est in vers. dignum namque existimamus. (sunt verba enim Constitutionis) ut cum omnes bona facientes & nostram laudem & protectionem mereantur, quorum scientiâ mundus illuminatur, & ad obediendum Deo & nobis ejus ministris vita subjectorum informatur, quadam speciali dilectione eos ab omni injuria defendamus, quæ causa decisiva, cum æquè in civitatensibus ac in forensibus militet, cur idem jus & in illis non statuamus. *arg. l. illud. ff. ad L. Aquil. l. adigere. de jur. patronat.* Alias rationes vide apud Rebuff. *p. 6. 22.* Non obest, quod non peregrinantur, vel exules fiunt &c. Nam 1. illæ horum privilegiorum occasiones tantùm, nec causæ finales sunt: illis verò cessantibus, non statim cessat effectus, *Tiraq. in d. c. cessante.* 2. Sint etiam causæ veræ, non tamen iis cessantibus, cessabit statim dispositio, h. Auth. in civitatensibus. Notum enim, quod, cùm unius rei plures causæ & rationes sunt, unâ cessante, non continuò cesset actus totus. *§. affinitatis. Instit. de Nupt. l. si ventri. §. in bonis ff. de privileg. credit. l. si non. ff. de hared. instituend.* 3. Cum peregrini in Academiis sint plures, pauciores verò Civitatenses (uti vo-

cant) & hic ad id, quod ut plurimum fit more JCtorum, *l.3.l.4.l.5.ff.de legib.* Imperator attendit. 4. Et qui in patria student, sunt quodammodo exules, cum circa studium occupati res familiares non curant; inde Cicero alibi ait, eos in patria peregrinari, qui res patriæ suæ ignorant, vel non curant. Et ita sentiunt Angel. Rebuff. Horat Lutius, Cuppen. Bolognet. & complures alii.

QUÆSTIO VIII.

An & famuli & Nuncii Studiosorum sunt h: Auth. inclusi?

De nunciis hoc expeditum, h. n. Auth. in pr. de famulis & aliis, qui à Studiosorum manibus sunt, res intricatior. At cum privilegium hoc sine illis inutile esse posset, meritò & ea comprehenduntur, *c. licet. de privileg. in 6.* neque enim absque familia benè habitare possumus, *l. non alias, §. 1. ff. de judic. Felin. in c. 2. de foro compet. Bald. Cyn. Cuppen. Rebuff. Gentilis hic.* Nec sic tamen privilegia extendimus. Nam cum & famuli Studiosis inserviant, & officia necessaria præstent, ad instar nunciorum eos h. Auth. includimus: non enim legem extendit rationem legis qui sequitur, *l. 6. §. 1. ff. de V. S.* Et cum Musæum purgent, calefaciant, aquam adferant, necessaria alia expediant, quibus aliàs sæpius Studiosus à bonis literis avocetur, quomodo studiorum causa discentibus non aderunt? In hanc constitutionem ergò Magistratus oppidanus impingit faciens famulum talem capi. Idem defendendum in tabellionibus Academiarum publicis, quos hodiè Pedellos vocamus, in Scriptoribus, Compactoribus, Typographis & similibus, qui communibus studiis invigilant &c. *arg. l. un. ff. de bon. possess. ex testam. milit. l. fin. ff. de testam. milit. l. 1. l. 2. C. de Episcop. & Cler. l. 1. §. familiæ. de Publican.*

QUÆSTIO IX.

An etiam Professores?

Quis de his jure dubitet? maximè enim divinarum atque sacrarum legum Professoribus hoc nostræ pietatis benefi-

neficium indulgemus, ait Fridericus *in n. Authen.* Urget & ratio *in verbis Auth. Quorum scientia totus illuminatur mundus & ad obediendum Deo, & nobis ejus ministris* &c. illi verò nulli alii quàm in Scholis docentes. Et hoc de JCtis expeditum *h. n. Auth.* & quidem cum pluribus ad justitiam, quæ virtutum præclarissima, & velut Hesperus cœteris astris lucidior, *Arist. 5. Eth. Dom. Sot. de just. & jur. l. 3. art. 3. Bald. in c. venerabilem de Electionib. Joan. à Reberteria p. 1. Disputat. l. Medicos. C. de Profess. & Medic.* studiant, non injuria. De aliarum Facultatum Professoribus itidem non dubitandum, & propter voculam (*maximè*) quæ est inclusiva, & ob rationes *in d. Auth.* subjectas, ut sic hoc in puncto Facultatum nullum sit discrimen: interea verò existimationi cujuslibet studii nihil detrahimus, sed & sua Theologi, & sua Jurisconsulti, suaque Medici & cæteri habeant reservata.

QUÆSTIO X.

Qui indigni nostris privilegiis.

INdigni sunt, qui nihil proficiunt in bonis literis, cessat quippe in his causa *Auth. finalis. vid. glos. in l. unicuique C. de proxim. sacror. scrin. per c. gloria 12. q. 2.* Proximi, qui in fraudem Scholarum accedunt, *glos. in c. 2. in ver. sedem. in fin de privileg. in 6.* de quib. *Horat. Lut. d. l.* qui jactabundi & gloriæ inanis cupidi, contra quos *glos. in l. cum ea. C. de transact.* qui inobedientes & refractarii, *c. ex literis. de Constitut.* qui inhonestè contra decus & honorem studii versantur, *l. per id tempus. C. de Decur.* Sequuntur, qui, ut ait glos. visitant Ecclesias, ut videant Dominas, *in c odi. 24. q. 1.* contra quos Alexand. *in l. 1. C. de Tyronib.* qui indulgent gulæ, & quorum vox bovis an hominis sit difficulter discernitur, quibus de in Orat. de Pseudoscholast. elegant. Clariss. Dn. M. Wolfg. Heiderus, præceptor meus colendus, qui ludis dediti. Item meretriculæ, pro quibus tamen disputat, alibi Bald. quasi sc. juvenes non vivant castè, *in l. edium. Locat.* ut & Damhouder, cui alibi satisfactum. Illas quippe vitæ vilitas dignas legum observa-

tione non credidit, *l. quæ adulterium in fin C. ad l. Jul. de adult. vid. Rebuff. d. tract. pag. 91. Castrens. in l. nullus. C. de sum. Trinit. Horatius Lutius in cap. fin à n. 3.* Aliena itidem est hæc constitutio nostra à leguleis & formulariis, quos Tullius ait circa stillicidiorum & parietum jura libellos conficere, vulgò rabulæ forenses. Nam

Quis ferre posset scævolarum simios
Cordatus author? hos forenseis cerberos;
Locutuleios furfures; pecuniam
Tantum peritos simplici plebeculæ
Crumeni-mulgis eliquare fabricis:
Qui litium strophas inextricabiles
Fingunt, refingunt, & reus clientulis
Semper cavillant: nam cavere nesciunt.

DISCURSUS
TRIGESIMUS QUARTUS

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH
JC. & P.P.

D. Auth. Ad Habita.

QUÆSTIO PRIMA.
Quæ igitur sunt privilegia?

HÆc multa & varia, ut videre est apud Dd. passim. Illorum 180. refert Rebuffus. 100. Horatius Lutius. *Auth. Habita.* quod attinet illa circa tria potissimum Studiosis prospexit. 1. Ne alii injuriam Scholaribus inferre præsumant. 2. Ne ipsi eorumve res ob alterius cujusq; Provinciæ delictum sive debi-

debitum aliquo damno adficiantur. Et 3. ut coram suo Magistratu conveniantur. Circa primum, inquit Fridericus, ut ad loca, in quibus literarum exercentur studia, tàm ipsi, quàm eorum nuncii veniant, & in eis habitent securè.

Ex his varia singularia pullulant. 1. Fabrum malleo obstrepentem juxta domus Scholarium vel Scholas Studiosus expellere potest, *text. in l. un. in fin. C. de stud. liberal. l. 11. Specul. in tit. de feriis.* § *sequitur. n. 4. Cæpoll. de servit. urban. præd. c. 43. num. 3. latè Horat. Lutius privileg. 46.* 2. Sartores, sutores, ne nimium manè sint vocales, prohibere possumus *arg. d. l. un. in fin.* 3. Non potest quis juxta Scholas ædificare, ita quod luminibus earum officiatur, *Br. Cæpoll. de servit. urb. præd. c. 39.* de solo *fall. 10.* licet de jure communi secus. *l. altius 8. C. de servit. Dd. vulgo.* 4. Habens locum Scholis aptum, eum vendere cogitur, *Johan. de Plat. in l. un. C. de stud. liber. Cæpoll. de servitut. urban. c. 82. circ. princ.* 5. Scholares è scholis non adducendi, *arg. eorum quæ habet Horat. Lutius in privil. 2.* 6. Scholam seu Collegium offendens committit sacrilegium, *Jacob de Arena in l. 1. num. 9. solut matrimon. Bald. in n. Auth. n. 13.* 7. Scholares gaudent privilegiis Ecclesiarum & Clericorum, *Bald. in l. 1. colum. 4. solut. matrim. Horat. Lut. privil. 2.* 8. Absens studiorum causa, habetur pro præsente in commodis, *l. quæsitum. legat. 3. l Seja.* §. *Pamphila. ff. de fund. instruct.* 9. Non tenetur in Ecclesiis suis recidere, *c. relatum. & c. tua. de cler. non residen. Lutius privil. 97.* 10. Per substitutum dicit horas, *Joh. Andr. in c. 1. de celebrat. miss.* licet hoc non sit absque contradictore, *Lutius privileg. 100. & fin.* 11. Coguntur cives Studiosis domos locare, *Alexandr. & Jason. in l. 1. ff. solut. matr. contra l. licitatio.* §. *1. ff. de publican.* si aliàs non inveniant musæa commoda, *Rebuff. pag. 32.* 12. Habens equum, quem consuevit locare, cogitur Studioso eum sub consueta mercede concedere, *Jac. Rebuff. in l. cursum. C. de cursu publ.* excipe ignotum, *Rebuff. pag. 34.* & non invenientem fidejussores, *Rebuff. d. l.* 13. Pro Musæo pensio solvitur, prout conventum, secundum dispositionem, *l contractus. ff. de R. J.* 14. Quæ remittitur pro rata, ubi quis ante locationem finitam recedere

cedere cogitur, *l. pen. ff. de migrando* 15. Dominus indigens domo, non potest expellere Scholares, *Bologn. in n. Auth.* turpius enim ejicitur, quàm non admittitur hospes, Ovid. *c. quemadmodum. de jurejur. vid. Rebuff. privil. 8.* 16. In locando præfertur Scholaris aliis, si æquam pensionem offert, *l. fin. C. de locat. prædior. civil. contra. l. nemo. C. Locati.* 17. Ut & bidellis, ut qui sunt causa Scholarium, *arg. Auth. multò magis. C. de Episc. & Cler.* 18. Facultatum Studiosus inferiorum, *c. Clerici de judic. Rebuff. pag. 28.* 19. Scholaris ob pestem, vel aliam justam causam discedens, pensionem solvit pro rata temporis, *l. habitatores §. fin. ff. Locat. Rebuff. privil. 11. p. 53.* 20. Idem est, si ob spectra: quæ tamen absque limitatione non sunt, *Rebuff. in pag.* (mihi) *53.* 21. Scholaris recedens alium substituit *l. nemo. Locati.* non item hospes absque inhabitantium consensu, *Alber. in l. 2. ff. ad l. Rhod. de jactur.* 22. Pro hospitiis nullum agnoscunt onus, & si quid præstant, computatur in pensionem domus, *l. adiles. ff. de via publ.* 23. Eorum suppellex libraria non obligatur tacitè pro pensione, *per l. nepos ff. de V. S. l. 4. §. 7. ff. de pignor. Jason. in §. item Serviana. Instit. de action.* quo de latius alibi. 24. Quasi Scholaris inducens meretriculas in domum conductam, non possit expelli ex privilegio singulari, opinatur *Bald. in l. adem. C. Locati. cum Dd. in l. non aliter ff. de usu & habitat.* at malè, ut latè deducit *Rebuffus privil. 20. sub. num. 4.* maximè à *pag. 92.* 25. Sic non probo. Bald. & Bologn. hic, admittentes contubernalem invito altero in cameram suam meretricem ducere posse. Non enim valet privilegium adversus ea, quæ sunt juris divini prohibitivi, *Fachin. 1. contr. 1.* & lex moralis, dicens: *Non Mæchaberis,* æterna justitiæ divinæ ratio est. Theologi passim. vid. eleg. *Rebuff. in privil. 21.* & si quæ sunt alia, quæ vide apud *Rebuff. & Horat. Lutium d. l.*

QUÆSTIO II.

Verba Auth. & in eis habitent securè, an privilegii sint, controvertitur?

Id aliis

ID aliis ridiculum, quia domus tutissimum cuiq; refugium atque receptaculum sit, *l. plerique 18. ff. de in jus vocand.* Privilegium vero vel beneficium non est, nisi ubi quid novi & contra jus conceditur, *l. un. C. de thesaur. l. si quando. ff. legat. 1.* in privatos confertur, non in omnes, *l. 1. in fin. ff. ad municip. l. si quando. C. de inoff. testam. gl in c. de constitut.* At privilegium insigne est, Studiosi quod securè habitare possunt, & ne superiora obstent, *Cuppen. in n. Auth.* dicta verba de gabellis accipit, quasi sensus illorum sit, Studiosos pro libris & suppellectile reliqua gabellam solvere non debere. Alii respondent, quod licet hoc ita obtineat de jure communi; tamen in Studiosis cum peculiari nota dignũ fuerit, id specialiter fuisse exprimendum, *argum. l. item. ap. §. hoc. edictum. ff. de injur.* Paulò altius res omnis ex juris Romani historia repetenda. Olim in Italia, maximè verò Romæ in Academiis non licuit Studiosis absque rescripto principali vivere, nec vicissim studio consummato absque eodem ab iis recedere, *Cassiod. l. 1. & l. 4. variar. histor.* & cum sæpius magna mala à peregrinis darentur civibus, invitis & insciis Magistratib. loci, in quo erant Academiæ peregrini, non recipiebantur, vid. *Bodin. 1. de Repub. c. 6.* Absque quibus omnibus, cum hodie Studiosi Universitates accedant, & vicissim ab iis recedant liberrimè *ex h. Auth.* liquet, sanè verba illa insigne privilegium continere. Et sic etiam non stringit diss. argumentum.

QUÆSTIO III.

An libri Studiosi pro pensione hypothecari possunt?

ID negatur vulgò *Angel. Jason. in §. item Serviana. Instit. de action. Rebuff. privil. 19. Horatius Lutius & Dd. comm.* An verè dubito ita ergo. Regulæ standum, donec constet de exceptione, *l. 1. ibiq; Philip. Mattha de Regul. Jur. Andr. Kobl. exercit. legat. 1.* At verò regula est, invecta illata tacitè pro pensione domino domus esse obligata *l. 3. & tot. tit. ff. & C. in quib. caus. pign.*

tacit. contrah. l. item quia. in pr. ff. de pact. l. certi juris. C. Locat. E. At verò ab hac non docetur exemta ſuppellex libraria Studioſorum. E. & illa tacitè domino Muſæi erit pro penſione obligata. Verum pro exceptione quoad libros Studioſorum, Bar. Angel. Jaſon & Dd. comm. adducunt. *l. 6. l. 7 ff. de pignor.* ita argumentando. Nunquam obligantur tacitè, quę non eſt veriſimile, quemquam ſpecialiter fuiſſe obligaturum & ſine quibus aliquis non poteſt, nec commodè nec honeſtè vivere *l. 1. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. d. l. 6. & 7. ff. de pignor. Rebuff. d. privileg. 19.* Atqui non eſt veriſimile Studioſum ſpecialiter libros obligaturum, cum honeſtè abſque iis vivere non poſſit. E. Neſcio an ſatis ſolidè. Et certè eorum intentioni *l. 6. l. 7. de pignor. & d. l. 1. C. quæ res pignor.* non ſatisfacit. Tantum enim probant, ſi quis habeat plures res, easq; generaliter oppignoret, ꝙ non ea contineantur, quæ veriſimile ſit, quemquam ſpecialiter obligaturum non fuiſſe, ut ſuppellex, item veſtimenta, relinquenda debitori, *d. l. 6.* Nihil ultra & hactenus nihil contra me. Hoc enim & ipſius largâ largior manu, quod ſi ſtudioſus plures res præter libros in ſuum Muſæum inferat, quibus ſatis de penſione domino ędium ſit ꝓſpectum ſub generali hypotheca, non venire libros, *arg. d. l. 6. & d. l. 7. & d. l. 1.* ſit ratio. Si ſub generali expreſſa conventione non veniunt ea, quæ quis propter ſingularem affectionem, vel quotidianum uſum non eſt facilè obligaturus. E. nec etiam ſub tacita generali major enim vis expreſſi quàm taciti *Dd. vulgò.* At prius. *d. l. 1. C. quæ res pignori d. l. 6. & 7.* E. At hîc non ſubſiſto, ſed ulterius quæro, quod ſi libros ſolos (ut eſt ſtylus) inferat in ſuum Muſæum, an non tacitè illi ſint oppignorati? Et hoc dico: ob regulam, qua invecta & illata in prædium urbanum tacitè ſunt oppignorata *d. l. 3. ff. in quib. cauſ. pign. tac. contrah.* à qua nullibi video Studioſorum libros excipi. Et ſi jure communi ſuppellex, & alia uſui quotidiano deſtinata non veniunt ſub hypotheca generali, *d. l. 6 d. l. 1.* cur hoc in libraria Studioſorum, ut privilegium ſingulare notant *Dd. Rebuff. Horat. Lut. Angel. Jaſ. Alberic. d. l.* Mihi enim privilegium non eſt, niſi ubi quid novi & contra jus, publicam ob utilitatem autoritate

tate constituentium in privatos confertur, *l. jus singulare. ff. de legib. l. jura. ff. eod. l. 1. in fin. ad municip. l. si quando. ubi gl. in pr. C. de inoff. testam. Bartol. in l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. de damno infect.* Nec relevat, si dixeris, vestimenta Studiosorum, ut libri sint salvi, tacitè esse oppignorata. Nam & hæc excipit JC. *in d. l. 6.* à generali hypotheca: nec enim sine hisce honestè & commodè hac in imperfectione vivimus *d. l. 6.* Et quid si Studiosus unam tantum habeat vestem, ut sæpius forsan fit: quid si duas, quarum neutra tamen pro pensione sufficiat? Hic sanè dominus jure inhærebit libris. Nec impedit, si dixeris, Studiosum sine libris commodè esse non posse, & ideo eos non posse obligari, quod enim miles sine armis, hoc Studiosus sine libris ℞. Nam 1. id quod est in quæstione, pro probato assumitur: probandum enim, quod ea, sine quib. quis commodè esse non potest, & quibus quotidiè opus habet, tacitè non oppignorentur. 2. Nec in totum verum, Studiosum sine libris esse non posse: audiat lectiones publicas, frequentet Disputationes &c. cum aliis conferat, & certè in studio non erit totus frustra. 3. Et Studiosi ut plurimū cum plures habeant libros; quid si paucos & necessarios eis relinquamus, cæteros verò dicamus esse obligatos. 4. Nec Logicè etiam colligis, Studiosi sine libris esse honestè non possunt. E. non tacitè oppignorantur. Nam licet dicamus, eos esse tacitè pro pensione oppignoratos, *d. l. 3.* nihilominus tamen librorum usum liberum ei relinquimus, ut sic omnino non sit sine libris. Urgebis, ubi non soluta fuerit pensio in libros executionem esse faciendam, & sic Studiosos fore sine libris contra honestatem Dixerim, libri an veniant in executionem, alterius disquisitionis esse posse. Hypothecantur libri tacitè, donec satisfiat; ubi si omnis cesset solutio & pignoris liberatio, ad librorum distractionem devenitur absque omni injuria, nec enim hæc fit volenti, *Arist. passim. junct. l. 4. ff. de pact.* & jure suo qui utitur, eam nemini facit, *l. qui jure de R. J.* Non obest *l. 7. C. quib. mod. pig. contrah.* ℞. nam de executione quod scilicet instrumenta rustica non in eam veniant, loquitur tantum, non etiam de hypotheca, quæ

de jam nos principaliter. Si instas sic nec libros venire in executionem, *arg. d. l. 7.* Respond. subesse rationem diversitatis: utilitatis enim publicæ causa ne ager maneat incultus, hoc in instrumentis rusticis receptum: Studiosi verò licet non habeant libros audiendo, conferendo, scribendo, cogitando &c. in bonis literulis benè progredi possunt ex dictis.

QUÆSTIO IV.

Quæ sunt privilegia Studiosorum quoad res?

Circa secundum ita Imperator: Hac igitur generali & in perpetuum valitura lege decernimus, ut nullus de cætero tàm audax inveniatur, qui aliquam Scholaribus injuriam inferre præsumat, nec ob alterius cujuscunque provinciæ delictum sive debitum aliquod damnum eis inferat &c. & in pr. ut ad loca in quibus &c. tàm ipsi, quàm eorum nuncii securè veniant.

Hinc vicissim varia privilegia res Studiosorum potissimum concernentia, & consequenter etiam eorum personam. 1. Studiosi. E. immunes sunt à censu & exactionibus quibuscunque, *Rebuff. text. in l. Medicos C. de Profess. & Med.* intellige impositis personis non etiam rebus, *l. 2. C. de ann. & tribut. l. 10.* 2. Non solvunt vectigal, portorium, sive uti vocant, pedagium & gabellam, *h. n. Auth. in verb. Securè ibiq. gl. Jacob. Butrig. Andr. de Isernia, Albericus,* modò invecta apud Publicanum profiteantur; aliàs enim pœna commissi est, *l. fin. §. quoties. §. divus. ubi Paul. de Castro. ff. de Publican.* Inde sustinetur mos exterarum nationum, quo scrinia vel arcas aperiunt, & fisco ne fraus fiat, diligenter inquirunt, *Bald. volum. 2. cons. 245.* ubi si illicitè quid inveniant, fisco omnia vindicant, *l. cotem. § Dominus ff. Publican.* Æquior Baldus, illicita tantum concedens, *l. cum personas. C. de naut. fœnor.* Hisce omninò non opus, ubi constat, quod res sint Studiosorum. *arg. c. cum qui certus. de R. J. in 6.* Perversa ergo consuetudo quarundam regionum est, qua

qua patriam repetentes, non nisi certis cum nummis dimittimur: Accessum si concedunt, cur non etiam recessum, *arg. l. fin. ff. de sepulch. violat. l. 4. ff. de vacat. & excus. mun.* 3. Publicanorum, si quid à nobis extorquent, præter dati restitutionem, pœna quadrupli est, *n. Auth. ibiq. Salycet.* 4. Excusantur à muneribus personalibus, *l. 1. l. 2. C. de æquitate* tam in patria, quàm extra patriam *d. l. 1.* Quousque verò hæc procedant, quæstiones dubiæ est? Alii dicunt, tantum ad 25 annum usque *d. l. 1. Cod. qui ætat.* & inde privilegia hæc potius ætati quàm studiis data esse volunt. Malè: Competent enim sic etiam non Studioso, si modò sit minor, & Auth. n. satis clara. Sola *l. 1. C. qui ætat.* difficilis est, at res expedita, si in casu dubio, ubi sc. nondum constat. quos sint facturi progressus, eam exaudiveris. 5. Legatum incertum studii causa valet, *Alexandr. in l. ita stipulatus n. 28. de V. O. ibiq. Jason. n. 13. Horat. Lut. privil. 61. 6.* Testari possunt filiifam. Scholares, *post Rebuff. Horat. Lutius privileg. 59.* 7. Quomodo volunt, & quomodo possunt, *Horat. Lutius privileg. 60.* 8. Adversus usucapionem restituuntur absentes studiorum causa, *gl. in l. fin. ff. de in integr. restitut.* 9. Si emunt libros defectuosos, habent redhibitoriam vel quanto minoris adversus Bibliopolas, *Chalder. in repetit. l. 2. coll. 39. C. de rescind. vendit.* cum aliàs deceptio modica sit licita, *c. delicti. de emt. l. in causa. ff. de minorib.* 10. Non possunt pro repressaliis capi, *h. n. Auth. Bart. in tract. de repress. c. 7. & Dd. omnes, Rebuff. pirvil. 150.* 11. Per repressalias verò intelligimus & pignorationes, clarigationes, arresta, tum quaslibet manuum injectiones, impedimentavè, quibus ob alterius delictum quis potest detineri, licet non sit ignorandum illarum longissimum esse discrimen. Clarigatio apud Romanos fiebat, quando populus Roman. ante bellum res raptas repetebat, quæ publica est; erat & privata, cum extraneum propriâ autoritate privatus pro debito vel injuria capiebat, vide *Plinium L. 22. c. 1. & Lib. 8.* Pignorationes fiunt ob jurisdictiorem contentiosam, manus injectio causas certas non habet. His similis Androlepsia, qua interfecti cognatis potestas erat repetere homicidam à civitate, ad quam aufugisset

gisset, quem si non concedebat civitas, ab ea duos vel tres (non plures) per hanc Androlepsiam cognati capiebant, donec homicida daretur. *Poll. & Demosth. in orat. contra Aristocrat.* 12. Typographi & Bibliopolæ Academiarum jurati non possunt detineri in nundinis ob alterius delictum vel debitum. *Rebuff. privil. 150.* Non parentes visitantes filios studiosos, *Rebuff. dict. l.*

QUÆSTIO V.

De competentia fori Studiosorum?

Circa tertium Imperator. Veruntamen si litem eis quispiam super aliquo negotio movere voluerit, hujus rei optione data Scholarib. eos coram Domino vel Magistro suo, vel ipsius civitatis Episcopo, quibus hanc jurisdictionem dedimus, conveniat, qui verò ad alium judicem eos trahere tentaverit, etiamsi causa justissima fuerit, à tali conamine cadat, verba Auth. sunt. Hinc ratione fori Studiosi sunt privilegiati. 1. Quod coram suis judicibus, h. e. potestate, Doctore vel Episcopo sunt conveniendi, *h. n. Auth. in fin. vid. Rebuffum privileg. 152. Horat. Lut. privil. 64.* qui ibidem, quis sit Dominus, qui Magister, explicant. 2. Eligit ex his, quem velit, *d. Auth.* cũ aliàs hoc penes actorem sit, *l. cum Clericus. C. de Episc. & Cler.* cujus privilegii ampliationes & limitationes habet *Horat. Lut. privil. 65.* 3. Inde Scholares unum ex his ordinariis recusare possunt, & alium eligere, *h. n. Authent contra l. apertissimi. C. de judic.* an moribus nostris obtineat, ipsius videris. Rector enim solus hodie competens est. 4. Præventio illorum trium judicum non procedit in Studiosis, sed cognitio ab uno in alium transfertur, *h. n. Auth.* 5. Scholares recusantes non jurant de calumnia, *arg. n. Authent.* 6. Citati à non suo non tenentur allegare privilegium suum, *gl. singul. in c. super literis de rescript.* quod aliàs secus, *l. 2. si quis in jus voc. non ierit vid. latius Pet. Rebuff. privil. 154.* 7. Ter citandi sunt, antequam priventur matricula, *gl. in clem. 1. in verb. Tertiò. de vit. & honest.* cùm aliàs una citatio pro tribus sufficiat, *l. tres denuno. C. quomod. & quand. judex.*

judex. 8. Filius agere poteſt contra patrem, *Caſtrenſ. in l. ſed Iulianus. §. quanquam. n. 3. ff. ad SC. Macedon. l. de bonis. §. non ſolum. ff. de Carbon. edict.* 9. Inde filius compellere poteſt patrem, ut ſibi ſubminiſtret ſumptus in ſtudia, *Luc. de Penna in l. un. C. de pericul. ſucceſſ. & in l. 1. C. qui ætat. Bolognet. in n. Auth. vide latiſſ. Horat. Lutium privil. 16.* 10. Appellat Studioſus à quolibet onere, *Bald. n. 14. Cyn. n. 13. in n. Auth.* 11. Statim ad Imperatorem omiſſo medio *h. n. Auth. Socin. in tr. fallent. regul. 39.* 12 A ſententia lata in favorem Studioſi non appellatur, *Decius in l. fin. C. de edend. n. 19. Horat. Lut. privil. 73.* 13. Conveniens Scholares coram alio quàm ſuo cadit, cauſam licet juſtiſſimam etiam foveat, *text. in Auth.* 14. Studioſus poteſt coram Rectore actorem civem reconvenire, ſi ad quid ſibi obligatus, *Panorm. in c. 1. de mut. petit.* contra quicquid velint *Salicet. Iacob. de Arena, Cynus, Bald.* infirmis admodum rationibus. Nec enim ſequitur, actor *ex h. Auth.* cogitur Studioſum coram Rectore convenire. Ergo non habet locum reconventio: nam actor ſemper cum forum rei ſequi teneatur. *l. C. de edend.* tolletur omnis reconventio. *Auth. C. de ſent. & interlocut.* Aliquæ Academiæ etiam ad ſuum forum Reum trahunt, quod admodum ſingulare ita eſt in Laudenſi, in Patavia, *Donell. 17. comm. 20.* 16. In ambiguo pro Scholari reſpondendum, *Franciſ. Ripa in l. 1. n. 129. in fin. ff. ſolut. matrim. Alexand. in l. un. §. fin. nu. 2. C. de ſtud. liberal.* 17. Indiſtinctè Scholares coram Rectore conveniendi ſunt, ſive in loco Academiæ, ſive alibi contraxerint, *h. n. Auth. in fin. Cyn. in l. 2. C. de jurisd. omnium jud. q. 2.* Et quoad locum Univerſitatis hoc inter Dd. expeditum. Tantum ſi extra Academiam debitum contractum, an & tunc coram Rectore conveniendus ſit, dubium eſt? Hoc negat *Baldus in dict. Authent. nu. 44. Salicet. num. 27. Pacius hic cap. 9. nu. 14.* Placet *Donell. 17. comm. 20.* nec enim beneficium eſt, ut quis in loco contractus conveniatur: hoc enim juris communis eſt. Ne ergo Imper. fruſtra ſit circa forum, dicendum indiſtinctè Studioſum coram Rectore conveniendum, ubicunque etiam contraxerit: aliàs enim conſtitutio hæc admo-

admodum sterilis erit. Et hæc instantia Scholaribus, cum propter studia & personam ipsorum sit concessa, cur eam ex contractu æstimamus. 18. Scholares mitius puniendi sunt. *Raph. Fulgosius cons. 123. Iason. in l. cum quid ff. si cert. petat. text. in l. ad bestias. ff. de pœn.* si modò sit excellenter doctus *d. l. ad bestias l. sed & reprobari. ff. de excusat. tutor.* 19. Inde si damnetur Studiosus ad mortem naturalem: Princeps consultus propter singularem ejus eruditionem, ei gratiam facere debet: *ob d. l. ad bestias. d. l. sed &.* Et ita se aliquando obtinuisse, ait *Oldendorp. in tract. de jure singul. Rubr. de privileg. quæ bonarum literarum Professoribus &c.* Et opifici excellenti in arte quadam cum gratia fieri soleat, *dict. l. ad bestias.* Cur non etiam literato, qui utilitati publicæ præesse potest. 20. His privilegiis & deletos è matricula gaudere volunt, donec alteri sint inscripti, *per l. un. ff. de bon. possess. ex testam. milit.* de aliis vide *Paucium in h. n. Authent. Salicet. ibid. Donell. 17. comm. 20. Oldendorp. d. l. Rebuffum, Horatium Lutium passim & alios ab illis allegatos.*

QUÆSTIO VI.

An Inscriptio Studiosorum probanda?

ID asserunt *Dd. commun. Bart. in fin. ff. de testam. milit. Salicet. in l. 1. C. de Advoc. divers. judic. Parisien. cons. 159. n. 16. volum. 4.* Quæ sententia dubia sive potius falsa visa est Horat. Lutio *c. fin. n. 20.* Ante omnia verò hîc videndum, quo in cardo quæstionis versetur non verò in hoc an inscriptio hæc utilis & ferè necessaria sit? hoc enim & Horat. Lut. ipsus fatetur *d. n. 20.* sed hoc, an Inscriptio hæc in jure nostro civili fundata? Et hoc affirmo; ut enim miles ex eo tempore incipit habere privilegia militum, ex quo in numeros relatus est, non ante, *l. ex eo 42. ff. de testam. milit.* ita mihi Studiosus erit civis & membrum Academiæ si inscriptus sit, & non ante *argum. d. l. 42.* procedit enim argumentum à milite ad Studiosos, *argum. l. 14. C. de Advoc. divers. Iud. Everhard. in Topicis à milite* Respondet Hora-

Horatius Luttius *d.n.20.* milites necessariò in numeros referri ne fraus fiat&non milites stipendia recipiant,vel Duces Dominos suos defraudent. Quomodo an satis faciat *l. opposita*,dubito. Nam & Studiosorum cum sint insignia privilegia *h.n.Auth.* ea non cuivis volenti nondum tamen recepto vel inscripto erunt tribuenda:nec enim margaritæ suum sunt esse,*Tholos.Lib.18.c.9.n.9.de Republ.*Et quæ fraus erit circa vectigalia, gabellas, portoria judicia non adhibita matricula. Quomodo adhuc inscriptio in jure nostro erit fundata,ex ll. enim est, non tàm quod ex verbis quàm quod ex sententia illarum est,*l.6.§.1.ff.de V.S. ibiq; Gœdd.* In locis ergò,quibus ita legibus Academicis cautum est, qui nōdum in numeris sunt, milites dici nequeunt *l.1.in fin.d.l.42.ff.de testam.milit.l.scriniarios.ubi Decius n.15.C. eod.* & ideo nondum inscripti privilegiis Academiæ non gaudebunt,*arg. d.l.42.* non enim ei subvenit lex,in eam qui commisit,aut eam sprevit,*l.auxilium.34. ff.de minorib.*Quæ verissima,ex contumacia & contemtu,matricula si negligatur.Aliud dicendum,ubi qui inscriptionem non dolo malo contemserit,ut si quia recens in Academiam venerit,diligenter studuerit,non petierit inscriptionem , vel non in longum tempus petere distulerit , *Alexand. in l.si quis inde ff.de jurisdict.Bart.in l.1.§.sed nec Castrense ff. de collat. bonor.* de proximo enim scribendus habetur pro inscripto , Consule Sotum *l.4.de just.& jur.q.6.in fin.*

QUÆSTIO VII.

Quis est Senatus Academici Judex competens?

Quoad alia æquè Senatus Academicus privilegiatus, ac Scholares ipsi *h. n. Auth.ex dictis.* Quomodo ergo res Scholarium,ut&Scholares ipsi sunt immunes à vectigalibus, munerib.personalib'oppignorationib.repressaliis,ita&eadē privilegia Senatus Acad.&illius res concessa habēt.*h.n. Auth. ibiq; Bald.Cyn.Salic.Cuppen,*De Judice etiam satis Scholaribus

prospectum *in Auth.* is verò cum hodiè ut Senatus Academicus, & verò hic in sua causa non possit esse Iudex *l.10. ff. de jurisd.t.c.* ut nemo in sua causa, quæstionis est, coram quo sit conveniendus? Quæritur verò non de Professore uno, hic enim sortitur forum apud Magnificum: sed de corpore toto seu senatu ipso, ubi distinguendum, an lis concernat statum & privilegia Universitatis, an verò tantum Senatum vel res ipsius. Priori casu Imperator est competens, *arg. n. Auth.ibiq. Bald.& Salicet.* de privilegiis enim Imperator cognoscit, *c.cum venissent.extr.de judiciis* ut, de Statutis statuentes, *c.ex parte distinct.3.* jus enim qui constituit, & id interpretatur *l.fin.C.de legib.c.inter alia. de sentent. excomm.* Posteriori alius est medius, alius supremus. Is est Patronus seu fundator Academiæ. c. monasterium. *c.filiis 16.q.7.& c.Abbatum.18. q. 2. Andr.Barbat.volum.3.consf.69. n.1.* Quomodo Dominus loci, erit Senatus Academici Iudex regulariter. Fundator verò utrum ipse, an verò per consilium jus dicat, parum interest Sūmus est Imperator, ad quem omisso medio, statim appellari volunt, *Bald.Salic.in n.auth.Tholosan.q.169.* Aliàs si de rebus sit controversia, docent actionem rem sequi, *l.ün. C. ubi in rem actio.vid.Rebuff.privileg.164.*

QUÆSTIO VIII.

An Studiosus coram suo Judice conventus sæpius variare potest?

ACcursius hoc indistinctè largitur, donec lis fuerit contestata. Quo admisso Studiosus firmiter nunquam convenietur, & penes eum erit judicium suscipere vel non. Verum judicium in invitum etiam cum reddatur. *l. inter stipulantem ff.de V.O.* malè scil. conventus Scholaris habet beneficium electionis. Unum ergò eligit coram quo respondeat Semel verò electus, evitari deinceps non potest, *arg. l.2. §. Scævola, de eo quod certo loco.* unum quippe eligendo, videtur alterum reprobare, *Auth. offeratur C. de litis contest. l. apud ff. de adopt.legat. Pacius in n. Auth. c. 10. n. 3. Scipio Gentil. de jurisdict.*

jurisdict. c. 17. Idem in Rectore de moribus, non admittunt Dd. commun. propter jusjurandum, quo Studiosi ei obstricti. At hoc non tollit, nobis quæ de jure communi concessa. Et non tàm Rectori, quàm universitati præstatur, quin nec ubivis exigitur, nihilominus non facilè illo spreto, eligitur jam alius, *Coler. ad c. olim. n. 19. extr. de exceptionib.* nisi suspectus *l. apertissimi C. de judiciis.* Hodiè etiam non clericus Rector esse potest: Bart. Nec impedit, quòd clerici nō nisi coram Episcopo, *cap. 1. c. significasti. c. 12. de foro compet.* conveniri queant. Nam & Magistratus Academici eis non absimilis, *vid. clem. 1. extr. de Magist.* Præfectus tamen aut Rector locorum seu Quæstor Iudex Studiosorum non est: nec enim præter tres nominatos in Auth. sub gravi pœna sunt ad alium vocandi Studiosi, *d. Auth.* inter illos verò non est Quæstor vel loci Rector. De facto tamen ad alium quàm suum Iudicem, si quis Studiosum vocet, cadit à conamine, licet causa justissima sit, *h. n. Auth.* Hoc est ad incompetentem Iudicem Scholarem citans non tantum perdit instantiam, sed etiam omne creditum, omne jus quod contra eum habebat, (cadere enim actionem amittere est, *l. extat. ff. quod metus causa*) Nec obest, quod hoc obtinet communiter, *l. 5. C. de jurisdict.* ut sic, ut singulare in Studioso non fuerit annotandum. Nam in Auth. nost. etiam punitur affectus tantum *in d. l. 5.* verò demum si sequatur effectus, & hic cadit ipso jure à conamine secus verò *in d. l. 5.* ibi enim semper sententiâ aliquâ opus, non verò etiam hic *in nost. Constitut.* Inde Actor postmodum Studiosum ob eandem rem coram Rectore convenire nequit: nec enim ei reliqua est actio. Cecidit enim illa *h. n. Auth.* sine actione vero nemo agit. Et illa in tantum vera; ut licet desistat. Actor actionem persequi coram incompetente, nihilominus tamen privetur causa: Ut enim tentavit Scholarem vocare delictum est consummatum: quoad hoc vero pœnitentia parum prodest, *l. qui ea. ff. de furtis* hæc enim inconsummata tantùm tollit, *l. qui falsam C. ad L. Cornel. de fals.* non consummata etiam. In foro quidē poli pœnitētia expiat omnia, at non item in foro fori aliter scil. Paulus, aliter iti-

dem Papinianus quandoq; loquitur. In edicto Prætoris de vocando in jus, cum pœna non præstituta sit & pro injuria libertus remittat actionem suam *l.11.ff.de in jus vocand.* his non obstabit, quæ & ipsa exceptionem dat, si Studiosus sciens & volens in incompetentem consentiat.

QUÆSTIO IX.

Quo tempore nostra inclusa studia?

HUjus quæstionis usus insignis; pono enim, pater in suo elogio vult, ut filio ex hæreditate communi ad studia sumptus subministrentur absq; definitione temporis, quæritur, ad quot annos hæredes teneantur? Tempus studii hodiè certum & definitum non est. Alii quinquenniô id definiunt, *l.omnem.§.sed quia.ubi glos.verb.quinti anni in Proœm.π.* & inde forsan ad 25. annum tantum immunitas à muneribus data Scholaribus, *in l. 1. C. de his qui ætat.* Alii propter multitudinem librorum septennio, *c.cum ex eo.de Elect.in 6.Abbas volum. 1.cons.88.in fin.* alii decennio, *Cagnol.in Proœm.π. n.226.* Potius est, ut tempus studii extendamus usq; ad vocationem publicam, aut Judicis arbitrio etiam hoc committamus. *Wesenb. cons.80.n.14.* Et sanè res hæc definitionem certam non admittit; cum ob librorum incrementum, tum ob naturam, ingeniorum, institutionum diversitatem, ut certum quid hîc determinare, sit naturæ legem præscribere. Absurdè. Inde alii serius, alii citius pro naturæ bonitate vel defectu ad aliqualem perveniunt eruditionem, *Jason. in l. quidam cum in fin.ff.de V.O.* tradit profunditates juris vix 40. assequi annorum spatio. Contrà Corasius vix annum. *21.* natus miscellanea sua eruditissimè defendit Patavii, si verus Typographus. Et ita tenet etiam universalis Scholarum consuetudo, quæ legi derogat. *l.de quib.ff.de ll.Wesenb.d.l.n.12.* ubi satisfacit etiam *d. l. omnem* Aberrant qui post 25. annum sera nostra esse studia narrant, *Specul.in tit.de reo n. 9. Alex. & Dd.vulgò in d. l. 1. C. de his qui ætate* Nulla enim est ætas ad discendum sera, *l. apud Julianum ff.de*

ff. de fideicom. libert. & omnes magis discere decet, quam ignorare. Augustin. ad Hieronym. Ipse quoque Servius Sulpitius jam ætate majori jure operam dare cœpit, *l. 2. si Servius de O. I.* Scio quoq; Professorem alibi publicum demum post 27. annum Jurisprudentiæ animum applicasse. Summus Accursius itidem circa annum 28. literas degustare incœpit, *Alexand. ad Bart. in l. 1. C. qui ætat.* sc. Musæ omnibus sunt amicæ, nec quem deserunt, nisi prius deserantur.

QUÆSTIO X.

An ex nost. Constitutione Rectores Academiarum merum habent imperium?

AFfirmant Bart. *in l. imperium. 3. n. 7. ff. de jurisdict. Bald. in proœm. ff. in fin. Accurs. h. n. Auth. Oldend. de jure singulari p. 529. Rebuff. Horat. Lutius & Dd. commun.* Distinguit Cynus & Rectori jurisdictionem criminalem tribuit in criminibus levioribus, quorum pœna sit multa; carcer vel relegatio; non itidem in gravioribus, ubi pœna sanguinis infligenda, argum. verb. Episcopi *in n. Auth.* quasi de hisce non possit cognoscere, *Nov. 29.* Placet Vult. *ad l. 10. n. 3. C.* ubi causæ fiscales negans Rectorem in criminalibus jurisdictionem habere, præterquam si ex concessione speciali eam concessam. Quod ita firmo. Quæcunq; specialiter lege, vel Senatus-consulto, vel constitutione Principum tribuuntur; mandata jurisdictione non transferuntur, verba sunt Papiniani *in l. 1. ff. de offic. ejus l. solent. 6 ff. de offic. Proconf. l. nemo ff. de R. J.* At verò merum imperium lege datur, *d. l. 1. circa fin.* E. hoc mandata jurisdict. non transfertur. Subsumo. At verò *in n. Auth. Habita* tantum mandata Jurisdictio, quibus hanc jurisdictionem dedimus, verba Friderici sunt. E. sub ea non transit imperium merum, & per consequens, Rectores Universitatum *ex h. Constit.* non habebunt merum imperium. Huic argum. nescio an satisfeceris, si cum Scipione Gentil. per inversionem argumenteris. Lege transire merum imperium, *d. l. 1. de offic. ejus.* At verò hic esse

legem seu constitutionem Principis, *Rubr. h. n. Auth.* ℞. nam in hac constitutione tantùm fit mentio jurisdictionis datæ, nec etiam specialiter imperii meri tantum. E. hæc constitut. Rectoribus dat jurisdictionem. Iurisdictione vero mandatâ non transseunt, quæ lege specialiter transferuntur *d. l. 1. in pr.* At verò Imperium merum specialiter lege tantum transfertur. E. in hac Constitut. non veniet sub jurisdictione nuda & sola imperii meri si facta esset mentio, res omnis foret in vado. Si instes cum Bald. Accurs. & aliis, omnes species sub suis generibus æqualiter contineri, *l. 1. § generaliter ff. de legat. præstand. Dd. vulgò in l. si duo. ff. de adminiſt. tutor.* Et vero jurisdictionem esse genus meri imperii, *l. 1. de off. ejus.* E. & hoc sub jurisdictione in n. Auth. transferri. Dixerim, te petere principium, & id quod dubium vel falsum pro certissimo ponere. Supra enim nullam jurisdictionem generalem ostendere conatus fui. Et sanè in jure nostro generalis non occurrit, ac nihil minus facit, *d. l. 1 de offic. ejus*, quàm ut eam sustineat, ut visum supra. 1. Nec si detur generalis, stringit, quando enim genus etiam pro specie accipitur, tunc in specie potius, si dubii sumus capi oportet, *Bartol. in l. hoc legatum ff. de legat. 3. 1.* Idque eò magis hic, cum in hac materia specialiter cautum: mandata jurisdictione non transire, quæ specialiter lege danda, quale & imperium merum, *d. l. 1. de offic. ejus.* Nec impedit, si ex præsupposita jurisdictione generali (quæ tamen in jure nulla) dicas Principum beneficia latissimè esse intelligenda, *l. pen. ff. de Constit. Princip. Cuppen. passim.* & ideo in n. Constitut. potiùs generalem & omnem intelligendam, quam specialem tantùm. ℞. Nam Principum beneficia latissimè interpretanda in quantum scilicet sunt beneficia & de mente concedentis liquet: Sic cum Rectori in causis civilibus data sit jurisdictio, eam latissimè, hoc est, quoad omnes causas civiles, & omnes Scholares intelligimus: at jam ostendatur, beneficium hoc & intentionem Imperatoris etiam extendi quoad Imperiū merum. Sanè in dubio regulariter rescriptum Principis ita interpretandum, ut sit conforme legibus. Semper enim secundum

dum ll. respondere præsumitur. At verò lex est, mandatâ jurisdictione non venire imperium, nisi in specie mandetur, *d.l.1. de offic. ejus.* Ergo quomodo nec illa divinatio Baldi: Intentio Friderici est amplissimis beneficiis Scholares afficere, & exilium illorum lenire&c. E. etiam quoad criminalia eos privilegiavit, obstabit, cum ob dicta, tum quia hæc non cohærent. Et 3. quia imperii meri concessio non ex conjecturis, sed lege vel constitutione, nominatim transfertur, *d. l. 1. de offic. ejus cui mand. jurisd.*

Nec juvat, quod in criminalibus maximum Studiosorum versetur periculum, & ideo quoad ea Scholaribus maximè sit succurrendum, *l. 1. §. 3. ff. de vent. inspiciend.* Nam reatus cum omnem honorem & privilegia tollat, *l. ult. C. ubi Senatores. l. Magisteria. C. de jurisdict. Dd. comm.* hoc nihil concludit. Et Studiosus facinorosus cum in legem delinquat, frustrà auxilium ejus implorabit, *l. auxilium 37. ff. de min.* & miseris nec facinorosis succurrendum, *l. 1. ff. ad SC. Vellejan.* Instabis post Accursium ob nullum delictum Scholares coram alio esse conveniendos, *n. Authent.* Ergo & quoad criminalia Rectori tributa jurisdictio, *junct. l. 3. ff. de jurisd.* At frustra apud illos, qui verba illa (nec ob alterius &c. delictum) non agnoscunt. Verùm ea à vulgaribus Codicibus cum non absint, hoc effugio non utimur. Non tamen propterea stringit argumentum, nam in illis verbis (nec ob alterius cujusque Provinciæ delictum sive debitum) non agit de competentia fori, sed tantum de repressaliis cessandis contra Studiosos cavet hæc sacra sua constitutione. Et cum ex perversa consuetudine hæ etiam in Scholares exercerentur antiquitus *h. n. Auth.* hic Auth. versic. (nec ob alterius cujuscunque provinciæ delictum) non est sine insigni privilegio. *Bald. Cyn. & Dd. vulgò.* In seq. versic. (veruntamen si litem eis quispiam super aliquo negotio movere voluerit) incipit agere de foro Scholarium quod includit & concludit causis civilibus, arg. verb. negotii & litis, quæ vulgariter ad causas pecuniarias & privatas restringuntur, non ad criminales etiam, *l. litis. l. Labeo. de V. S. l. 1. de testib. l. solent. de præscript. verb.* Nec obest,

obest, ubi dicis, nomen negotii, litis actionis, esse generis, & ad criminalia etiam extendi, *l. 20. ff. de accusat. l. in criminalib. C. de jurisdict. Cujac. 9. observat. 23. Cicero in Epist.* hoc enim in jure nostro fit rarius, *d. l. 20.* crebrius verò de pecuniariis & civilibus accipitur: jam verò indubio verba in vulgari & propria significatione sunt accipienda, *l. non aliter ff. de legat. 3. l. fin. C. de his qui ven. ætate Donell. 5. comm. 20. Morla p. 1. t. 8. de reb. credit. pag. 313. n. 5.* Taceo quod imperium merum tantum nominatim Lege transfertur. *l. 1. de offic. ejus cui.* nec ex conjecturis qualibus qualibus colligitur. Non diffiteor etiam, quin complures Academiæ habeant jus gladii, ut Tubingensis, Ingolstadiana, Lipsensis, Heidelberg. in Germania, in Gallia verò olim Parisiensis &c. an verò ex n. Constit. Habita, an verò ex speciali concessione illæ id habeant ad quæstionem nostrã propius est: & hoc Vult. astruimus: cur enim id non omnib. tribueremus similiter, ex Constit. Habita, id si æstimaremus, eam quippe cum Dd. comm. generalem fecimus. Cum verò hoc ne ipsi dissentientes etiam admittant (omnes enim jus gladii non habent) liquet hoc non æstimandum esse ex n. Constit. sed potius ex specialiori quadam concessione. Nec exinde quod Episcopus super humano sanguine statuere non possit, infringes, Rectorem etiam ex speciali concessione merum imperium habere non posse. Nam cum plus meri imperii sint gradus, *Callistr. in l. 28. ff. de pœn. Bartol. Zasius, Muscorn. in suo tract. num. 113.* ex negatione unius gradus, hoc est, gladii materialis, non neganda continuò reliqua, quæ sunt meri imperii membra; & quoad hæc *text. clar. in cap. 1. extr. de calumn.* nec pro 3. Rectores sunt merè Ecclesiastici, sed politici Magistratus etiam. Ex quibus cum aliis facilè occurri posse credam, alia non addo. vide *Scipion. Gentil. d. l.*

Et tantum de hac Quæstione.

DISC. XXXV.

DISCURSUS
TRIGESIMUS QUINTUS

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH
JC. & P.P.

Ad Constitutionem religionis Anno 1555. zu Augspurg auffgericht.

IN superiori quadam Decuria scio me hac de re quid egisse, jam illam telā pertexam: verum paucis. Quæro ergò, num & Calviniani sint hac constitutione compræhensi, ejusq; beneficiis gaudeant? De Protestantibus & Pontificiis hoc expeditum, per totā Constit. Religion. in tantum; ut soli includantur, aliis exclusis, *text. in* §. Doch sollen alle andere/so obgemelter beyden Religionen nicht anhengig/ in diesen Frieden nicht gemeint/ sondern gentzlich ausgeschlossen seyn/ *d. constit. Relig. Anno 55.* De Calvinianis ergò quæstio non levis. Jam liceat pro hisce disputare. Affirmant hoc cum aliis Wolffius & Franciscus Burgkard. olim Cancellar. Coloniensis Archiepisc. in libello Jesuitico de Autonomia, von Freystellung mehrerley Religion vnnd Glauben. Verum ut in illius testimonio non est acquiescendum, testis enim in causa propria est; ita non video, cur ab hujus sit recedendum: Pontificius enim cum sit, non præsumitur in favorem & gratiam Calvinianorum mētiri, hocq; ipsum clarius patebit ex dicen-

dis. Solus §. Doch sollen alle andere so der beyden nicht anhengig/nicht gemeinet/sondern gentzlich ausgeschlossen seyn/ *d. Receß. anno 55.* & §. Auff daß aber in mitler zeit/ in fin. in verbis: daß solcher Secten etc. so sich von beyden der alten Religion vnnd Augspurgischen Confession absondern oder derselben zuwider seyn / vermög Religions Frieden keine gelitten noch geduldet/sondern allenthalben der Gebür vnd dem Religion Frieden gemes/ gentzlich abgeschafft werden / Reichs Abschied zu Wormbs Anno 1566. auffgericht/difficultatem faciunt, & negativam non leviter videntur sustinere. At non est, ut iis moveamur. Sub Augustanis enim Calvinianos *in d. §.* Doch sollen/ & §. Auff daß aber / comprehendo, quomodo illis inclusis & hi continebuntur. Dicis hos ab illis in articulis fidei dissentire, illis contrariari. Et ideo sub iis non posse comprehendi, urgent verba *d.* §. Auff daß aber/ *in verbis*: Oder denselbigen zu wieder seyn. Verum & hunc §. Auff daß aber/ de non comprehensis accipio. 2. Calviniani quidem in multis à nobis dissentiunt, attamen non in omnibus. 3. Non sunt quidem fratres Augustanæ confessionis confessione & secundum veritatem ac esse, attamen secundum opinionem & dici: Et sufficiat nobis, quod in Comitiis Augustanis, ubi facta constitutio religionis Anno 55. & repetita Anno 66. Wormatiæ sese aliis junxerint in iisq; sessionem & electoriũ habuerint. An formulæ subscripserint, nescio, nec ulterius in hæc inquiro, rem ipsam tamen altius ago. Si ergò de quibus Imperator & status imperii cum Friderico III. Palatino in Comitiis Augustanis Anno 55. & Wormatiæ Anno 66. factis convenerunt & hic cum aliis: ea pertinent etiam ad Fridericum, cum enim jus sessuræ, votandi sive suffragandi cum aliis Electoribus habuerit, arg. eorum, quæ habet Paurmeister *l. 1. c. 6. de jurisdict. Knichen. Ducum verbo, c. 2. num. 1. de Saxon. non provand. jure Ruland. l. 5. c. 4. Sleidan. l. 1. circa fin. passim in aurea Bulla & Receßib. omnibus &c.* quis de hoc dubitet? At verò de pace Religionis, de benefic. emigrandi, de mutanda religione, de non turbanda &c. & aliis in iis Imperator & cæteri Status cum d. Frider. convenerunt; & hic vicissim

cissim

vicissim cum illis. E. aliàs enim claudicaret contractus. Minor probatur §. vnnd nach dem eine Vergleichung / §. In solcher fürgezogenen *& in fin. d. Receß. Anno 55.* Et ne Fridericum exceptum putes, facit cathalogus Statuum *in Recessu Anno 66.* sub finem appositus, ubi nominatur Fridericus Tertius Elector Palatin. & interfuit etiam religiosæ pacificationi, & sic cum aliis Electorium suffragium habuerit, quomodo non inclusus. Idem arguit princip. *in d. recessu Anno 66.* Wormatiæ celebrato in verbis: Haben wir vns mit allen Ahnwesenden verglichen. At verò & præsens fuit Fridericus Palatinus E. Quia verò non nominatim Calviniani ibi sunt expressi, eos includo sub Augustanæ confess. sociis, non quod verè tales sint, sed quia iis se junxerint, quod suadet §. vnnd nach dem *d. Receß. 66. in verbis:* So der Augspurgischen Confession anhengig vnd verwandt. An Dominus Augustanæ confessionis, Vasallos Pontificios velut Augustanam Religionem amplectantur, vel emigrent, cogere possit? quæritur? Nescio, an suprà hac de re egerim. Potior tamen negativa, Constitutio nostra equidem nominatim vasallorum Feudorumq; non fecit mentionem attamen tacitè, §. In solchen Frieden, ubi sub Nobilibus Vasallos includo, *d. Receß. 55. & clarius in* §. In solchen vorgezogenen etc. ibi, Daß die Stände vnd Vnterthanen etc. Et cum non cadat Feudo vitam temporalem Domini saluti præferendo, *c. unic. de form fidel. c. un. de nova forma fidel. Feudistæ vulgò.* multò minus si propriam animæ salutem Domini: hæc enim quibuscunque etiam pretiosissimis rebus anteferenda, *l. sancimus. in fin. C. de SS. Eccles. vid. And. de Isernia in c. un. quib. mod. feud. amit.* Quid verò sentiendum de Inquisitione Hispanica? Illa est contra omnia jura, omnemque humanitatem. Christus noluit zizania extirpari, sed unà cum tritico crescere jussit. Piè Henricus III. Franciæ Rex suadentibus hanc animarum carnificinam: Corpus potius languidum volo, quàm totum mortuum, non cogam conscientias subditorum, modò corporis præstiterint officia; respondebat: Non pejus Veneti Pontifici eandem obtrudenti: Velle se in religione peccantes pu-

 nire:

nire: sed non Hispanorum more. Et sanè religio necessitatis quæ est, mihi religio non est. Quid de Judæis, an illi pacificatione comprehensi: Omninò non d. §. Doch sollen alle andere. Tolerandi tamen ex ordinatione politiæ, si modò pacificè vivant, nec venenum suum disseminent. *Oldradus cons. 87. & consil. 264.* & aliàs præscriptum usurarum modum non excedant. Policeyordnung *de anno 1530. tit.* von Jüden vnnd jhrem Wucher. *& tit.* von Jüden vnd jhren Kleidern. *Recessu item anno 1577. tit. 20. Aurea Bulla Caroli IV. tit. 9. vid. tot. tit. C. de Judæis, ibiq; Sichard. Azon. & Dd.* An verò aut cogendi, ut statutis diebus verbum Dei purum in templis Augustanorum vel Pontificiorum audiant, controverti video? Distinguerem hic inter suasionem, admonitionem, & inter coactionem. De illa concesserim, & hoc concludunt etiam affirmantium argumenta. Magistratus enim est, subditos in territorio suo commonefacere de religione, *l. 3. C. de summa Trinit. Roman. 11. vers. 25. & 26.* De hac negarim. Ex ordinatione enim Politiæ habent his in terris salvum conductum, *dd. Recessib. ut & tot. tit. C. de Judæis,* qui igitur cogendi vel vexandi, Status imperii enim cum domicilia eis concedant, etiam in religionem eorum consentiunt, arg. eorum, quæ habet Cicero alibi & Arist. in libro de cœlo. Admonendi tamen sunt sæpi⁹: idq; nõ fuit sæpius sine fructu *Gravaus. l. 2. com. 5. in coron miscel. n. 8.* non cogendi: pietatis enim ara armis inimica Lactan. Religio non vi, non injuriâ cogi potest, verbis agendum, non verberibus, argumentis, non armentis: delubris & ludibriis eorum non credimus, sicut nec sævientibus quidem cedimus. *Lactant. lib. 5. c. 20.*

Non est etiam constitutio Religionis p concilium Tridentinum sublata, *Chemnit. in illo Receß. Imperij de anno 1532. in* §. Haben wir angesehen / Recessu anno 1541. §. vnnd dieweil. §. vnd nach dem vnser Begierd / Recess. anno 1555. §. vnd damit. §. vnnd nachdem. & in fin. Wo dann solche vergleichung / durch wege des general Conciliums national versamblung / Colloquien oder Reichshandlung nicht erfolgen würde / soll dieser Friedstand stehen vnd bleiben / & Recessu de anno 1564.

§. vnd

§. vnd nach dem/ in fin. Wir wollen/ es erfolge die viel gemelte Religions vergleichung vber kurtz oder lang / oder aber (welchs nicht zu verhoffen) zumal nicht/ das nichts weniger obgemelter Religion vnnd Landfrieden etc. in allen seinen kräfften bestendig bleiben/ auch stet/ fest/ vnd vnverbrüchlich gehalten etc. Facit quod concilium id non fuerit Christianum, ut requiritur tamen in Constit. de anno 1529. §. vnd anfenglich de anno 1532. §. vnd wiewol. de anno 1542. §. Ob aber & de anno 1557. §. Als nun dieselbigen. nec liberum contra dd. constitut. Schleidan. l. 22. nec generale, Sleid. l. 25. Non urget, quasi libertas Christiana non sit licita, deque ea paciſci non queamus, ut videb. apud. Waremund. ab Erenberg. in medit. pro fœder. L. 2. c. 1. Johan. Gerhard. in Disput. polit. final. Impium & abominandum est: Hosti fidem non esse servandam, *per c. noli. si fides. 23. q. 1. l. 2. de captiv. & postlimin. Bodin. 5. de Repub. c. 6. Franc. Patrit. 8. de reg. c. 10. circa princip. Peck. in c. mutare. cons. n. 5. de R. J.* aliud visum Josuæ, *Jos. c. 9.* Carolo V. *Schleid. l. 3.* Justo Lipsio *2. Polit. 14.* Non prius etiam fidem fregerunt Protestantes, quando concilio non interfuerunt nam ꝑpter causas allatas pontifex non habuit jus Concilii, *Gesner. l. 3. de concil. contra Bellarmin. cap. 12. 13. Paul. 2. Corinth. 6.* Benè Beust:

Aula decet Reges, Christi decet arma ministros.
Regnum cum Christo non habet orbis idem.

An Imperator possit Constitutionem illam abrogare, quæri potest? Solus non potest, nihil enim tàm naturale, quàm unumquodque eo modo tolli, quo est colligatum. *l. nihil. de R. J.* At verò Imperator solus Constitutionem Religionis non fecit, sed ipse cum omnibus Statibus *d. Constit. Relig. de anno 1555. & de anno 1566.* Nec etiam contra pacta, contra fidem & juramenta venire debemus, *d. c. noli. l. 1. ff. de pact. l. 2. & postlimin. tot. tit. de jurejur.* At verò Imperator in LL. imperii, ut sic & in Constitutionem Religionis, quod illas velit servare, tueri &c. jurare cogitur, *Sleidan. l. 1. circa fin.* E. Aliud forsan dicendum communi consensu, ab illa si recedebatur, *arg. d. l. illud.*

An cum Camera Imperator vel ejus aula in causis Religionis concurrat, acriter controvertitur? Visum Autoribus der beständigen Information facti & juris, der Donawertischen Relation. *Ludolph Schrader de feud Tom. 2. c. 12. concl. 1.* Imperatorem cum Camera non concurrere. Contrarium probatur Autoribus Der Donawertischen Relation / *Justo Springero ad Constit. Relig c. 14.* & hoc veriùs, si & ad Constitutionem Religionis, & ad Ordinationem Cameræ respicio. Sic E. ubicunq; est præventio, ibi & jurisdictio. At Imperator & ejus aula des Reichs Hoffraht sæpius in causis Religionis Cameram prævenit Reichwein *in formul. p. 216. & 217. & Vot. Camer. p. 304.* E. qui idem notat, Camerales causam Religionis ad Imperatorem remisisse: remissio verò fori competentiam arguit. *Formul. p. 301. 303.* Urgeo §. Wir wollen. Recess. imperii de anno 55. & ibid. Wie wir dann als Römischer Keyser / vnd das Oberheupt im heiligen Reich menniglichen auch bey solcher Religion vnnd gemeinen Frieden / vnserm tragenden Keyserlichem Ampt gemes / zu schützen vnd zu handhaben / so viel jmmer menschlich vnd müglich etc. cum quo ferè incidit §. Wir wollen auch vnser Cammerrichter etc. Recessu de anno 1566. in fin. Wie wir dann als Römischer Keyser; in quibus §. §. fundat quidem jurisdictionem Cameræ in Constitut. Relig. interim sibi etiam eandem reservat. Et verba in eis cum sint imperativa, judicialia, Als dran seyn / handhaben / schützen / non possunt accipi de consilio & adhortatione Imperatoris, Als solter sie errinnern / anmahnen: Et particula ETIAM, Auch / in *d. §.* Wie wir dann menniglichen auch bey solchen / quæ multiplicativa seu implicativa, *Bart. in l. 1. C. etiam per procurat. causs. in integr. restitut. & in l. suus. ff. de hered. instit. Gœdd. in l. 99. in pr. n. 6. ff. de V. O. Giphan. in l. sancimus 39. nu. 26. C. de donat.* manifestè concurrentiam jurisdictionis cum Camera fundat. Et frivolum est, Cameræ ab Imperatore & Statibus concessa jurisdictio in causis Religionis. E. abdicativè: non enim in plenitudinem potestatis, sed partem laboris & sollicitudinis id factum *Heigius. p. 1. q. 9.* & in dubio cumulativè quoad concedentem intelligitur concessa, *Natta*

cons.

*conf.987.n.24. Muscorn. de jurisdict.n.34. Duar.ad l.24.§.fiquis.ff. legat.1.Cagnol.ad l.2.n.190.de O.I.Surd.conf.210.n.56.*non privativè. Nec q habent eã ex cõtractu vel conventione, *tit.1.p.1.Ord. Cam.d §.* Wir wollen. aliud dicendũ: apud me enim verũ non est: concessa jurisdictio p contractum. E. privaitvè, ut exemplo Electorum alibi illustro. Quin tamen ea privativè concedi possit, non dubito: an verò id in dubio præsumendum nescio. Certè hic id non potest fieri, cum Imperator se satis explicavit in responso Anno 601. 20. Augusti, & 607. 2. Augusti ad supplicationem Statuum in verbis: Daß jhre Keys. Majest. niemand gestatten oder einreumen können / wann im Römischen Reich vber den auffgerichten Religionfried zwischen den Ständen streit fürfallen / daß einem Römischen Keyser die cognition oder decision benommen / vnd allein ans Cammergericht gehöre/sondern daß vielmehr jhre Keys. Majest. vnd dero hochgeehrte Vorfahren/ jederzeit so ein Theil vmb Hülffe angeruffen / darin gebürenden Außschlag gegeben vnd noch zu geben befugt: Gedencken auch nicht / jhr vnnd jhren Nachfahren am Reich zu Verkleinerung vnd Nachtheil davon zu weichen etc. Id non stringit: reservavit sibi Imperator Regalia, causam fractæ pacis. E. non alias, ut suprà ostendi. Attendendum enim, quomodo sibi illa reservarit, non scilicet quasi aliis se abdicarit, sed ne Camera in illis etjam cognoscat. Alia illorum argumenta probant, fundatam esse jurisdictionem in causis Religionis: inde verò malè subsumis. E. non etiam jurisdictio Imperatoris: benè enim hæ cumulari possunt, ut sic fiat petitio principii. Aliis satisfactum in Quæst. An Imperator in jurisdictione cum Camera concurrat.

DIS-

DISCURSUS TRIGESIMUS SEXTUS

De

COMMISSARIIS ORDINATIONIS, SEU PRIVIlegiata procerum Instantia, vel Judicibus Austregarum.

AUCTORE

D. QUIRINO CUBACH
JC. & P. P.

1.

AUstregæ von außtragen das alda dere heyl. Reichs Stände entstehende zweyung oder irrung vnter ihnen selbst beygelegt vnd außgetragen werden. Sunt vel speciales, vel communes. Seu conventionales & legales:

2 Conventionales seu speciales sunt quorundam immediatorum aut illustrium familiarum judicia conventionalia sonderliche geleübfürte rechtliche außträge. *part. 2. Ordin. Cam. tit. 2. inpr.* & civitatum privilegia, quibus jus primæ instantiæ

stantiæ seu Austregarum fortitæ, uti Argentina, Memminga, Wormat. Norimb. Vid. *Otto Meland. pr. 1. comm. ad ordin. n. 6. pag. 29. Gall. 1. obs. 1. n. 20. Mindan. in post. fin.*

3. Quæ si subsint communibus, sunt præferendæ & præ illis observandæ *d. part. 2. tit. 2. in pr. Ordin. arg. l. in toto d. R. J. Denais. de jure Camer. c. 156. n. 1.* Et ne de incompetentia & nullitate excipiatur, coram his omnino agendum *arg. d. t. 2. in pr.*

4. Et hæ vicissim possunt esse duplices videl. aut incertæ & compromissariæ sive arbitrariæ, ubi immediate litigantes (Principes,) in quosdam compromittunt & se illorum compositioni obtemperaturos pollicentur, quæ inter principes frequentes; ut videre ap. historicos, quomodo Comites Mansfeld. de finib. & hæreditate disceptantes Lutherum pro arbitro elegerunt *Thua. l. 2. p. 30.* de cattorum ditione Palatin⁹, Wirteberg. Cliviensis honorarii dati arbitri *Thu. 16. p. 345.* vel certæ, confirmatæ & familiarum coram quibus controversiæ inter conjunctos ortæ componuntur. quales etiam in domo illustrissima Saxonica.

5. Si enim Elector & Duces Saxoniæ lites, quas inter se habent scriptis mutuis amicè componere non queant, eas non coram communib. Austregis juxta *titul. 2. p. 2. Ordin. Cam.* peragunt; Sed (1) consiliarios graves & doctos ad compositionem amicam deputant; qua si frustra, utrinque (2) consiliarios quatuor nobiles & duos JCtos, ut jurejurando soluti, & eodem in causa coràm partium principum agentibus adstricti ex agentibus causam audiant & amicè componant: qui si sic non profecerint, res (3) coram ipsis vivâ voce proponenda, & mutuis dictandi vicibus ternis repetitis (seclusis, ultimò, novis) sententia secundum jus Saxon, quantum fieri potest, in omnibus capitibus controversis ferenda: qua de si convenire non queant, Cameræ informatio petenda, & postea à deputatis sententia intra annum pronuncianda. Vermüge des Hauses Sachsen sonderlichen gewillkürten rechtlichen austrages zu Naumburg den 24. Februar. 1554. zwischen Weilant Churfürst Augusti/ Hertzog Johan.

Kk Fride-

Friderichs des eltern gebornen Churfürstens/ Hertzog Johann Friderichs des mitlern/ Hertzog Johann Wilhelms vnnd Hertzog Johann Friderichs des Jüngern zu Sachsen Chur vnd F.F.F.F. G.G.G.G. auffgericht vnd von Keyser Carln den 5. bestetigt/ so also lautet.

6. Ob auch künfftig zwischen vns oder vnsern Erben vnd nachkommen Irrungen vnd Gebrechen fürfielen etc. haben wir vns folgendes Austrages mit einander freundlich vnnd vetterlich verglichen etc.

7. Longissimè tamen ante confirmationem hanc Saxones in suis controversiis hoc judicium conventionale usurparunt, licet in dissimili deputatorum numero. Sic inter Johannem Constantem Electorem, & Georgium Ducem Saxoniæ ortis controversiis placuit utrumque 16. consiliarios ad decisionem harum deputare.

8. Imprimis autem Grimæ factum arbitrium, inde dictum Grimmense der Grimmische Machtspruch/ ubi Saxones in 12. consiliarios, ut deciderent futuras lites, coram agentibus compromiserunt, quod postea ita practicatum inter Johan. Fridericum Electorem, Johan Ernestum Ducem Saxoniæ Actores, & Dn. Henricum Ducem Saxon. Reum qui Ann. 1540. die Lunæ post festum Assumtion. Mariæ Virginis gloriosæ Naumburgi 12. Consiliarios ad decisionem controversiarum de mutatione monetæ deputarunt (& Elector quidem nominatim Graff Albrechten von Manßfelt/ Wolff von Vetenhöffer zu Werdau: Hansen von Pack zu Dreben/ Casparn von Lectoben/ Herrn Melchiorn von Kreutz beyde Doctorn/ zu Koldiz vnnd Leisingk Amptleute vnd Jobsten von Hain. Hertzog Henrich zu Sachsen etc. aber Andreßen Pflug zum Knautheim/ Henrichen von Schleinitz zum Gerhau/ Wolffen von Schönburgk Oberhaupman zu Glauch/ Melchiorn von Kitzleben/ Herrn Melchiorn von Ossa vnnd Ludwigen Fachsen der Rechten Doctores: Dozumal seynd des Churf. vnnd Hertzog Johann Ernsten Anwalde gewesen: Schwitwolt von Brandenstein zu Weimar Haupetman/ Herr Gregorius Birck/ Hieronymus Schirpff/ vnnd Melchior

Klüge

Klåge der Rechten Doctores.) Hertzog Henrichs aber Anthonius von Schonburgk daselbst/ D. Simon Pistoris Ordinarius zu Leipzig/ vnnd Georgius Kommerstat der rechten Doctores.)

9. Et secundum hoc arbitrium Grimmense nach diesen Grimmischen Machtspruch inter Augustum & cæteros suprà nominatos Duces Saxoniæ facta Naumburgi 24. Febr. An. 1554. Austregæ relatæ quas, Carolus V. Imper. confirmavit.

10. Et hæ speciales sive conventionales Austregæ sunt etiam aliarum familiarum illustrium, uti videre apud *Beust. in l. admonendi n. 194. vers. eodem modo de jurejur.* uti etiam confœderatorum ap. *Warem. de Erenb. pro feder L. 2. c. 2.*

11. Quis sit processus in hoc conventionali judicio Sax. ex tenore supra relati arbitrii compromissi Naumburg. liquet, scilicet ad amicam compositionem à P P. litigantib. mittuntur consiliarii, coram quibus locò propositionis vel scripta, quæ hinc inde in lite edita, præleguntur, vel ab agentib. controversiæ, proponuntur; inter quos si de sententia convenire nequeat, ordinantur utrinque judices 12. Consiliarii (werden zwölff Råthe nidergesetzt) & per PP. agentes solvuntur jurejurandô, quo illis obstricti (werden durch J J. F F. G G. Anwålde sampelich jhrer huldigungs Raths dienst/ Lehens vnnd anderer Pflicht/ darin ein jeder den Fürsten verwant/ inhalts der Volmacht vnnd deß Verzeichnůs so vf beyde Volmacht verschieben / loßgezehlet) hic ordinati vicissim in causa illa astringuntur jurejurandô coram agentib. (werden darzu insonderheit in beysein der hierzu verordenten Anwålde von newes vereydet vnnd verpflichtet) juramenti formula d. dicto An. 1540. Naumb. hæc fuit usurpata.

12. Ich N. schwere das Ich in den Sachen darumb wir Zwölffe durch die Durchlauchste vnnd die Durlauchtigsten zusammen verordnet vnnd nidergesetzt / auch (inhalt des Machtspruchs) vnser Pflicht ledig gezelt seyn worden nach Recht meines besten Verstendnůß handeln / rathen / vrtheilen / vnnd keinem Fürstlichen Theile zu gute wider

recht hierin anhangen/ oder in Vrtheilen wider recht nach meinem besten verstendnüß zufall geben wolle / will auch solches nit vnterlassen vmb hoffnung einiger Gnad/ noch befahrung Vngenade/ noch durch Gabe/ Haß/ Neides oder einer andern Vrsach willen/ auch will ich keiner Parth in dieser Sachen rathen/ die warnen/ oder was in rathschlag gehandelt wird/ jnen eröffnen/ noch durch andere eröffnen lassen/ die Sachen auch auß gefehrlichen vorsatz nicht vffhalten noch verziehen. etc.

Was mir jetzunde vorgelesen/ das schwere Ich also zuhalten vnnd deme meinem besten Verstendnüß nach zukommen gantz getrewlich vnd ohn geferde/ alß mir Gott helffe.

13. Quod juramentum in præsentia Agentium, & 12. deputati consiliarii dicto in die Naumb. tantum illa verba ultima (Was mir jtzund vorgelesen / das schwere Ich also zu halten etc.) digitis erectis pronunciantes præstiterunt.

14. Post quod juramentum præstitum, Deputatis Judicibus Agentes exhibuerunt mandata jhre Vollmacht / quæ ita qualificata, daß die Anwälde der gebrechen austrages gewertig seyn sollen / oder daß sie deß handels zugewarten / es sey zur güte oder zur rechte / uti etiam aliquando, quid partes de prætensionib. remittere velint vel non.

15. Mandatis exhibitis Agentes utrinque negotium controversum ad informationem deputatorum narrant, quô factô deputati negotium amicè componere tentant & de mediis sententiæ salubribus deliberant.

16. An verò ab omnibus conjunctim uno in concilio deliberatio sit instituenda, an ab utraque parte separatim, & de. sententia omnib. congregatis invicem communicandum deputati non semel disputarunt?

17. Pro conjuncta deliberatione allegatum, quod in arbitrio confirmato seu tenore Austregarum, qui præcisè servandus *Gail. 1. obs. 1. n. 35. tum* quoties certa forma præscribitur, eâ non servatâ totus act⁹ corruit. *Gail. d. l.* omnibus deputatis 12. amica compositio injuncta, das vermüge des Austrages sechs gegen sechs Räthen niedergesetzet/ jrer Pflichte erlassen/ vnd vfs newe vereydet werden / vnd das sie (12) sollen allen fleiß

für-

fürwenden die Sache in der güte zuvertragen vnnd zuvergleichen / vnnd do die güte entstunde (oder do sie des nicht folge haben möchten sunt verba deß Außtrags) sollen die zwölffe nidergesetzt / die jrrungen von Munde in die Feder zu recht etc. vor jhnen einbringen lassen / vnnd darauff sprechen was recht ist. Stehen also (inquiunt) die 12. copulative sämptlich vnd sollen sie sich sondern / so weren es nur zwo Stimmen / do doch zwölff Stimmen seyn solten. alias etiam (3) videbitur inter eos diffidentia es möchte das ansehen haben / alß ob die zwölffe einander nicht vertrawweten / & tandem si communi in consessu vota dicantur & audiantur, hoc cum ad persuadendum tum concludendum tutius.

18. Verùm disjunctam deliberationem ursêrunt præfato in conventu à Duce Henrico Reo deputati, allegantes hanc ita in ejusmodi judiciis conventionalibus domus Saxoniæ longissimè esse practicatam & observatam. Quam observantiam probarunt comprômisso Johannis Electoris & Georg. Ducis Saxon. b. b. m. m. qui licet utrinque in 16. das 16. vnd 16. nidergesetzet vnd die nidergesetzten verordenten sollen die Gebrächen in der güte oder mit recht entscheiden compromiserint, attamen non 32. conjunctim Grimæ (ubi arbitrium factū der Machtspruch) deliberârunt, sed 16. & 16. divisim; donec de arbitrio Grimmensi convenirent. Biß sie sich deß Grimmischen Machtspruchs verglichen / ubi postmodum in omnium 32. consessu arbitrium fuit prælectum. Sic etiam post arbitrium hoc Grimm. Lipsiæ in causa der Hopffgarten practicatum, ubi vigore Arbitrii Grimm. ad compositionem ab alterutra parte 6. ordinati je 6. vnnd 6. seynd vermüge des Machtspruchß nidergesetzt nec tamē 12. conjunctim sed sex divisim de mediis compositionis deliberârunt. Stylus autem curiæ, judiciorum cùm sit pro lege & non servatus vitiet *Zasius in cons. 12. n. 63. L. 1. Bald. in l. de quibus coll. 7. vers. è contra quæritur ff. LL.* & à practica antiqua non sit recedendum *l. minime ff. d. LL. l. 37. ff. eod. Bald. cons. 472. in 2. coll. L. 1. Angel. cons. 99. Johan. de Arnonain præfat. prax.* ad lectorem, ac quæ longa consuetudine comprobata ac per plurimos an-

 nos

nos observata, non minus, quàm ea quæ scripta sunt jura serventur *l. 35. l. 33. l. 23. ff. d. LL.* pro deliberarone divisa retinenda concluserunt.

29. Ad hoc, quòd vigore **der Außträge** non sex divisim, sed 12. conjunctim amica compositio injuncta in verbis (**der Außträge**) **alß den sollen sie** (12) **allen Fleiß fürwenden vnß oder vnser Erben vnnd nachkommen solcher entstandenen Gebrechen in der güte zuvergleichen.** responsum; quod illis tantum compositio conjuncta concludatur; de modo vero compositionis sive deliberationis (de quo hic tantùm quæritur) ibi nil habeatur; qui modus deliber. cum semper fuerit divisus, per allatum præjudicium Grimm. & Lipsiense nec in arbitrio illo Grimmensi, **in den Grimmischen Machtspruch /** (ut nec in Austregis Naumburg. 1554. 24. Februar. firmatis) correctus sit, voluerunt ipsi standum, cum stare non prohibeatur expresse correctum, quod non repetitur *l. sancimus C. de Testam. l. præcipimus C. d. appellat.* Idque magis, cum etiam indicto compromisso Johannis Electoris & Georgii Duc. Saxon. bb. m m. fuerint hæc verba sive clausula **nemblich das sechszehen vnnd sechszehen nidergesetzet vnnd die nidergesetzten verordenten** (sunt 32. non 16.) **sollen die Gebrechen mechtig seyn in der güte zuvergleichen / oder mit Recht zuentscheiden /** Grimæ verò ubi consiliarii, ut tollerent controversias, secundum hoc compromissum juncti (*Fabr. L. 7. p. 873.*) non conjunctim (ut omnes 32.) sed divisim (16. sc.) de mediis compositionis deliberarint, usq; inter ipsos de arbitrio Grimm. convenerit. Consuetudo autem cum optima legum interpres *l. 37. ubi Dd. ff. d. LL.* Interpretatio verò sumatur à practica *Bald. in c. 1. de Feud. sine culpa non amittendo* & in dubio interpretatio fieri debeat secundum id, quod fieri consuevit *l. 34. d. LL. l. 37. Eod.* etiam secundum illam practicam versiculus Austregarum **alß dann sollen sie** (**zwölffe**) **allen Fleiß fürwenden /** in pr. h. thes. allatus videtur accipiendus, ut sc. compositio fiat conjunctim, modus autem seu delibe-

ratio

ratio divisim. Ita inquam juncti consiliarii Naumburg. d. Ann. 1540. de modo deliberandi disputarunt, ipsus judicium, meum suspendens, prudentiorib. relinquo.

20. De hoc verò cum inter ordinatos sive junctos in præfato die Naumburg. non conveniret, & sic amica compositio non proficeret, ad disputationem & viam juris res devenit, ubi, quomodo procedatur, in ipsis Austregis definitum.

21. Uti verò juncti, seu deputati, ubi controversiæ PP. amicè componendæ soli; ita ubi disputandæ, Wans zum Rechte kompt/ non item, sed à junctis consiliariis cum consensu Agentium (quorum scribæ adsunt & excipiunt) duo Notarii publici constituuntur & adjunguntur; quorum in fide, diligentia & taciturnitate cùm sit multum situm, ideo in præsentia junctorum der nidergesetzten & Agentium (der Anwälde) hoc juramentum præstatur.

22. Ich N. schwere/ das Ich die acta Brieff vnnd Vrkunde/ die von den Zwölff nidergesetzten einbracht werden/ getreulich bewahren/ dieselben niemands eröffnen/ lesen oder sehen lassen/ vnnd keine Copey niemands davon zustellen wil/ ohn erleubnüß der zwölff Nidergesetzten/ vnnd ob auch vorfiele/ daß in meiner gegenwertigkeit etwas berathschlaget würde/ das wil ich in geheim bey mir behalten treulich vnnd ohn geferde/ alß mir Gott helffe etc. quod juramentum Naumburg. dicto die d. Ann. 1540. servatum, uti illius acta ostendunt.

23. Cætera quæ in his judiciis conventionalib. frequentantur, cùm tenor Anstregarum tùm practica docebit.

24. Communes Austregæ sunt privilegiatæ omnium procerum Imperii Instantiæ, de quibus *tit. 23. 4. 5. part. 2. ordinat. Camer.* qui pluribus explicantur apud *Frider. Mindan. L. 1. proceß. à cap. 15. cum seqq. Schuan. L. 1. proceß. cap. 2. 3. 4. Otton. Meland. 2. post. princ. Denais de jure Camerali, in c. 156. 157. cap. 158. cum seq. Gail. Myns. paßim.*

25. Quæ

25. Quæ vulgariter describi possunt judicia *in quibus ex ordinationum privilegiis modô ibi præscriptô procerum Imperij causæ componuntur.*

26. Proceres Imperii autem sunt Electores, Principes, Duces, Prælati, Comites, Barones & nobiles immediati *arg. t. 2. 3. 4. 5. p. 2. Ordin. Cam. Mindan. d. L. 1. c. 16. n. 2. Schuan. Melan. d. l.* qui sive conveniant, sive conveniantur his Austregis gaudent. *d. d. t. t.*

27. Sunt quidem & Civitates Imperiales imperii Status (qui Sessuræ & dictionis sententiæ communicatione actuali (quam habent) definitur *Paurm. L. 1. de jurisd. c. 6. Knich. ver. Ducum. c. 2. n. 1. de Saxon. prov. jur.*) *Gail. 2. obs. 57. n. 7. & idem de pp. c. 6. n. 11. Mindan. d. L. 1. c. 16. n. 2. & c. 29. n. 19. Rulant. d. commiss. L. 5. c. 4. n. 41. elegan. Dom. Arum. colleg. honor. in Disc. 1. ad Aur. Bullam. th. 8.* & quadam etiam privilegiatã instantiam habent *Mindan. d. c. 19. n. 10. Gail. d. obs. 1. n. 20.* verum cum sint paucæ & non ex ordinat: privilegio, sed ex alio, vel longiss. temp. præscriptione illam habeant *Gail. d. l.* & regulariter civitates in Camera forum habeant *Gail. d. n. 20.* ideo sub procerib. vel statib. hic non comprehenduntur.

28. Habent autem præfati proceres privilegiatam instantiam non ob solã dignitatẽ & præcellentiã, uti opinatur *Andr. Gail. d. L. 1. obs. 1. n. 17.* Sed ne ipsorum causæ, q̃ maximi momenti, & exquisitissimum tractatum requirunt, minori diligentia & instantia, quam mediatorũ duas vel tres instantias habentiũ, deducerentur. Hinc ne beneficio non deducta deducendi, & non probata probandi se abdicarent, ad monitum Cæsaris Caroli V. de Ann. 1584. in comitiis Augustan. juri Austregarum renunciare noluerunt §. nach dem sich auch der gemeinen schlechten *Spolien* ibi so haben Churfürsten etc. sich ihrer austräg in den alten Cammergerichts vnd Reichs-ordnungen vermeldet etlichermassen begeben etc. *d. Rec. Imp. August. ad. An. 1548.*

29. Et Austregarum judices cum non ab ordinatione jure proprio, sed à statibus jurisdictionem suam consequantur *arg. d. tit. 2. 3. 4. 5.* non (2) ut ordinarii *l. pupillus §. territorium d. V. S. l. 12. d. judic. l. 7. §. fin. ff. de offic. Procons.* habeant universi-

versitatem negotiorum commissam cum jurisdictione plenissima, sed tantùm inter certas personas (quod delegatorum. *Cap. P. & G. extra de officio delegati Vult. 2. Jurisp. Rom. 1. Altehus. ibid.*) in delegatorio rescripti contentas cognoscant. *d. t. 2. 3. 4. 5. part. 2. ordin.* Sententias (3) suas cum delegatis *l. à divi. 15. ff. de re judicat.* non possint exequi. *Gail. 1. obs. 1. nu. 52. Mynsing. 4. observ. 93.* Sed executio ad Cameram pertineat. *Gail. d. l.* si suspecti, omninò removeri queant. *Myns. 2. obs. 52.* quod non fit in ordinariis. *Nov. 86. c. 2. l. 16. C. de judic. ubi Dd. Gail. 1. obs. 33. in pr.* & ordinariis videantur opponi *p. 2. ord. tit. 28. in pr.* delegatos nec ordinarios esse volumus cum *Mynsing. de observ. 52. Gailio d. observ. 33. Mindan. d. l. 1. process. c. 19. n. 4. Rutg. Ruland. 1. de Commissar. 3. c. 5. n. 32.*

30. Quorum constituendorum ratio diversa, pro partium diversitate. *d. t. 2. 3. 4. Ord. Cam. part. 2.*

31. Princeps enim Principem si in jus vocet, ratio judicis constituendi una est in *d. t. 2. part. 2. Ordin.* quæ præcisa ita, ut nominati partim sacri, partim prophani ordinis omninò debeant esse rerum potientes, nõ ex eadem familia, & ultra 12. miliaria ab actore requirente non disjuncti. *d. tit. 2. part. 2. Ordin. Denais. d. tit. 156. n. 2. Mindan. d. c. 16. n. 2. 3. 4.* Sin autem se inferiorem puta Prælatum, Comitem, Baronem, Nobilem immediatum duæ *d. t. 3. part. 2. Ordin. Denais. c. 157. per tot.*

32. Et hi Principe Inferiores (ut Prælati, Comites &c.) & alii Landsassii, Civitates, subditi Principum, si Principem in jus trahant, observent unum ex 8. modis in *d. tit. 4. p. 2. Ordin.* præscriptis, ubi penes actorem modum unum eligere, & illum conventus sive Reus Princeps tenetur sequi. §. *item* Es soll zu der klagenden Parthen. *per d. tit. 4.* ubi modus si placeat, Nominatio Principum conventorum, nec familiarum diversitati, nec duodenorum miliariorum intercapedini astringitur, ultra tamen lapidem vicesimum non evagabitur. *Deput.* Abschied. *d. Ann. 1600.* §. Und nach dem die Ungleichheit. *Schuanm. l. 1. c. 4. n. 9. process. Cam. Denais. de Jur. Cam. tit. 158. Mindan. vid. d. l. 1. c. 17.*

33. Inter Prælatos, Comites, Barones, Nobiles immediatos ubi est lis, duo sunt modi præscripti. *t. 5. p. 2. Ordin. Cam.* sc. ut aut ex tribus à reo nominandis Principibus unus eligatur verf. Zum dritten / aut à Cæsare Commissarius impetretur. *d. t. 5. p. 2. Ord. Denais. c. 159.* quos 2. modos etiam in casu præcedenti, cum sc. contra Principem Prælati, Comites, Barones, Nobiles immediati agunt, positos in §. Zum dritten / daß der Churfürst & §. Zum vierdten. *d. t. 4. p. 2. Ordin.* frequentari, potissimum inter illos 8. notat *Schuanm. l. 1. process. c. 3. n. 13.* ubi *cap. 4.* formulas horum modorum usitatas ponit.

34. Hos Judices Austregarum (nisi cum iis ipsi subditi conveniantur, ubi cessantibus austregis coram Camera conveniendi *Mindan. d.l. 1. c. 18. n. 5.*) jam habent Imperii Proceres dd. titulis.

35. Quod de Imperii Romani Electoribus, Principibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus immediatis expeditum. *ob d. t. 2. 3. 4. 5. Ordin.*

36. At quid de Imperatore? Licet de jure stricto, ut summus omnium (sic enim Rex Angliæ ad Frider. I.

Cum tu cunctorum, quos cernunt sidera, Regum
Maximus, & toto nulli cessurus in orbe.

apud Gunth. l. 6. d. gestis Frider.

& idem pòst

—— His ut tu qui me cunctósq; per orbem
Præcellis Reges, jus arbitriúmq; jubendi,
Ut decet obtineas, mihi sit parere necesse.

Gunth. d. l. 6. & clariùs Gunth. l. 1. d. Frider. I.

—— Cui nullum parve priúsve
Spirat in orbe caput; te gaudet Principe mundus,
Te populi, te regna timent, te Solis ab ortu,
Solis ad occasum submisso vertice cuncti
Suspiciunt, dominúmq; simul regèmq; fatentur.

Gunth. dict. lib. 1. de gest. Frideric. Imper.) à nemine cogi & Judicem habere non possit. *arg. l. 4. de recept. arbitr. l. 58. de judic. cap. Princeps 23. q. 5.* sed ipsius suus Judex sit *l. 41. ff. de*

de hered. instit. cum §. fin. de vulg. subst. l. pen. ff. de his, qua in testam. delent. tamen ne in propria causa judex esset. *contra l. 10. ff. de jurisd.* de hoc remisit & ex liberali voluntate, quæ pôst in consuetudinem & leges transiit, alium (contra quam de Pontifice hujus adulatores docent, quod sc. in causa sua quam vel habet cum Cæsare vel alio sumo Rege Judex sit *Restau. Castald de Imper.* aliorum hominum causas ait Symmachus Papa *c. alior. 9. q. 3.* Deus voluit homines terminare, sed sedes istius præsulis suo sine quæstione reservavit arbitrio, & ad querelas Albani jactat Pontifex, se liberum Principem esse, qui propterea actionum suarum rationem reddere nemini teneatur; imò sibi jus in omnes terræ Principes utpote se inferiores ac sibi subjectos esse, qui proinde rationem sibi reddere teneantur. *Thua. lib. 17.* cui tamen derogatum per *Recess. Francof. d. An. 1338.* ubi Ludovicus IV. cum statibus conclusit contrarium, de quo alibi actum) à se, salvâ tamen majestate *l. 3. C. de Testam.* Judicem habet.

37. Qui tamen non unus. Refert enim, an Imperator sit conveniendus, an verò alium statum vel ordinem Imperii conveniat. Si conveniendus, volunt referre, an ut Archidux Austriæ vel Comes, conveniatur, an ut Imperator? Si illud, forum esse Austregas & Judices habere ordinationis secundum modos in *d. t. 2. 3. p. 2. Ordin. Herm. Vult. in l. 1. n. 9. C. ubi Senat. vel clariss.* jungatur *Buxtorff. ad Aur. Bullam th. 83. lit. A.* Si hoc, Judex est regulariter Comes Palatinus Rheni in Curia Imperatoris, vel ubi Rex Roman. præsens *tit. 5. A. Bullæ in fin. Andl. l. 2. d. Imp. Rom. c. 10.* quod de Civilib. & pecuniariis causis forsan non controversum: nec de criminalibus, si privationem Imperii non inferant, dubitandum cum *d. t. 5. Aur. Bull.* generalis indistinctè loquatur, & quoad criminalia à cæteris juribus specialibus non sit limitatus. Dico regulariter (Palatinum esse Judicem) quod in quibusdam casibus *d. t. 5. A. B.* per jura specialia (quib. generalia non derogant. *c. in toto. de R. J.*) & observantiam volunt restringi, ut in causis Feudalibus, ubi pares. *2. F. 10? Schrad. de Feud. p. 10. sect. 5. n. 40. vid. Buxtorff. ad Aur. Bull. conclus. 81. lit. A.*

In criminibus malè administrati imperii, cum agitur ad privationem seu dispositionem Cæsaris, ubi coram Collegio Electorali respondebit: (quia ad hoc cum ipsius institutio pertineat. *tit. 1. A. B.* Ergò etiam ejusdem destitutio *c. cum ex injuncto. extr. d. heret. arg. l. nihil tam de R. J. Lupold. de Bebenburg. c. 12. d. coronat. Carol V.* exemplô sunt Adolphus Rex Roman. & Wenceslaus ab EE. depositi. vid. Sigismund. Seldius in eruditissimo consilio ad Ferdinand.) uti etiam si nova tributa imperet, bona Imperii male possessa non restituat. per Capit. Carolin. apud *Sleidan. l. 1. de stat. relig.* Si conveniat & actor sit, nullum extra fines Imperii vocare, nec vim adhibere, sed legibus experiri debet. *d. Capitul. Carolin.* & sic forum REI sequi. *l. 2. l. 5. C. de jurisd.*

38. Quæ ita secundum *d. t. 5. A. Bullæ* quoad forum Imperatoris REI. Quid verò in casu Imperatoris Actoris? an etiam coram Palatino agere habet necessum?

39. De quo casu cum *d. t. 5. A. B.* taceat, & etiam *d. t. 5.* contra rationem juris (quâ inferior in superiorem imperium non habet. *l. 58. ff. de judic. l. 4. de recept. arbitr.* & summus neminem nisi Deum Judicem agnoscit. *c. nemo judicat. 13. & cc. seqq. 9. q. 3.*) sit, ad consequentias & sic casum Cæsaris actoris non extendendus, per *l. 14. ff. d. LL.*

40. Hinc ut Princeps seu Comes, agit coram Judicib. Ordinationis seu Austregarum juncta *Capitul. Cæsar. apud Sleidan. cum tit. 2. Ordin. Cam.* in Feudalibus coram paribus Curiæ *d. 2 F. 100.* contra mediatum coram ordinario, contra immediatum statum seu ordinem in Comitiis, de quibus vid. *Buxtorff. ad Aur. Bullam. concl. 83. per tot. ubi eleg. Conf. quæ disputo ad Aur. Bull. c. 30. à n. 31.*

41. Et habent has privilegiatas Instantias Proceres Imperii seculares non ratione patrimonii, hoc est, Principatus, Comitatus, Baronatus, sed ratione personæ seu status, ita ut ex Electore, Principe, Duce, natus his gaudeat, licet non Principatum, Ducatum, sed Comitatum, Baronatum, possideat. *Mindan. l. 1. process. c. 19. n. 11.* uti contra Ecclesiastici, Prælati intuitu possessionũ, seu Episcopatuum has Austregas ha-

habent. *Gail, 1. obs. 30. in pr.* Hinc Collegium seu Capitulum sede vacante æque jure Austregarum frui ac Episcopum seu Prælatum, contra *Gail. d. obs. 30, n. 13.* notat *Mindan. d. c. 19. n. 7. Meland. pag. 49. p. 1. Ordin.* cum quia capitulum sede vacante plenè succedit in iis, quæ necessariæ jurisdictionis, Imperii *Cap. his quæ c. cum olim de major. & obedient.* tùm quia grave, sede vacante institutam litem in Camera in privilegii præjudicium Episcopum persequi. *Mindan. d. c. 19. nu. 7.*

42. Dico Imperii Proceres has Austregas habere, ut Extraneos & ab Imperio alienos ab his excludam, qui si conveniendi coram ordinario instituitur actio: quia austregæ sive privilegia ordinationis cùm sint stricti juris Enges rechtens. *Gail, 1. obs. 1. n. 35.* extra casus Ordinationis non extenduntur. *Mindan. d. l. 1. c. 17. n. 9. in fin.* & privilegia personalia personam sequuntur & illam non egrediuntur. *c. privilegium. 7. de R. J. l. privilegia. d. R. J. 68. eod. l. 1. de Constit. Princip. l. 1. §. permittitur de aqua quotid.*

43. Quid verò si Extraneus Princeps, vel Rex conveniat Principem vel Electorem Imperii.

44. De hoc convenit inter Dd. ferè, quod invitum coram Austrigis convenire Extraneus non possit; cùm quia invito beneficium, quod Austregarum est maximum, non datur *l. invito ubi Dd. R. J.* tùm quia quilibet favori pro se introducto renunciare potest. *l. pen. C. de pactis.* & Austregæ juris stricti extra casum ordinationis non extendendæ. *Mindan. d. c. 17. n. 9.*

45. *Dn. Vult. in l. un. C. ubi Senator vel clariss. nu. 44.* docet, Principem Imperii volentem ab Extraneo omninò coram Austregis esse conveniendum, cum quo etiam facere videtur *Mindan. d. c. 17. n. 9.* Et sanè cum beneficium latissimè extendendum. *l. 3. de Constit. Princ.* jus Austregarum Principibus datum ei sine causa non auferendum: Rei forum actor (Extraneus) sequatur; Extraneus actor non melioris debeat esse conditionis quàm Princeps Imperii: & aliàs Princeps Reus (5) una Instantia citra culpam privaretur, non sine ratione. Et cum Princeps conventus sit status Imperii

& jure Austregarum gaudeat, hoc non extenditur, si etiam ab Extraneo conventus, eo utatur.

46. Utut verò sit, sive non possit, sive non velit Princeps ab Extraneo coram Austregis conveniri, non tamen in aula ceu voluit *Dn. Vult. d. n. 44.* sed in Camera eum debere conveniri in nuperis Comitiis statuum correspondentiû legati voluerunt. *vid.* die gründliche Relation, daß jenigen/ so bey jüngst zu Regenspurg vorgewesenen Reichstag von der Evangelischen correspondirenden Churfürsten vnd Stände gesandten vnd Abgeordenten gehandelt worden/&c. quod placet & *Mindan. d. c. 17. n. 9. in fin.*

47. Et habent jus Austregarum hoc homines primi ordinis, hoc est E E. Principes, Duces, Fürsten vnd Fürstmeßige/ non tantùm si à sui ordinis hominibus vel aliis privilegiatis, conveniantur, sed & si à non privilegiatis, sive immediatis ut Civitatibus Imperialibus, sive mediatis ut Landsassiis, Civitatibus municipalibus, Nobilibus, Civibus, rusticis, ita ut hi ex octo Austregarum modis *ind. tit. 4. p. 2. Ordin*, relatis contra Principem unum eligere possint. §. So dann die Partheyen §. Vnd wiewol. §. *fin. d. t. 4. Denais. d. t. 158. n. 22. Mindan. d. cap. 17. n. 9. in pr.* Secus est in hominibus secundi ordinis, hoc est, Prælatis, Comitibus, Baronibus, & Nobilibus immediatis, qui à Civitatibus Imperialibus, & aliis mediatè imperio subjectis in Camera, non coram Austregis conveniendi, quia de his *in d. tit. 3. 5. p. 2. ord.* nihil expressum. *Mind. d. l. 1. c. 18. n 3 vid. t. 27 p. 2. ord. Gail. 1. obbs. 1. n. 17.*

48. Civitates hic (aliunde enim speciales austregas quædam habent *Mindan. d. c. 19. n. 10. Gail. d. 1. obs. 1. n 20.*) non privilegiatæ *Mind. & Gail. d. l.* Nec quod sic ratione civitatum, quam hominum secundi ordinis, causa principum fiat durior, secundum *Fichard. 2. consf. 119. q. 3.* ad eas Austregæ extendendæ; quia hæ juris stricti & exorbitantes *Mindan. d. l.* In Camera igitur suam instantiam habent *p. 2. t. 27.* ordinat. in qua vel curia Provinciali vorm Hoffgericht/ (si ita receptum) Princeps Civitatem suam municipalem, Land vnnd Erbstadt convenit *Mindan. d. cap. 17. n. 10. Mynsf. 5. obser. 1.*

49. Con-

49. Consecuti verò Proceres Imperii hoc Austregarum jus, seu privilegium instantiæ primæ, non demum post Camerale commune judicium *per Ordinat. de An. 1595. Wormatiæ* institutum, ut censent alii, sed hoc longè antè habuerunt, uti constat *ex* §. Welche sonderliche gewillkürte rechtliche Austräg gegen einander haben *tit. sive Rubrica* wie Churfürsten vnd Fürstmessige einander zu recht fordern sollen / *Cam. Ord. d. An. 95.* zu Wormbs vfgericht/ *& pr. tit. 2. p. 2. Ord. Cam.*

50. Ut sic concludendum, Imperii Proceres præteritis primis instantiis olim ante institutam communem Cameram in aula Cæsaris conveniri non potuisse: quia cum habuerint coram Austregis primam instantiam *d.* §. welche sonderliche R. Abschiedt zu Wormbß *Rubr.* wie Churfürsten Fürsten etc. his omissis inviti in aula conveniri non potuerunt: omne quippe privilegiatum forum excludit commune, ceu species derogat generi. Et quomodo se hodiè habet in jurisdictione cameræ, ita olim Aula Imperatoris. At verò personæ, causæ privilegiatæ &c. so durch sondere Austräge außgenommen hodie ad Cameram non pertinent *p. 2. tit. 27. Ordin. Cam. & tit. 2. d. p. 2 Ord.* Ergo nec ad aulam ante institutam Cameram pertinuerunt.

51. Sed num hodie præteritis Austregis, sive privilegiata prima Instantia in aula Imperatoris Principes, & cæteri imperii status privilegiati inviti conveniri poterunt?

52. Quæ quæstio apud illos, qui (quod præter veterem & ambulatoriam Imperialem illam Cameram, cui præsens & hodiernum judicium cameræ sit surrogatum, aliud alicujus senatus aulici concurrens judicium non fuerit; atq; Imperii Regimentum *d. Ann. 1500.* zu Augspurg auffgericht à nostro Camerali judicio sit diversum, aliasque causas publicas scilicet tractarit *d. ordin. Regim. Rubr.* wie alle Sachen bey dem König vor des Reichs Regiment gehandelt werden etc. *& d. Ann. 521. post. pr.* nec Cameræ præjudicarit; huicque ubi d. Ann. 30. post electionem Ferdinandi desiit, post aulicus Imperii Senatus surrogatus sit, atque surrogatio cum omnibus juribus & privilegiis, nisi de exceptione doceatur, facta intelligatur.

ligatur *Cravet. conf. 397. n. 2.)* in imperio nostro Romano Germanico præter ordinarium Cameræ Sprirensis judicium so des Reichs vnd dessen Stände höchstes vnd leztes Gericht *Receß. Imp. d. Ann. 1530.* §. dieweil nun/ correspondentes, *Ratispon. d. Ann. 613.* aliud æquè summum & postremum non agnoscunt, frustranea; qua de, jam non tacta plurib. in disput. ad Ordin. Cam. conf. Gründlich relation deß jenigen so bey den jüngst zu Regenspurgk vorgewes. Reichstag von der Evang. Correspondirenden ChurFürsten vnd Stände gesandten verhandelt *Meteran. L. 30. ad Ann. 613. Schrad. d. Feud. p. 10. Sect. 2. n. 27.*

53. Quo jam præsupposito *arg. t. 27. p. 2. Ord. Cam. incipit: Cæsar. Sleidan. L. 1. circ. fin. transact. Passavi.* & querelarum Albertiet Mauritii apud *Sleidan. lib. 21. Thu. L. 9. & 10.*) videtur adhuc pro Austregis contra aulam imperatoriam disputandum.

54. Quia I. extra controversiam diss. aulam Imper. ceu cameram, cum qua ubivis concurrit *t. 27. p. 2. Ordin. Cam.* esse judicium ordinarium; austregarum vero extraordin. & privilegiatum, *p. 2. t. 1. 2. 3. ord. cam. Frid. Mindan. L. 1. d process. c. 16. n. 1. 2. 3.* Dd. commun. ceu ergo species derogat generi *l. in toto d. R. J. L. 2. de trit. vin. ol. legat.* privilegium juri communi *arg. c. privilegium 3. dinct. ubi Dd. c. in his d. V. S.* ita etiam judicium singul. sive privilegiatum ordinario cam sive aulæ *ard. d. t. 1. 2. p. 2. ord. Mindan. c. 16.* II. Quia sic status immediatati haberent tãtùm unam instantiã, ipsorum causæ quæ tamen semper momenti majoris, minus diligenter tractarentur, & sic deterioris essent conditionis, quàm mediati *conf. dicta. n. 28.*

55. III. Quia certum & regula, status immediatos conveniendos coram austregis *t. 1. 2. 3. 4. Ordin. Cam p. 2.* & huic nullibi in Recessib. quoad aulam derogatum. Ergo. IV. Regimento Imp. successit senatus aulicus: at id habuit causas peculiares publ. & Cameræ vel Austregis non derogavit *d. Ordin. Regim. d. Ann 1500. & an. 521.* nec etiam de Senatu aulico aliud dispositum. Erg. V. Privilegiati status in quantum Austre-

Austregis non renunciarunt, in tantum adhuc illis gaudent: quia renunciationes strictissimæ *Paur. d. jurid. 2. c 5. n. 60. & seq.* At vero tantum quoad cameram (non etiam aulam) in quibusdam causis (extra quas indistinctè habent instant: privileg. *d. Ord. Cam. d. Ann. 495. tit.* wie Prælaten Graven etc. *tit. 2. 3. 4. p. 2. ordin.*) renunciarunt austregis §. nach dem sich auch *Rec. Imp. d. Ann. 548. p. 2. tit. 8. Ordin. Cam.* Et extra illas gaudent austregis.

56. Nec hanc collectionem *Paurmeist. d. L. 2. c. 8. n. 139.* à primis instantiis non ad aulam sed cameram tantum appellatur, & principes jud. austregas detrectantes in Camera tantum conveniuntur non in aula: E. inviti in prima instantia in aula principes & alii immediati conveniuntur, probant & admittunt correspondentium legati in Comit. Ratisp. d. An. 13. ut videre in *alleg.* gründl. Relation *& Meteran. d. L. 30. ad d. Ann. 613.*

57. Et sanè si hoc concedendum, nescio quo bono beneficium austregarum P.P. & alii immediati haberent & qui privilegium dici possit, si quod ratione cameræ datur, respectu aulæ adimitur.

58. Tandem ita disputo: Si causæ statuum coram aula Imper. agendæ, Ergo vel per viam querelę simplicis, vel appellationis. Non illâ, quia omnes causæ immediatorum in prima instantia pertinent ad austregas (nisi quib. renunciarunt *d. t. 8. pr. ord.*) & his etiam relinquendæ *tit. 2. 3. 4. cum. tit. 1. p. 2. ordin.* nec hac: quia sic ad cameram devolvuntur *Paurm. ipsius c. 4. n. 134.*

In quibus causis habent Austregæ locum.

59. Causas circa quas Austregæ occupatæ, quod attinet, de civilibus expeditum, quod hæ, si non jure ordinationis reperiantur exceptæ, jurisdictionem Austregarum fundent *tit.* wie Prælaten/Graffen/Freyherrn etc. Churfürsten zu

Mm recht

recht fordern mügen *in verbu.* berüret dan die Sach verbriefft oder unverbriefft Schuld / Zusag oder Verheissen. *Ordin. Cam. Wormat. d. Ann. 495. tit. 2. tit. 3. in verbis*, an den er spruch oder forderung vermeint *tit. 4. in verb.* Warumb oder was ursachen das were. *part. 2. Ordin. Cam: at de criminalibus non item.*

60. Alii distinguunt, an Immediatus privilegiatus in alieno territorio delinquat; & Domini territorii fundari jurisdictionem dicunt *per l. 7. §. pen. l. fin. ff. de accusat l. 1. ubi Senator vel clariss:* an vero in proprio, & sic Imperatoris.

61. Verum privilegium primæ instantiæ sive Austregarum etiam privilegiatis Imperii proceribus in criminalib. competere placuit *Petro Fridero, Mindan L. 1. c. 9. n. 3. process. M. Stephan. de jurisdict. L. 2. p. 1. c. 3. membr. 3. n. 49.*

62. Monetur, quod verba *ordinationis tit. 2. 3. ibi* spruch oder forderung *& tit. 4. ibi* warumb oder was Ursachen das were / *part. 2. ordin. Cam. confer. Rubr.* wie Prælaten / Graffen / Freyherrn etc. Churfürsten zu recht fordern mügen *Ordin. Cam. Worm. d. Ann. 95.* sint generalia & criminalia includant, ac verbis Spruch / Forderung / Warumb / was Ursachen litis, causæ, negotii, causæ crimiuales veniant *l. ex judiciorum 20. ff. d. accusat. l. in criminali q. d. jurisdict. Cujac. 24. observat. 16. & 9. observ. 21. & alleg. Rubr.* wie Prælaten / Graffen / est satis generalis & clara in verb. berürt dan die Sach verbriefft oder unverbriefft Schuld / zusagen oder verheissen / betrangt oder entsitzung etc. per verba vero generalia de omnibus cogitatum censetur *l. qui jure de jure milit.* & illa etiam expressa dicuntur, quæ in generali verborum importantia hærent *Thomin. decis. 1. n. 18. Panorm. c. quamvis n. 157. de pact. in 6.* ac omni jurisdictione concessa ettiam causarum criminalium cognitio concessa intelligitur *Paurm. d. jurisdict. L. 2. c. 9. n. 24.*

63. Quib. accedit, quod causæ criminales, ut in quibus non de stillicidiis, aut alia levi re sed de vita & fama agitur *l. addictos 29. C. d. appellat* sint quavis civili graviores, & ideo maximè interfit, status immed. plures hic habere instantias, in quibus diligentius ponderentur &c.

64. Et

64. Et Imperatorem jurisdictionem criminalem commissariis vel delegatis mandare posse certũ *& l. un. C.* qui pro sua jurisd. ubi *Dd. l. 2. C. d sacril. Scip. Gentil. L. 3. de jur. c. 29. M. Steph. L. 1. de jurisd. c. 3. n. 57.* in tantum ut alii tenent (contra quos tamen disputant *Muscorn. de jurisd. n. 136. Obrecht. in eod. argum. c. 5. n. 25. Caval. q. 387.*) delegatum Cæsaris etiam alii causam criminalem subdelegare posse *Boer. decis. 6. n. 8. Gentil. 3. d. jurisd. 28. Gail. 1. obs. 97. n. 14. Guid. Pap. decis. 624. per. d l. un.* judices vero Austregarum sunt Commissarii & deputati Imperii. vel statuum *d. part. 2. Ordin. tit. 2. §. 1. t. 4. Gail. 1. obs. 1. n 52.*

65. Contrà negant *Rutg. Rulant. de Commiss part. 1. Lib. 3. c. 2. n. 4. in fin. Vult. ad l. 1. n. 48. C. ubi senat. vel. clarissim.*

66. Eo I. quod causæ criminales non transeant, nisi nominatim & expreslè demandentur, utcunqne jurisdictio generaliter vel indefinite mandetur. *l. 1. ubi Dd. ff. de offic. ejus cui Knich. de vestit. pact. p. 2. c. 1. n. 20. & n. 101.* Judicib. vero der Außträg in Ordin. vel recessib causas criminales nominatim datas non probatum nisi vero specialiter notentur, notabiliter quæ fiunt, neglecta videntur *l. item apud §. hoc edictum 26. ff. de injur.* & casus singulares non expressi habendi pro omissis *arg. l. quicquid 99. ff. de verb. oblig.* maxime ubi facile fuit legislatorem eos exprimere *Surd. decis. 202. n. 9. & 10.*

67. II. Quia in quibus causis deficit cognitio & jurisdictio Cameræ, in iisdem etiam judicum der Außträg/ ratio consequentiæ, quod à judicibus Austregarum ubi vel sententia lata exequenda, vel ut iniqua reformanda, uti etiam in casibus protractæ vel denegatæ justitiæ ad cameram deveniendum *tit. 2. §. fin. tit. 4. §.* dieselben *tit. 26. in pr. p. 2. Ordin. Gail. 1. obs. 1. n. 52. Frid. Mindan. L. 1. process. c. 19. n. 1. & 4.* At verò in criminalib. deficere jurisdictioné cameræ & ad hanc causas capitales nec per simplicis querelæ, nec per provocationis viam pertinere communiter placet per *tit. 28. §. Item* nach dem *part. 2. ordinat. Myns. cent. 2. obs. 98. n. 7. & cent. 4. observ. 41. Gail d. observ. 1. nu. 27.* quem multis defendit contra Mindanum *Rutg. Rulant. tr. de commiss. p. 1. L. 2. c. 3. Bend de*

Revis. c. 33. n. 22. Rauchbar. p. 2. q. 8. n. 47. Vult. ad l. 1. C. ubi Senat. vel clariss. n. 48. contra quos tamen pro jurisdictione Cam. in criminalib. disputant *P. Frid. Mindan. L. 1. c. 9. n. 2. Denaiu. in Disp. de mero Imper. Cam. M. Stephan. de jurisd. L. 2. p. 1. c. 3. n. 190. & ipsus* in Dispute. Camerall. idem tento.

68. Facit. III. quod judicia der Außträg fori quædã privilegia, immediatis concessa *Mindan. d. c. 19. n. 1.* In criminibus vero sive delictis privilegia non attenduntur *Auth. Qua in provincia C. ubi de crim. agi oport. Novel. 69. c. 4.* quod omnem honorem reatus excludat *l. 1. C. ubi Senator. vel clarißim.*

69. Urgetur (IV.) quod judicibus judiciorum conventionalium der sonderlichen gewillkürten Außträg Commissarii Ordinat. sive judices Austregarum æquiparantur *d. tit. 2. in pr. part. 2. ordin.* Illi vero ut arbitri in famoso delicto, vel re, de qua judicium publicum constitutum non judicant *l. non distinguemus 32. §. Julianus 6. ff. de receptis qui arbitr.*

70. Tandem allegant consuetudinem sive praxin, quâ tantum causæ civiles, (criminales non item) coram Austregis discutiantur: praxin autem esse legum ac privilegiorum interpretem *l. 37. ff. d. ll. Bald. in cap. vn. de Feudo sive culpa non amittend. Knichen de Sax. non prov. privil. verb. provoc. c. 1. n. 129.* ac ab ea non esse recedendum *l. minime ff. d. ll. Bald. cons. 472. 2. collat. L. 1. Joh. d. Arnon. in præfat. prax. ad lectorem* & interpretationem secundum eam fieri *Bald. ind. c. 1. d. Feudo sine culpa* non amitt. &c. certum.

71. Pro resolutione contrariorum nota I. verba generalia secundum materiam subjectam intelligenda *l. 215. d. V. S.* *quæ hic talis*, ut merum imperium non sub generali sed speciali tantum concessione veniat *d. l. 1. d. offic. ejus Menoch. 2. præs. 97. n. 19. Knichen d. p. 2. de vest. pact. c. 1. n. 69.* II. In criminibus, cum ob ipsor. odium in iis privilegia cessent *d. Auth. quia in provincia* uti etiam dignitates *d. l. 1. C. ubi senat.* ac appellationes prohibitæ sint *Recess. Imp. d. Ann. 530. §. item als jetzt etliche Zeit. tit. 28 p. 2. Ord. Cam. Gail. d. obs. 1. n. 28. Mynß. 2. obs. 98. n. 4. Mind. 1. proc. 9. n. 3. Bend. de Revis. c. 33. n. 11. Mull. 4. Sem. c. 33. Cothm. cons. 14. n. 15. Knichen. d. privil. Sax verb. jur.*

c. 1. n.

c. 2. n. 11. plures instantias non necessarias. Et tandem à posse ad esse firmiter non concludi, & principem potius intelligi secundum, quam contra jura rescribere.

72. Quæ ita non sine fundamento disputantur: cæterum quia in Disputationib. ad Ordin. Cameræ contendo causas criminales non capitales so keine Leibstraff vff jnen tragen ad cameram pertinere *per tit. 28. p. 2. Ordin. Cam.* ubi exceptio in criminib. so Leibstraff vff jhnen tragen / arguit regulam in contrarium in crim. non capitalib.

73. Et maxima hæc, merum imperium non nisi certâ lege nominatim & specialiter dari *l. 1. d. offic. ejus* patitur restrictionem in generali & omnimoda jurisdictionis concessione *arg. l. 7. § 2. ff. de offic. procons. junct. l. 6. 8. 9. ff. Eod. Mascor. d. jurisd. & p. 2. tit. 27. Ordin. Cam.* ideo adhuc pro Austregis disputo, ut scilicet in illis criminibus, de quib. cognoscere potest camera, etiam Austregæ locum habeant uti plurib. & solidius videbitur ex *dd. disputt. meis ad Ord. Cam.*

74. Quid de causis matrimonialibus? Hic Dd. variant: alii enim secularibus: alii Ecclesiasticis: alii Cameræ: alii Imperatori hîc cognitionem & jurisdictionem tribuunt.

75. Videtur referre, an causa sit de substantia matrimonii, an vero de hujus accessoriis & incidentibus. Sin hoc, non dubium, quin immediati privilegiati coram Austregis: & immediati non privilegiati in Camera forum sortiantur, per generalitatem *dd. tt. 2. 3. 4. Ord. Cam. Mindan. L. 1. process. cap. 10. membr. 2.* Sin illud, immediati privilegiati primam instantiam coram Austregis habebunt: cùm quia titul. wie Prælaten / Graffen / Churfürsten / Fürsten zu recht erfordern mögen *Ordin. Cam. d. An. 495.* zu Wormbs auffgericht *in verb.* zusagen oder verheissen & *tit. 4. p. 2. Ord. Cam. in pr. in verb.* warumb oder was vrsachen das were etc. sunt generales, & causas matrimoniales alias in specie nullibi exceptas (de non exceptis autem judicandum juxta genus & regulam l. patre furioso ubi Dd. ff. de his qui sui vel alien. juris) benè includunt: tùm quia actori partim Ecclesiasticis partim secularibus nominatis à Reo principibus *d tit. 2. Ord. Cam. part. 2.* Ecclesiastici

 fuerint

fuerint eligendi *Mindan. d. membr. 2.*

76. Immediati vero non privilegiati, ut Comites, Barones, Prælati &c. in Camera: cùm quia tit. Ord. Cam. est generalis tùm quia tàm Ecclesiastici quàm seculares ordines suos in Camera habent surrogatos & vicarios. *t. 8. p. 1. Ord. Cam. t. 1. p. 1. Visit.* Abschiedt *d. Ann. 70.* §. dan ob wol *Mynſ. 4. obſ. 5. Gail. 1. obſ. 1. num. 7.* ut sic Camera satis competens. *vid. Mindan. d. l. membr. 2. in fin.*

77. Qui mediati in talibus causis habent instantiam coram Consistoriis vor den Geistl. Consistorien oder Ehegerichten.

78. Ceu quoq; in toto jure generi per speciem derogatur: ita Austregarum judicibus in Feudis per horum judices speciales: qui in Feudis majoribus, ut Ducatib. Comitatib. Baronatib. Imperator *tit. 7. p. 2. Ord. Cam. Gail. 1 obſ. 1. nu. 31.* (an solus cum consiliariis in aula, mit des Reichs Hoffrath/ an v. cum Electorib. & principib. Imperii ceu paribus curiæ mit der zuziehung der Chur vnd Fürsten des Reichs/ uti judicavit Frideric. I Imp. inter Danos, d. quo ita Gunther L. 1.

Hac etiam geminos Petrum simul atq; Guidonem
Danorum proceres, quos inter sanguine junctos,
Moverat ejusdem regni dissensio litem
Evocat, ac tali causam ratione diremtam

Terminat. &c.) Carolus V. de Cattorum ditione *Thuan. L. 5. & L. 10.* ac urgent Mauritius, Albertus & rex Galliæ apud *Thuan. L. 9. Sleidan. L. 24.* & pluribus legati correspond. in Comitiis Ratispon. *ap. Eman. Meteran. L. 30. conf Oseas Schadæus p. 4. l. 2. contr. Sleidan. vid.* die kurtze vnd gegründete bericht vber dieser Frage(quasi)in minorib. Domini vel pares curiæ *c. 1. de controversia Feudi apud pare termin. 2. F. 16. Mindan. c. 19. n. 9. Schrad. p. 10. sectio. 2.*

79. Causam pacis publicæ fractæ quoq; corã Austregis reo consentiente peragi posse videtur innuere §. vnnd sol auch einen jeden, *tit. 10. p. 2. Ordin. Cam.* licet alias ad Cameram pertineat *d. t. 10. Mind. d. L. 1. c. 20. & 21.*

80. Quis in Austregis sit processus, & quæ frequententur

tentur formulæ est in *d. tit. 2. 3. 4. 5. p. 2. Ordin. Cam. Schuan. & Otto. Meland.* ex quibus hæc petenda.

81. Qui ut intra semestre vel annum & diem, justæ protractionum causæ si subsint, finiatur, curandum *p. 2. Ord. Cam. tit. 4. §.* dieselben Neun Räthe/ *tit. 3, in fin.* nihilominus terminus hic cum in causis gravioribus præcisè servari non queat & post eum sententia feratur; hæc de stylò Cameræ non est nulla sed valet *Mindan. d. c. 19. n. 5.* licet de jure communi secus *l. properandum C. de judic.*

82. Sive autem sententia hæc sit exequenda, sive ut iniqua reformanda utrumque scilicet & Executio & appellatio ad Cameram pertinet *Mindan. d. c. 19. n. 1. & 4. Gail. 1. obs. 1. n. 52. §. 2. t. 2. Ord. Cam. §.* Darauff *vers.* doch soll.

83. Quibus in causis & casibus privilegiata instantia cesset est apud *Mindan. d. L. 1. cap. 20.* per totum, quô me studiô brevitatis refero.

DIS-

fuerint eligendi *Mindan. d. membr. 2.*

76. Immediati vero non privilegiati, ut Comites, Barones, Prælati &c. in Camera: cùm quia tit. Ord. Cam. est generalis tùm quia tàm Ecclesiastici quàm seculares ordines suos in Camera habent surrogatos & vicarios *t. 8. p. 1. Ord. Cam. t. 1. p. 1. Visit.* Abschiedt *d. Ann. 70.* §. dan ob wol *Mynſ. 4. obſ. 5. Gail. 1. obſ. 1. num. 7.* ut sic Camera satis competens. *vid. Mindan. d. l. membr. 2. in fin.*

77. Qui mediati in talibus causis habent instantiam coram Consistoriis vor den Geistl. Consistorien oder Ehegerichten.

78. Ceu quoq; in toto jure generi per speciem derogatur: ita Austregarum judicibus in Feudis per horum judices speciales: qui in Feudis majoribus, ut Ducatib. Comitatib. Baronatib. Imperator *tit. 7. p. 2. Ord. Cam. Gail. 1 obſ. 1. nu. 31.* (an solus cum consiliariis in aula, mit des Reichs Hoffrath/ an v. cum Electorib. & principib. Imperii ceu paribus curiæ mit der zusiehung der Chür vnd Fürsten des Reichs/ uti judicavit Frideric. I. Imp. inter Danos, d. quo ita Gunther L. 1.

Hac etiam geminos Petrum simul atq; Guidonem
Danorum proceres, quos inter sanguine junctos,
Moverat ejusdem regni dissensio litem
Evocat, ac tali causam ratione diremtam
Terminat. &c.) Carolus V. de Cattorum ditione *Thuan. L. 5. & L. 10.* ac urgent Mauritius, Albertus & rex Galliæ apud *Thuan. L. 9. Sleidan. L. 24.* & pluribus legati correspond. in Comitiis Ratispon. *ap. Eman. Meteran. L. 30. conf Oseas Schadæus p. 4. l. 2. contr. Sleidan. vid.* die kürtze vnd gegründete bericht vber dieser Frage (quasi) in minorib. Domini vel pares curiæ *c. 1. de controversia Feudi apud pare termin. 2. F. 16. Mindan. c. 19. n. 9. Schrad. p. 10. section. 2.*

79. Causam pacis publicæ fractæ quoq; corã Austregis reo consentiente peragi posse videtur innuere §. vnnd sol auch einen jeden, *tit. 10. p. 2. Ordin. Cam.* licet aliàs ad Cameram pertineat *d. t. 10. Mind. d. L. 1. c. 20. & 21.*

80. Quis in Austregis sit processus, & quæ frequententur

tentur formulæ, est in *d. tit. 2. 3. 4. 5. p. 2. Ordin. Cam. Schuan. & Otto. Meland.* ex quibus hæc petenda.

81. Qui ut intra semestre vel annum & diem, justæ protractionum causæ si subsint, finiatur, curandum *p. 2. Ord. Cam. tit. 4. §.* dieselben Neun Räthe; *tit. 3. in fin.* nihilominus terminus hic cum in causis gravioribus præcisè servari non queat & post eum sententia feratur; hæc de stylò Cameræ non est nulla sed valet *Mindan. d. c. 19. n. 5.* licet de jure communi secus *l. properandum C. de judic.*

82. Sive autem sententia hæc sit exequenda, sive ut iniqua reformanda utrumque scilicet & Executio & appellatio ad Cameram pertinet *Mindan. d. c. 19. n. 1. & 4. Gail. 1. obs. 1. n. 52. §. 2. t. 3. Ord. Cam. §.* Darauff *vers.* doch soll.

83. Quibus in causis & casibus privilegiata instantia cesset est apud *Mindan. d. L. 1. cap. 20.* per totum, quò me studiò brevitatis refero.

DIS-

DISCURSUS
TRIGESIMUS SEPTIMUS

De

JURE VE-
NANDII,

QUEM

Auspicio & auxilio SS. Triados

Consensu & approbatione
Amplissimæ in florentissimâ Sala-
nâ facultatis Juridicæ

PRÆSIDE

Clarissimo & consultissimo Viro

Dn. JOHANNE Reuter J. U. L.
Præceptore suo colen-
dissimo

Publicæ discussioni subjicit atq. proponit

Otto Wilcke von Bodenhausen/
Eq. Brunsuic.

IN

IN NOMINE DOMINI SERVATORIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI AD OMNIA CONSILIA omnesque actus semper progredimur l.2.C. de off. præf. præt. Afric. &c.

De JURE VENANDI.

PRÆFATIO

Docet nos JCtus Paulus in l. 25. ff. de liber. legat. *ea, quæ sunt antiquissima, & maximè quotidiana, sæpius esse attingenda, atq; tractanda; Cum itaq; jus venandi sit antiquissimum, quia modis acquirendi jure naturali sive gentium dominia, adscribitur,* l. 1. & l. 3. ff. de acquir. rer. dom. §. 12. Inst. de rer. divis. *item quotidianum, quia videmus quotidiè inter Principes, Comites, Barones, Nobiles, &c. de jure venandi, seu occupandi fera animalia exoriri lites atque controversias acerbissimas, quibus non rarò à verbis ad verbera, cum maximo detrimento atque incommodo innocentium subditorum perveniant; teste* Harprecht. in comment. Instit. ad §. 12 de Rer. divis. *Proinde paucis in præsentiarum de Venatione, materia valde eleganti, subtili & frequenti pro ratione instituti, cum Deo agemus. Ut autem certâ methodo hanc disputationem comprehendamus; Ideo* 1. *videbimus Etymologiam venationis.* 2. *Ejus definitionem* 3. *Divisionem.* 4. *Quid veteri & hodierno jure obtinet.* 5. *De iis, qui venari possunt.*

6. Ubi venari liceat. 7. De modo, tempore, & loco venationis 8. De pœna contra Edictum Principis venantium. 9. De amissione juris venandi, Quod ut felix faustumque sit, aggrediemur jam materiam ipsam.

THESIS.

I. Etymologia,

Est autem venationis vocabulum polysemon *gloss. & Dd. c. 1. x. de cler. venat. Wesenb. in parat. n. 7. ff. de acquir. rer. dom.* Quia (1) est venatio arenaria *Lipsius 1. Saturnal. 14.* Quæ olim erat quando quis intromittebatur in arenam cum bestiis pugnaturus operâ ejus ad id conductâ, *l. 1. §. 6. vers. & qui ff. de postuland. Nov. 105. c. 1. Pruckman. in tr. de Regalibus §. venatio cap. 3. Hillig. in Donell. Enucl. 18. cap. 3. lit. B. Andr. Gail. lib. 2. obs. 68. n. 8.* Quæ & hodiè Moschis usitata *L. B. ab Herberstein in descript. Moscoviæ.* (2) Est venatio adulatoria, quæ fit per verba, quando alterius dicta & voces aucupamur, quæ admodum frequens nostris hodiernis Pseudopoliticis *Balduin. in homil. super evangel. Matth. 2. in fin. Pruckman. in tract. de Regalib. §. venatio cap. 3. Cic. pro Cluent. Georg. Mor. tr. de venat. p. 1. c. 1. n. 5.* (3) Est Venatio oppressiva hominum *Harprech. in comment. Instit. ad §. 12. Instit. de rer. div.* ad exemplum Nimrodi robusti venatoris *Genes. 10. vers. 9. cap. 4. non est, dist. 6. in fin. Andr. Osiand. ad c. 10. Genes.* qua homines opprimebantur atque trucidabantur *Michæ. 7. vers. 2. Jerem. 16. vers. 16. Petr. Gregor. Syntagm. lib. 31. n. 1. c. 9. Bodin. de Republ. lib. 1. c. 6. p. 72.* (4) Est venatio saltuosa, quæ fit cum cornu & clamore adhibitis canibus venaticis *l. 28. l. 29. ff. ad L. aquil. l. 55. ff. de rer. acquir. dom. & lib. 2. feud. tit. 27. vers. nemo retia*, Ideò clamosa, vel clamorosa, saltuosa sive sylvatica, quandoque & recreativa indigitatur, *Andr. Gail. lib. 2. obs. 68. num. 8. & 9.* quæ est callida ferarum illaqueatio, & Germanis vocatur,

das

das Gejägt/die Wildban/ Wildbans oder Jagtsgerechtigkeit/ Forstrecht oder Forstliche Obrigkeit / licet hæc maximè inter se differant *Harprecht.ad tit.Instit.de rer.divis.in §.12.num. 263. Weh.in pr.observ.verb.* Forstrecht *Stephan.de jurisd.lib.2.p.1.c.7. n.440.memb.1.*

2. Quarum tres priores species rejicimus, quia naturæ repugnant atque illicitæ sunt *can. sunt plurimi 11. caus. 6. q. q.1.can.sunt nonnulli dist.46.Can.non est,§.his itaq.in fin.distinct. 6.l.1.§.removet 6.vers. & qui operas ff. de postuland. Pruckman. in tract.de regalib.§.venatio c.3. Sebast. Medic. in tr. de venat. q.1.Andr.Gail.lib.2.obs.68. num.8. & 9.* Quartam & ultimam verò retinemus arg.*Genes.1.v.26. Ps. 8. v.7. §. 11. & 12. Instit. de rer.divis.Aristot.lib.1.Polit.cap.2. & 5. Duar.ad tit.de acquir. rer. dom.c.2.* tàm ob finem venationis minus principalem, qui consistit in commodis rei œconomicæ inservientibus, non in commerciis, quæ Principe ac viro nobili indigna *l. 6. ne quis C.de dignit.l.3.nobiliores C.de commerc.Besold.in disc.Polit.c.3.n.6.Benev.Strach.de mercat. p.3.n.14.* animalia enim omnia à Deo creata sunt ad hominis usum& utilitatem, ut hominibus uberior & commodior victus & amictus esse possit *Lactant.de ira Dei c.13.Cic.2.de nat.Deor.Arist.1.Polit.c. 8.Wesenb.in ff.par.n.7.de acq. rer. domin.* quàm ob principalem ferarum sc.capturam atque intermedium finem, qui in corporis exercitatione atque delectatione consistit. *Pruckman. de Regalib.§.venatio c.2.n.38. & seqq.* Ideoque omni tempore Heroes Magnanimi huic exercitio operam dederunt *Schonborn.in Polit.lib.2.c.28.Tiraq.de nobilit.c.7. n.141.* Quia corpus habile reddit, ad bellicos usus, ut quis cordatior & promptior in conflictu efficiatur, cum palæstra, & umbratilis militia esse dicatur *Cic.de nat. Deor. Andr. Knichen. de jure Sax.verb.Ducum.c.5.§.* Wälder *Joh.à Chokier.lib.5.thesaur. pol. c.20.* tamq; valetudini firmandæ & conservandæ quàm animo excitando inservit *Xenoph.in lib.de venat. Ranzou. de conserv.valetud.c.9.Plin lib.1.Epist.6.& l.9.Epistol. 10. Menoch. 2. arb.jud.c.413.n.10* Imprimis autem Germanos huic exercitio operam dedisse; refert *Schonborn.Polit.l.2.c.28.Lips.in Tacit de*

morib. Cæsar. lib. 6. bell. Gallic. pag. 25. Tiraq. de nobil. c. 37. n. 141. Inde Imperii Proceres Romani ordinarium Imperii venatorem olim constituerunt, cujus dignitas hodie ad Duces Würtenbergicos translata, *uti vult Freber. lib. 1. orig. c. 15. pag. 107. Dan. Otto in Jur. Publ. c. 14. pag. 525.* & argumento nobis esse possunt insignia eorum cornu venatorio, & cervino exornata *Dan. Otto, & Freber. d. loco.*

3. Proinde Venatio & licita & honesta, cùm tam jure divino & naturali, quam civili & canonico regulariter permittatur, atque concedatur arg. *Genes. 1. vers. 26 & 28. Lev. 17. v. 13. Ps. 8. vers. 7. 8. 9. Jerem. 27. v. 6 1. Corinth. 15. v. 27. can. 7. dist. 1. arg. §. 12. Instit. de rer. divis. l. 1. & l. 3. ff. de acquir. rer. dom. l. un. C. de venat. ferar. Arist. lib 1. Polit. c. 2. Duar. tt. de acquir. rer. domin. c. 2.* eò quòd commeatui & annonæ multum conducat, ob id etiam Legislatores multas immunitates venatoribus concedunt, *l. ult. ff. de jure immunit. Pruckm. de regalib. c. 4. §. venatio n. 6.* Ideoque in se honesta & licita & Principe, viroque nobili maximè digna *Gail. 2. obs. 67. n. 1. Tiraq. in tract. de nobilit. c. 37. n. 139. Sebast. Med. in tract. de Venat. part. 3. quæst. 42.* Nec facit, quod venari sit servile officium *Sueton. in Tiberio c. 19. Georg. Mor. de Venat. p. 2. c. 10. n. 3.* & maxima secum ferat incommoda *c. 14. dist. 86. Arnis. de jur. Maj. lib. 3. c. 4 n. 8. Noë Meurer in lib.* von Jagt vnd Forstrecht *p. 2. pag. 39.* Sed illud fit ex immodico venationis usu & sic abusu, qui abusus nullo modo potest tollere verum usum, ideoque maximo vitio datum hoc fuit Henrico I. Aucupi, Hadriano, Maximiliano I, aliisque Imperatoribus, atque principibus, quod seposita omni Reipubl. cura, per totum tempus vitæ huic exercitio nimium sese dederunt *Arnis. de jur. Majest. lib. 3 c. 4. n. 8. Tiraq. de nobilit. c. 37. n. 149. Krantz. in Saxon. lib. 2. c. 8. in pr.* Si itaque quædam incommoda ex venatione proveniunt, illa tantum fiunt ex accidenti, nec venationi per se asscribenda, aliàs omne bonum per se esset improbandum cùm nihil tàm bonum & utile, cui non accedere posset aliquod malum. Nec movet quod in *c. 9. & 10. distinct. 86.* venandi dicatur nequissima; *Ideo* Spangenberg im Jagteuffel, *& Keckerm. in system. polit. lib. 1. c. 3.* testantur, Venatorem per cavillum describi, quod sit bestia sedens

dens

dens super bestiam, & insequens bestias, sed illa sunt exaudienda de venatione illicita, seu de venationibus arenariis, qui cum summa ignominiâ & dedecore sanguinem promercalem habent & pro vili precio per decertationem vendunt *Donell.18.com.c.7.& ibi Hilliger.lit. S. Gail. 2. obs. 68. n.8.* Non autem de venatione in se considerata, quæ est res indifferens, & ex tempore, loco, modo, persona & causa, modò licita, modò illicita & inhonesta esse potest. *c. quiquis dist. 41. B. Luther. in comment. ad cap. 25. Genes. fol. 339. Tiraq. in tract. de nobilit. c. 37. Petr. Heig. part. 1. quaest. 15. n. 8.*

41 Est itaq; venatio jus sive facultas investigandi & capiendi feras terrestres eo animo instituta ut iis captis utamur, iisq; fruamur, *Noe* Meurer *in tract.* vom Jagt vnd Forstrecht *p. 2. tit.* woher Fürstliche Obrigkeit *& c. fol. 12. & 13.* feras autê hic intelligimus, quæ immensam atque infinitam à naturâ liberè vagandi potestatem habent, quarum natura non est cicurata, *Dd. in §. apium. 14. & 15. Instit. de rer. divis. Hottom. in §. 12. feræ enunciat. 1. in fin. Instit. d. rer. divis. Hilliger in Donello Enucl. lib. 4. c. 8. lit. a. Plin. lib. 8. c. 53. Arist. sect. 10. probl. 44.* quibus est natalis seu genitalis feritas *l. 1. §. 10. & ibi Gothofr. ff. si quadr. paup. fecisse dic. pr. Instit. eod.* quæ vagantur in naturali libertate *l. 5. in pr. de acquir. rer. dom. l. 3 §. 14. ff. de acquir. poss.* sive laxitate *l 44. l. 55. ff. de acquir. rer. dom.* & huc etiam referimus feras in sylvis circumseptis im Hägen oder gehägten Wälden Vagantes, quia in libertate naturali relictæ censentur *l. 3. §. 14. ff. de acq. rer. dom.* ideoq; etiam multa accidere possunt, ut eas non capiamus *l. 5. §. 1. in fin. ff. de acquir. rer. domin. Meier. lib. 41. disp. pandect. th. 15. disp. 1.* Per feras autem cicures intelligimus eas, quæ suâ naturâ tales sunt; non verò quæ arte, cura, & industria hominum tales factæ, proinde cervi, ursi, Leones arte cicurati, revera feræ bestiæ manent, *Virg. 7. Æneid. Varro lib. 3. c. 16. Hieron. Mag. lib. 1. miscell. c. 3.* Ita licet mansueti sint pavones *l. 37. de furt.* & gregatim in Italia pasci, perhibeat *Varro lib. 3. c. 5.* nihilominus tamen feræ esse dicuntur *l. 5. §. 2. & seq. ff. de acquir. rer. dom. §. 15. Instit. de rer. divis.* Ita anates, & anseri scilicet non domestici § *16. Inst. de rer. divis. l. 5. §. 6. ff. de acquir.*

Definitio.

Q. 1.

Q. 2.

rer. dom. gloss. juris Saxon. tit. 40. lib. 2. n. 4. in unum fasciculum comprehendit, daß nemlichen alles wilder Natur sey/das man nicht mit dem Hirten hüten mag/ de quibus animalibus, arte & industria hominum cicuratis, & exire, & redire consuetis, talis circumfertur regula; quod videlicet eo usque tua esse intelligantur, quandiu animum revertendi habuerint, quem cum deposuerint, cedant occupanti, nec furtum committitur *§. 15. vers. in iis autem Instit. de rer. div. l. 5. §. 5. de acquir. rer. dom. l. 8. §. 1. ff. famil. ercisc. Baccov. in not. ad Treutler. vol. 2. disp. 20. th. 2. lit. e.* Animum autem revertendi desiisse habere tùm videbuntur, cùm revertendi consuetudinem omiserunt dd. ll. & hoc est, quod habet *art. 119.* Weichbild. Tauben/ Kräen/Alstern/Pfawen/vnd ander Federspiel/das nicht grümmend ist/fleugt es zu Felde/ es ist gemein. Si verò iste animus non revertendi ab alicujus insidiis proficiscatur, ut si vicinus columbis alterius inescationes pararit, tum horum volatilium furtum fit *l. 37. ff. de furt. & expressè l. 8. §. 1. ff. fam. ercisc. fera* itidem istæ; quæ caveis atque vivariis, vulgò Bannforst oder Thiergarten includuntur, etsi natura tales, tamen quia ideò inclusæ ut eas, quandocunque velimus, capere possimus, cicuratis annumerantur; Proinde citra furti crimen capi non possunt *l. 3. §. 14 ff. de acquir. poss. l. 5. naturalem §. 5. vers. cervos. ff. de acquir. rer. dom. l. 62. §. 1. ff. de usufr. Donell. 4. comm. 8.*

Q. 3. | Q. 4.

Divisio.

5. Dividitur autem Venatio in tres species secundùm tres diversas animalium differentias *arg. lib. 1. ff. de acquir. rer. dom,* in piscationem, aucupium, & venationem propriè ita dictam *Wesenb. in parat. ff. de acquir. rer. dom. Treutl. vol. 2. disp. 10. th. 2.* quam ultimam brevitatis causâ jam in præsenti retinemus. Quæ vicissim dividitur ratione adjuncti in venationem clamorosam, quæ fit cum cornu, & clamore, adhibitis canib. venaticis, & placidam seu tacitam, quæ tantùm retibus peragitur *l. 28. l. 29. ff. ad L. Aquil. l. 55. de acquir. rer. dom. 2. feud. 27. vers. nemo retia, Pet. Greg. 39 Synt. c. 10. n. 1. Pruck. tract. de Regalib. §. venatio n. 11. c. 3.* & eam, quæ fit armis & tormentis, aliisque id genus instrumentis, *Dd. supersus allegat.*

Deinde

Deinde ratione objecti venatio subdividitur in jus forestæ simplex seu particulare, das munder-Weidwergk / quo feras minores tantùm capere licet, & summum seu universale, die hohe Jagt / oder Wildban, quo etiam majores venari feras possumus *Harprech.in comment.tit.Instit. de rer. div. §. 12. n. 239.* Num itaque caprearum venatio ad jus forestæ simplex, num verò ad summum referri debeat? Respondemus consuetudinem & mores cujusque loci attendendos esse, cum in aliis locis ad majores, in aliis capreæ ad minores referantur, quod in Thuringiâ, Misniâ, Franconiâ, videre est, probat *Webner.in pr.obs.verb.* Forstrecht *p.164.* Et licet Webner d.loco cum Meichsner.*tom.1.p.2.fol. 6. n. 14. & 15.* distinguere velit inter hoch rot Wilpret / vnd nider rot Wilpret nodum tamen non solvit.

Q.

6. Sed cum venatio tam jure divino & gentium quibusvis hominibus nullo personarum habito respectu sit concessa *Genes.1.vers.26.28. & 30. Ps. 8. vers. 8. & 9. Paul.1. Corinth.19.vers.27. Genes.9.vers.2. Levitic.17. vers. 13. §. 12. fera Instit.de rer.divis.l.1.& l.3.ff.de acquir.rer. domin.* Proinde fera capta occupantis fit tamdiu, quamdiu custodia ejus tenetur, quod si evaserit ejus custodiam, & in naturalem libertatem sese receperit, tum iterum occupantis efficitur *l. 3. §. quicquid l.44. Pomponius ff. de acquir. domin. §. 12. Instit. de rer.divis.* eò quòd earum possessione dominium acquiratur. *l.1.§.1.ff.de acquir.poss.* Ergo amissa possessione ratione correlativorum amittitur etiam dominium *arg.pr.Inst. de his qui sui vel alien.jur. l. 7. ff. eodem l.35. nihil tam naturale ff. de reg. jur. & Dd. ibid.* adeò ut non aliter occupantis fiat, quàm si feram ceperit, licet eam vulneraverit, *§. 13. Instit. de rer. divis. l.5.§.1.ff.de acquir.rer.domin.* cum multa accidere possint, ut feram vulneratam non capiat, *dicto §.13.Dd.ibid.& l.3. §. 2. in fin.ff.de acquir.rer.domin.l.1.§.1.ff.de acquir.vel amit.poss. Duar. c.2.ff.de acquir.rer.dom.Schneidvv.ad §.12.Inst.de rer. divis.*

7. Non solum autem quis venari potest in fundo suo; sed etiam in alieno, & quod ceperit, capientis erit, non ejus cujus est fundus *l.3.§.1.ff.de acq.rer.dom.§. 12.fera; Instit.* de

de rer. divis. gl. in l. Divus 16. ff. de serv. rustic. prædior. eo quod aër communis sit omnibus, & in aëre aves volitant atque bestiæ vagantur, adeoque tum nullo certo loco consistunt, magis aëre, quàm terra contineri videntur, neque sunt illa pars fundi, aut terræ, sed in quocunque sunt loco, sunt in libertate naturali, & sunt communes atque nullius, ac proinde occupanti cedunt, *l. 3. §. 14. l. 26. ff. de acquir. poss. Heig. part. 1. quæst. 15. n. 16.* Nec facit *constitutio Saxon. Augusti de anno 1555. tit.* daß keiner auff des andern Grund vnd Boden jagen/hetzen/Hüner fahen/oder ander Weidewergk treiben sol / qua expresse prohibitum in alieno fundo venari *in pr. ejus tituli, in verbis*, daß ein jeglicher auff sein vnd seiner Leute eigenthümlichen Gütern / vnd Gehöltzern/zu jagen/hetzen vnd Weydewerck zu treiben/vnd einer dem andern auff sein vnd seiner Leute Gerichten / Güter/ Grunde vnd Boden ohne seiner Willen zu jagen/hetzen/vnd allerley Weidewergk zu treiben / sich gentzlichen enthalten solle. *Schneidv. ad §. 12. fera, Instit. de rer. divis.* Sed illa verba exaudienda sunt de venatione, quæ competit ex jure Civili, non quæ ex Jure gentium; Dominus tamen alium aditu & ingressu sui fundi prohibere potest, in tantum, ut non solum injuriarum, qui contra Domini prohibitionem ingressus fuerit, sed & ad damni per ingressum istum domino fundi illati emendationem teneatur *tt. ff. & C. ad L. aquil. l. 3. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. 13. in fin. de injur. §. 12. fera, Instit. de rer. div. l. per agrum 12. C. de servit. & aqua l. 2. §. si quis in mari ff. ne quid in loc. publ. Sixtin. de regalib. §. venatio c. 6. n. 25. Donell. 4. comm. 8. in fin. Rittersh. ad §. 12. Instit. de rer. divis. Cæpoll. de servit. R. P. c. 21. n. 1.* adeò ut venator etiam armata manu prohiberi possit, ne fundum alterius ingrediatur *arg. l. 29. quemadmodū §. 1. vers. aliud ff. ad L. aquil. gl. in l. 3. §. 1. vers. plane ff. de acq. rer. dom. Pruckm. de Regalib. §. venatio c. 6. n. 28. Cæpolla d. S. R. P. c. 21. n. 3.* Ita si venator contra prohibitionem Domini agrum, sylvamque ejus intravit, & monitus, ut exiret, nihilominus tamen in ea permanet, Dominus ingredientem vi & auctoritate propria ex-expellere potest, *arg. l. vim facit ff. vi & vi armat. l. ut vim 3. ff. d. J. & J. l. 45. scientiam §. qui cum aliter ff. ad L. aquil.* cum

Q. 1.

Q. 2.

Q. 3.

mani-

manifesti juris sit, vim vi repellendam esse *l. 1. §. vim. vi ff. de vi & vi arm. lib. 45. §. qui cum aliter ff. ad L. Aquil. lib. 3. ut vim ff. de J. & J.* Quantumvis Dominus fundi venatores in actu venationis detinere non possit, cum privata captura atque incarceratio sit prohibita *tt. C. ne quis in sua caus. judic. tt. C. de privat. carc. inhib. Nov. 134. c. 8. Porr. in §. singulorum tt. Instit. de rer. divis. num. 18. in fin.* Qui tamen, spreta Domini prohibitione, fundum ingrediens, animalia cepit, ea fundi Domino restituere non tenetur, sed pleno jure sibi acquirit *arg. l. 3. §. 1. l. 5. §. 3. ff. de acquir. rer. dom. l. 3. §. item feras ff. de acquir. poss. l. 13. in fin. de injur. arg. Nov. 2. c. 3. vers. sicut enim l. & si quis 14. §. Divus de relig. & sumtib. funer. Capoll. in tract. de servit. R. P. c. 22. nu. 2. Schurff. cons. 1. n. 33. cent. 3. Covarr. in relect. c. peccatum de reg. jur. in 6. p. 2. §. 8. num. 4. & seq. tom. 1. Sebast. Medic. in tract. de venat. quaest. 7. part. 1. n. 15. Bronch. cent. 3. [illegible] ass. 76. Pruckman. in tract. de regalib. §. venatio c. 6. num. 7. Arumi. exerc. Justin. 4. th. 11.* eò, quod ferae in agro meo versantes, meae non sunt, sed nullius, ideo occupantis efficiuntur jure gent. *l. 1. ff. de acquir. rer. domin. §. 12. ferae Instit. de rer. divis.* proinde nec poena restitutionis capiens afficiendus, cum legitimè factum poenam non mereatur *l. 151. nemo l. 155. factum §. 1. ff. de reg. jur. l. 4. Graebus. C. ad L. Jul. de adult.* nec poena privationis locum habet nisi in casibus jure expressis *l. 14. & si quis §. Divus, ibi, poenam tamen ff. de rel. & sumt. funer. Nov. 2. c. 3. vers. sicut enim &c.* actus itaque ingressionis contra Domini voluntatem factus & lege prohibitus, distinguendus, ut diversus ab actu venationis atque occupationis jure permisso atque concesso *arg. §. 12. Instit. de rer. divis.* Si tamen bestiae istae vivariis fuerint inclusae tum nec ingredi alterius fundum, nec ibi capere feras licitum est *arg. l. 62. §. 1. ff. de usufr. lib. 5. naturalem §. 5. vers. cervos ff. de acquir. rer. domin. l. 3. §. 14. ff. de acquir. possess. §. 12. Instit. de rer. divis. Donell. 4. comment. 8.* item si quis per judicem seu magistratum fundum alterius ingredi prohibitus esset, eo in casu fera capta, non fit capientis, sed domino fundi, à quo ingredi venator mandato judicis prohibebatur, restitui debet *Pruckman. de*

Q. 5.

Q. 6.

Q. 7.

Q. 8.

regalib. §. venatio c. 6. n. 25. per l. 7. qui fundum §. qui sciens, pro emtor. l. 8 ff. de pollicitat.

Jus novum.

8. Et hæc quidem olim per jus gentium constituta fuere *arg. §. 12. Instit. de rer. divis.* sed postmodum ex constitutionibus canonum atque Principum, & hodiè ex inveterata Germaniæ consuetudine passim immutata fuerunt *Clem. 1. §. porro à venationibus, de stat. Monach. can. 1. 34. distinct. & can. Esau. 86. c. 1. & tt. de cler. venat. lib. 2. feudor. titul. 27. §. 4. vers. nemo retia ubi Alvarott. Laudens. & communiter Ff. l. 2. ff. de fluminib. Sebast. Medic. in tract. de venat. quest. 8. & 9. prima part. Covarru. c. peccatum de reg. jur. in 6. part. 2. relict. §. 8. tom. 1. num. 3 fol. 237.* Ita cum ali as omnis negociatio clericis sit opprobrio *tt. ext. ne clerici vel Mon. secul. neg. Petr. Gregor. Syntagm. jur. 39. c. 10. num. 14. & de Republ. lib. 13. c. 17. num. 7. Zoannet. tract. de venat. num. 7.*

Q. 1.

Ecclesiasticis personis Venatio non est indistinctè permissa imò distinctæ pœnæ venantibus sunt impositæ, adeò ut si Episcopus contra prohibitionem venationibus indulgeat, tum tribus mensibus à communione, Præsbyter duobus, Diaconus ab omni officio suspendatur; inferiores autem clerici puniantur judicis arbitrio *c. 1. & 2. ext. de cler. ven. can. 2. 3. dist. 34. can. Esau. dist. 86. Clem ne in agro, §. porro de statu Monach. c. 1. ext. ne cler. vel Monach. sec. neg. c. 6. ext. de censib. Sebastian. Medic. in tractat. de Venat. quæst. 8. & 9. part. 1. Georg. Mor. de nigro monte c. 1. num. 17. & 47. in tract. de jur. venand. part. 1. Noë Meurer d. p. 2. tit. welchen Personen vnd Ständen fol. 31.*

Q. 2

Quantumvis feras captas suas faciant nec eas restituere tenentur *can. Esau. dist. 86. c. 1. dist. 34. c. 1. & tt. de cleric. venat. Clem. 1. §. porro venationibus, de statu Monachor. Covarruv. in c. peccatum d. reg. jur. in 6. part. 2. reiect. §. 18. tom. 1. num. 3.*

Q. 3

Bestias tamen nocivas venari & capere possunt *lib. 2. feudor. tit. 27. §. nemo & ibi Alvarott. l. un. C. de venat. ferar. Petr. Gregor. syntagm. 39. syntagm. c. 10. num. 4. Georg. Mor. de venat. p. 1. c. 1. num. 54.* adeo, ut quibusdam in locis, ut de Anglis Gallis testatur *Arnis. de jur. Majest. l. b 3. c. 4. num. 2.* ejusmodi capientes præmio afficiantur: Ita etiam apud clericos hodie contrarium observari videmus: Nam si falcos aut ferarum vivaria habent

Q. 4.

pro-

propria, quorum reditus ex sola venatione consistunt, vel etiam jus venandi in alienis fundis habent acquisitum, & per venatores Laicos ad hæc constitutos venantur, tum iis non interdicitur venatio, *arg. l. 26. de usur. l. 12. §. 12. l. 22. ff. de instr. & instrum. legat. Zoannet. in tract. de venat. num. 31. Schurff. consil. 1. cent. 3. num. 7.* modo necessaria vocationis officia non negligantur, neque modestiæ fines transcendantur, ut si rarò & recreationis causa venentur, tum illis permissum esse dicimus *arg. c. 1. ext. de cleric. venat. c. an putatis dist. 86. clem. 1. §. porrò ubi gloss. CC. communiter Mœnoch. consil. 221. num. 50. & seqq. Tiraq. de nobilit. c. 37. num. 148. Pruckman. de regalib. §. venatio c. 4. n. 46. Sebast. Med. p. 1. q. 8. n. 18. Wesenb. in parat. n. 7. ff. de acq. rer. dom. Georg. Mor. de nigro monte c. 1. n. 46. p. 2. c. 11. n. 16.*

9. Ita ex Imperatoris Friderici constitutione interdictum fuit cæteris hominibus inprimis rusticis & agricolis, ne retia aut alia instrumenta ponant in locis publicis *lib. 2. feudor. 27. § nemo, & Alvarott. & Ff. communiter.* Nam quod privatis permissum, id etiam Principi permittendum erit, *l. 1. § 2. C. de privil. fisc. l. 10. item veniunt & ibi gl. ff. de petit. heredit.* jam verò nemo audet in privatorum agris venari *arg. l. 2. in pr. juncto §. si quis à principe ff. ne quid in loc. publ. l. 2. ibi nisi Imperator vetet, ff. de fluminib.* Ergo nec in loco publico, qui non modò ex jure præeminentiæ; sed etiam ex legum concessione, atque longa usurpatione ad principem pertinet *arg. l. 9. deprecatio ff. ad L. Rhod. de jact. l. 3. littora ff. ne quid in loc. publ.* ursos tamen apros, & lupos etiam in alieno fundo ex constitutione Friderici capere & occidere possunt *lib. 2. feud. 27. § nemo, & ibi Alv.* licet in agris hodiè aliud observari tradat *G. Mor. d. p. 1. c. 1. de ven. n. 6.* Idq; etiam experientia docet: Ita nec hodiè nocivarum ferarum captura cuivis conceditur, sed ad jus forestę pertinet, werde nach deutschẽ gebrauch in die Fürstl. Obrigkeit gezogẽ vñ von sonderbar Fürstl. Regalstück vñ Herrligkeit gehalten/ *Sixt. de Reg. l. 2. tit. 18. in f. Ruding. cent. 5. obs. 63. n. 3.* Nec modo privati interdicũtur venatione in locis publicis, sed etiã in locis propriis, eorumq; agris & sylvis, & hodiè nulli privato nisi ex speciali privilegio vel ex statuto, cõsuetudine, vel præscriptione venari licet *arg. super quibusd. § praterea*

Q. 1.

Q. 2.

 ext.

ext. de p. 5. l. 7. C. de serv. & aqua Fach. 8. contr. 33. arg. l. d. 15. §. 2. d. R. V. l. Lucius ii. de Evict. c. cui licet 54. de reg. jur. in 6. facit l. 45. in fin. ff. de administr. tutor. Schönborn. lib. 5. pol. cap. 29. & l. 2. polit. c. 28. & quidem ex certa, justa & legitima causa Principes privatis venationem rectè ademerunt atque ad se transtulerunt *arg. Jerem. 27. v. 6. & 28. v. 14. Dan. 2. vers. 38. arg. l. si verbera §. 1. ff. de R. V. facit l. fin. C. si contr. jus vel utilitatem publicam l. rescripta C. de pre. Imper. offerend. Arist. 1. Polit. 1. Gesner. super 27. cap. Geneseos Osiander super Jobum cap. 24. Polycarp. Lyser. in Colos. Babylon. tit. de narratione somnii p. 117. Tiraq. in tract. de nobilit. c. 37. num. 4. & 150. Fach. 2. contr. 1. Gail. 2. obs. 67. Heig. part. 1. quæst. 51. n. 21. Noë Meurer p. 2. tit.* Ob eine Obrigkeit ihren Unterthanen das Weidewergk nehmen/ *&c.* daß aber gemeiniglichen *&c. & seq. fol. 37. d. t.* von Jagt vnd Forstrecht. Quæ causa fuit: Ne (1) ferarum omne prope genus ad internecionem usque devastaretur *Wesenb. n. 7. in parat. ff. de acquir. rer. dom. Tiraq. de nobilit. c. 37. n. 150.* Nam si omnibus indistinctè pateret venationis usus, brevi temporis spacio fieret, ut species ferarum interrirent, quas servari publicè interest, *Wesenb. d. loco. Pruckman. d. §. venatio c. 4. n. 51. Fach. lib. 1. contr. jur. c. 1. Georg. Mor. in tract. de J. ven. part. 1. c. 2. num. 26. Arum. exercit. Iust. 4. th. 9.* (2) Ne occasio latrociniis præberetur & hac ratione moti videntur Imperatores, quod armorum usum privatis interdixerint *l. un. c. ut arm. usus. insci. princ. interd. lib. 2 feud. 27. §. 5. de pace tenend. Just. Meier. lib. 21. Pandect. tit. 1. th. 15.* (3) Quia venatio est bello & pugnæ simillima *Georg. Mor. in tr. de jur. venand. part. 1. c. 2. num. 33. & part. 2. c. 12. n. 3.* Omnis autem causa & meditatio belli præcidenda est privatis, ne alioquin ferocientes, mutuis postea concidant telis: Ideoque olim summis tantùm viris & Ducibus convenire venatio judicabatur, *teste Symmach. 5. Epist. 66. Heig. part. 1. quæst. 15. n. 3.* (4) Cum excolere agros, & artificia, multum intersit Reip. *l. 2. C. de feriis auth. agricultores. C. quæ res pignor.* ne privati ab artificiis & agricultura abducerentur. Id quod olim & hodie etiam fieri experientia nos satis docet *Constit. Ludovici Duc. Wirtembergici de anno 1588. ibi* so

bald

so bald sie sich dem Wiltpretschiessen ergeben/werckloß vnd Faullentzer werden. Proinde in jure nostro, quibusdam exercitiis alioquin honestis, certo hominum generi interdictum est, quo magis proprio vacarent artificio *tt. C. ne rustican. ad ult. tt. C. negot. ne milit.* Ideo Philippus Rex Hispaniarum Antverpiæ de anno 1575. singulari edicto cavit ut ignobiles sibi temperarent ab omni Venationis usu *Cunrad. ab* Einsiedel *de Regalib. cap. 3. num. 351. Choppin. de privileg. rustic. lib. 3. c. 12. circ. fin.* Quod si hæ rationes alicui non sufficere videntur, tum dicimus, quod ex interposita prohibitione, atque subsecuta subditorum patientia, per tempus longissimum ex jure præscriptionis principes jus venandi sibi appropriarint, eo quod omnis usucapio usucapienti verum dominium tribuat *pr. Instit. de usucap. lib. 20. ff. ex quibus caus. major. [illegible] §. ult. ff. de acquir. rer. Domin. l. 3. de usucap.* quantò magis immemorialis præscriptio *arg. c. 26. §. praeterea ext. de V. S. Schneidvv. ad §. ex scripto num. 5. Instit. de jur. nat. gent. & civil.* Et sic hodiè non tàm de jure quærendo, quàm quæsito tuendo rectius quæri vul *Bort. de nat. reg. cap. 3. th. 44. lit. b. Andr. Knich. de Saxon. non provoc. iur. verb. Duc. Saxon. c. 5. verb.* Wälde *& c. in pr.* Nec quisquam habet, de quo conqueri queat *Arnis. de jure Majestat. lib. 3. c. 4. n. 9. Wesenbec. n. 7. in parat. ff. de acquir. rer. domin. Pruckman. de regalib. §. venatio c. 4. per tot.* Nec movet, quod venatio sit juris naturalis seu gentium §. 12. *Inst. de rer. divis. l. 1. ff. de acquir. rer. domin.* quod jus nullus principum tollere potest: Sed licet princeps in genere jus naturale aut effectum ejus per totum abrogare non possit ex parte tamen illud limitare atque restringere potest *l. 6. ff. de J. & J.* exemplum habemus in servitute §. 1. & 2. *Instit. de jure personar.* contraria libertati §. 2. *Instit. de jure nat. gent. & civ. pr. Instit. de Libertin.* & sic quantumvis in uno aut altero jus civ. novissimum à jure gent. recedit, nec per omnia ei servit, non tamen id mutatur aut abolet *d. l. 6. ff. de J. & J. Donell. Enucl. Hilliger. 1. cap. 12. lit. E. Georg. Lopez. animadv. c. 4.* Quod autem dicitur; de jure divino venationem omnibus hominibus quibusvis in locis esse *Genes. 1.*

Q4.

verſ. 26. & 28. conceſſam, locus tamen iſte intelligendus eſt de dominatu, non verò de captura ferarum omnibus indiſtinctè permiſſa *arg. c. 9. Geneſ. v. 2.* in verbis & terror veſter, ac tremor ſit ſupra omnes volucres cœli, cum univerſis quæ moventur ſuper terram, eo quod omnes feræ, quantumvis ferociſſimæ, hominem tamen metuant & expaveſcant, eumque ceu Dominum ſuum revereantur, *Pruckman. de regalib. §. venatio n. 47. c. 4.* Quantumvis itaque captura ſit interdicta aut potius reſtricta, non tamen dominatus earum eſt ſublatus *Baccov. in animadv. ad Treutler. volum. 2. diſp. 20. th. 3. lit. A.* Deinde licet *d. c. 1. Geneſ. v. 26. & 28.* loquatur de captura ſeu venatione, quæ omnibus hominibus, quibusvis in locis ſit conceſſa, ſicut tamen Deus in *d. c. 1. Gen. verſ. 29.* homini eadem lege dedit omnem herbam fruendam ejusque dominio ſubjecit, quam tamen ſinguli hodiè ſublata ſcilicet poſt lapſum bonorum communione ſibi vindicare non poſſunt, ob diſtinctionem dominiorum, quæ indefinitam dominii permiſſionem reſtringit ad certos homines, ita etiam diſtinctio ordinum reſtringere potuit jus venandi indefinitum ad certos quosdam homines *Juſt. Meier. in colleg. Argentor. lib. 41. pandect. tit. 1. th. 12.* Proinde facili labore *l. 13. injuriarum §. fin. ff. de injur.* conciliari poteſt, qua dicitur, venationem, piſcationem, atque aucupium prohiberi non poſſe, cum *d. l. 13. §. fin.* loquatur de venatione, piſcatione, &c. quatenus eſt juris communis ſeu juris gent. non verò quatenus eſt juris privati, & per occupationem ſeu præſcriptionem alicui privato quæſita *Bocer. in tract. de regalib. c. 1. num. 68. arg. l. 6. in tantum in pr. ff. de rer. diviſ. l. 7. ſi quisquam ff. de div. & tempor. reſcript.* Nec *d. §. fin.* loquitur de principe, ſed de privato, qui venationem prohibet, adverſus hunc prohibentem actio injuriarum inſtitui, nō verò adverſus principem; quod abſurdum dictu *Speckhan. cent. 1. q. 97. n. 36. Pruckman. in tract. de Regal. §. venatio cap. 4. n. 12.*

10. Ita etiam Electores, Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Imperatorem ut ſuperiorem recognoſcentes ſubditos ſuos prohibere poſſunt, ne in agris ſuis ve-

venentur *Scharff. consil. 1. cent. 3. num. 12.* Nam sicut Vasallus ingenere omnem in re feudali potestatem & utilitatem consequitur quam investiens habuit *Bl. in Re. c. un. quæ sunt regal. n. 1. & in l. 1. quæst. 43. ff. de rer. div.* Ita etiam Princeps, Comes, &c. de principatu aut comitatu &c. omnem potestatem habere intelligitur, quam ipse Imperator in istis territoriis obtinuit *arg. lib. 2. feud. tit. 8. §. rei autem de investit. de re alien. fact. lib. 1. feudor. tit. 5. § fin. quib. mod. feud. amitt. l. 7. usufructus l. 9. item si fundi ff. de usufruct.* Ideò Dux Marchio, Comes, &c. eandem potestatem habere intelliguntur, quam Imperator in universo Imperio Romano habere dicitur *arg. dd. cc. Castrens. consil. 34. super primo dubio part. 2. Br. in l. infamem num. 14. ff. de publ. judic. Ludov. Roman. consil. 59. ad discut. col. 3. Alexand. consil. 2. n. 9. Pol. 1. Prosper. Farrinac. in pr. crim. de inquisit. quæst. 6. n. 7.* Non obstante *c. 9. quod super his, de major. & obed. c. omnes 4. eod.* ubi dicitur quod Episcopi nihil quicquam contra jus canonicum statuere, ita nec principes seculares venationem à jure civili concessam *§. 12. Instit. de rer. div. l. 1. de acquir. poss.* prohibere possunt *d. c. 4. & 9.* Sed quod ibi principes seculares proclamantur, subditos esse debere Episcopis; id verum, quoad negocia spiritualia non verò secularia, ita nec inferiores Episcopis sed maximè superiores, cum majorem in secularibus habeant potestatem, quam Episcopi, & licet inferiorires non possunt tollere legem superioris *c. 16. cum inferior ext. de major. & obedient. Clement. ne Romani 2. in pr. de Elect.* Uti sunt Duces, Marchiones, &c. respectu Imperatoris, in suis tamen Ducatibus & territoriis &c. idem possunt quod Imperator *arg. c. un. lib. 2. tit. 8. §. rei, de investit. de re al. fact. lib. 1. feud. tit. 5. §. in fin. quib. mod. feud. amittit. l. 7. & l. 9. ff. de usufr. Dd. dd. ll.* Proinde quando dicitur in *l. 2. formam C. de offic. præf. orient.* quod præfectus Prætorio, cui Duces comites, &c. jam temporis æquiparantur, nihil statuere possit contra jus civile; tum sciendum quod Duces, Comites &c. majorem hodie potestatem habeant, quàm olim præfectus Prætorio, quia illis Imperator omnem, quam ipse

ipſe habuit in territorio dato, concedit poteſtatem; item, ſi circumferatur *l. ult. C. de LL.* quæ vult Imperatori ſoli reſervatum eſſe, legem corrigere & interpretari: Ergo non inferiores principes &c. id tantum intelligendum de correctione Legis in univerſo Imperio Romano, non verò particularis in alicujus certo territorio atque diſtrictu *Johann. Halbritter. ad l. 9. omnes populi ff. de J. & J. Roland. à Vall. Conſil. 88. vol. 1. n. 26. & ſeq. Decian. reſponſ. 5. n. 17. vol. 4. Marant. diſp. 6. n. 14.*

11. Si verò alicui per Principem absque cauſa venatio auferatur, tum recreationis cauſa aliquid erit dandum, uti vult *Noë* Meurer *per l. venditor §. ſi conſt. ff. Comm. præd. l. ſervi & ibi Bl. C. pro quib. cauſ. ſer. lib. accipi*: ita etiam licet ex juſta cauſa venatio principi fuerit acquiſita & ſubditis interdicta, ſi tamen damnum datum fuerit à feris, aut earundem indagatoribus, domino fundorum illud reſtitui debet Landr. *lib. 2. art. 61. ibi.* Niemand ſol die Saat tretten umb jagens oder hetzens willen / als das Korn geſchoſſet hat / *& ibi in gl. 4.* Wer dieſes thut / der ſol den Schaden gelten *arg. l. 13. item in pr. ff. loco cond. l. 30. §. 3. ff. ad L. aquil. Arniſ. de iure Majeſtat. lib. 3. cap. 4. num. 2. in fin. Covarruv. in cap. peccatum. §. 9. num. 11. de reg. jur. in 6. p. 2. relect. Gail. 2. obſ. 68. num. 10. Treutler. vol. 2. diſp. 10. th. 3. lit. a.* adeò, ut ſi damnum à feris datum fuerit immenſum, tum ſi Dominus foreſtæ admonitus id reſarcire noluerit jure venandi privari poteſt, *Curt. Junior de feud. part. 6. num. 11. Afflict. deciſ. 265. num. 15. & ſeqq. Alb. de Roſat. in l. benè à Zenone C. de quadr. præſcr. Zoannet. de duplici venat. num. 75.* Proinde nulla conſuetudine aut præſcriptione introduci poteſt, ne ſubditi ſegetes ſepimentis cingant, feras beſtias ſtantibus & pendentibus adhuc fructibus, propriis agris abigant & latratores canes ad terrendas feras aluat atque habeant, modò tamen id fraudulenter non fiat *arg. c. fin. ext. de injur. c. 1. ext. de conſuet. in 6. §. 37. Inſtit. de rer. diviſ. l. 28. in pecudum §. 1. ff. de uſur. arg. l. 4. netare de liber. agnoſc. arg. l. 39. quod non ratione d. LL. l. fin. C. de injur. l. 39. §. ff. eod. l. ergo in fin.*

Q. 1. · Q. 2.

fin.ff.de S.R.P.l.utilitas C.de primipili lib. 12.C. arg.l.21.ff.C. mand.l.fin.ff.fin.regund.Mar.p,1.c.4.n.20.Gail.lib.2.obs. 68.num. 20.Baccov.ad Treut.2.disp.20.th.3.lit.a Bocer.class.5.disp.3.th.21. Meier in pand.lib.1.th.19.n.6.Cæpoll.de S.R.P.c.21.in fin. Quod etiam piè atque sapienter Mauritius Saxoniæ Elector, undique laudatissimus subditis suis indulsit *constitut. provincialis tit.* von Abschewung des Wildprets von Getreydich / *in verbis* / daß sie mit dē kleinen Hundē / die nicht Jagthunde seyn / das Wildpret abschewen / vnd sthun vns darzu gnediglich erbieten / welcher hierüber von den Wildpret beschediget / vnd vns solches anzeigen vnd bescheinen würdet / daß wir vns gegen denselbigen gnediglichen erzeigen wollen / *Meier in colleg. Argent.lib.41.pandect.t.1.th.19.n. 6.* Cum Reipublicæ intersit sata & frumenta à feris non devastari, quæ nata & comparata ad hominis usum atque sustentationem *Pruckman.in tract.de regalib.§.venatio c.5.n.3.per §.37. in pecudum Instit.de rer.divis.l.28.in pecudum in fin.ff.de usur.* Proinde consuetudo contraria, erit utilitati Reipublicæ damnosa *arg.c.venerabilis 36.de præbend.arg.l.fin.C. si contra jus vel utilit.public.Aivarott.c.1.in pr.circ.med.n.2.de feud.cognit.* atque irrationabilis nec admittenda *arg.can.mala.& can.frustra dist. 8.c.1.de consuetud.lib.6.& c.1.circa fin.ubi gl.de consuet.l.39.Quod non ratione ff.de LL.Nov,134.c.1.* Quando itaque circumfertur, omnia jura consuetudine & præscriptione acquiri posse *l.licet C.de Jur.delib.l.3.hoc iure §.ductus ff.de aq.quot.& æstiv. l. 32.de quibus ff.de Legib.l.3.sicut.l.4.omnes C.de præscr.30.vel 40. annor.* tum illud exaudiendum de iis, quæ rationabilia, nec Reipublicæ aut communi utilitati contraria damnosa atque obnoxia sunt *arg.l.14.& l.15. ff. de Legib.* Non tamen possunt subditi, quibus interdicta venatio, agros suos palis sive lignis nimium acutis munire & circumsepire, ita ut transcendere volentes facilimè transfigi possint, cum hoc fieret in fraudem legis & juris alieni *arg.l.38.in fundo ff.de R.V. l. 8. cum hi §. si cum his ff. de transact. l. 5. magis puto §. si pupillus ff. de reb.cor.qui sub tut.vel cur.* & aliis legitimis remediis circa

Q.4.

earundem interfectionem commodè ex agris suis abigere & fugare queant *l.39. Quintus §.quamvis ff.ad L.aquil. Harpr. in comment. Instit ad §.12.de rer.divis.n.133.*

Quale jus si absolute considere-tur.

12. Venationem verò in se & absolutè considera-tam jus proprium esse & per se consistens, uti sunt alia jura, Principibus & Proceribus, uti & privatis competentia, ex-emplo jurisdictionis, Emphyteuseos, antichriseos, feudi, &c. asserimus cum *Harprecht. instit.comm.ad §. 12. & 13. num. 181. Instit. de rer.divis. Gail. 2. obs. 66. Bocer. class. 4. disp. 3. th. 24. ed. 1. Noë* Meurer *tract.* von Jagt vnd Forstrecht *p. 2. tit.* woher Förstliche Obrigkeit/ *&c. fol. 12. & 13.* (1) Non verò servitus personalis, uti vult *Bald. in l. pen. num. 12. vers. item si C. de cond. insert. Pruckman. de regalib. §. venatio c. 2. num. 1. & 2.* Quantumvis quandoque usus fructus, & sic servitus perso-nalis esse possit, veluti si princeps jus venandi in propria quadam sylva venationem concedat in usumfructum No-bili cuidam *Petr. Frider. Mindan. lib. 2. de process. &c. Camer. c. 41. n 4. & seq. per l. 26. venationem ff. de usufr. l. 2. usufructua-rium ff. de usufr.* (2) Nec servitus realis, uti docet *Zas. in intell. singular. lib. 1. c. 11. & ad §. æquè 2. num. 24. in fin. de act. & consil. 6. num. 30. lib. 2. Gail. lib. 2. obs. 66. num. 1. Hart. Hartm. 2. obs. tit. 46. obs. 4. num. 1. Mynsi. ad §. inter rustic. num. 67. Instit de servit. Treutler. 2. disp. 20. th. 3. lit. C. Noë* Meurer *lib.* von Jagt vnd Forstrecht, *pag. 2. quæst. 2. per arg. l. 12. §. 12. & l. 22. de inst. vel instr. leg. l. 99. §. 1. ff. de Leg. 3. l. 16. ff. de S. R. P.* Licet eo saltem in casu pro quasi servitute prædiali seu reali haberi possit quando servitutum realium instar à sylva tanquam prædio servienti, debetur villæ, vel castro, tanquam prædio dominanti, & ad heredes transeat *Gail. & Zas. d. lo-co per supra allegata.* (3) Nec servitus jurisdictionalis, uti docet *Sebastian. Medic. tract. de Venat. part. 2. quæst. 2. num. 1. Zoannet. in tr. de duplici venat. num. 105. & seqq. in tract. de emt. & vendit. sub pacto retrovendit num. 265.* (4) Nec pactum per-sonale; quemadmodum volunt *Arnis. & Bartol. in l. ut pomum 8. ff. de servit.* (5) Nec regalibus venatio annumeranda, uti tradidit *Sebast. Medic. in tract. de Venat. pag. 1. quæst. 27. Andr. Knichen. in comm. de Sax. non provoc. jur. c. 5. p. 169. & tr. de pact.*

Q. 1. Q. 2. Q. 3. Q. 4. Q. 5.

ve-

vestitur c.2. num.52. Jacob. de S. Georg. in tr. feud. §. & cum in venationibus num. 9. Frideric. Mindan. lib. 2. de mand. judic. c. 36. num. 7. pag. 257. quorum tamen opinio non censetur veritati esse consentanea, cum regalia in signum præeminentiæ soli Imperatori sunt concessa. Venatio autem ad Majestatem Imperii ejusque dignitatem pertinere non potest, *Rosenth. in Synops. feud. c. 5. concl. 2. & Ff. communiter in lib. 2. feudor. tit. 56. quæ sunt regal. & Vult. lib. 1. c. 5. num. 7.* cum & reditus venationis uti & jus venandi etiam ad privatos spectare possint, *l. 26. venationem ff. de usur. l. 9. item si fundi §. aucupiorum l. 26. usufructuarium ff. de usufr. Halbritt. in tr. de jure ven. c. 1. Tiraq. de nobilit. c. 37. n. 150. Vult. lib. 1. feud. c. 5. num. 5. Vol. Guilielm. Forster. lib. 2. tract. Justin. disp. 6. th. 8. Niell. disput. feud. 11. th. 3. Treutler. disp. 20. th. 3. tit. 6. vol. 2. Bocer. class. 5. disp. 3. th. 24. & disp. 1. th. 52. c. 2.* Relatè verò & respectu ad modernum venationis usum habito, quidam Doctores jus venandi, ad Regalia seu jura majestatis referunt *Jerem. c. 27. v. 26. & 28. v. 14. Daniel. 2. v. 37. & seq. & lib. 2. feudor. tit. 56. Modest. Pistor. Consil. 14. num. 23. vol. 2. Menoch. Consil. 402. n. 31. Decian. consil. 22. vol. 4. n. 22. Rosenthal. c. 5. in tr. feud. conclus. 94. n. 8. Matt. Stephan. lib. 2. de jurisd. p. 7. c. 7. n. 1. Decian. volum. 4. Resp. 22. n. 22. Menoch. cons. 302. n. 51. v. 22. Modest. Pist. quæst. 15. n. 11. Arum. disp. feud. 4. th. 15. Arnis. de jure Maj. lib. 3. c. 4. n. 10. Vult. 1. feud. 5. n. 7. Knich. de jur. Sax. non prov. c. 5 n. 169. Noë* Meurer *passim & præsertim p. 2. tit.* Von dem Gebrauch oder Gewonheit / *& 1. §.* wiederumb aber *& c. fol. mihi 41. & 49.* Ideò cum Fridericus I. Imper. Suidoni Guerræ Comiti Hetruriæ cum bonis regalia concederet, sub concessione venationes quoque expressè enumeravit *Carol. Sigon. lib. 13. de Regal. Italiæ*, & id quotidie fieri experientia nos docet, ideo in investituris hæc clausula usitata legitur, mit Wälden / Wildbanen und Jagten. *Zoannet. d. loco n. 42. & seqq. Jacob. S. Georg. de feud. in verb. & venationibus num. 9. Thomas Michael de jurisd. th. 51. lit. a.*

Quod si ratione latet

13. Et omnibus tàm infimæ quàm supremæ sortis hominibus venari licet, quibus concessum *Harpr. in comm. Instit. ad §. 12. num. 22. de rer. divis.* adeò ut plures ex concessio-

De concessione venationis.

sio-

sione in uno fundo venari possint, quæ simultanea, vulgo venatio, seu convenatio, Kuppeljagt dicitur, altero tamen inscio & invito exerceri non debet *Andr. Knich. 2. de pact. invest. n. 14. Webner. in pr. obs. verb.* Forstrecht *p. 165.* Conceditur autem venatio non modo voluntate expressa, ut puta, pactionibus & stipulationibus *l. 3. in pr. ff. de usufr. l. 5. de serv. §. ul. Inst. eodem* precario, *l. 2. §. f. l. 3. de prec.* emtione *l. 10. de evict. l. 16 ff. si serv. vindic. Gail. 2. obs. 66. n. 6. Treut. vol. 2. disp. 20. th. 3. lit. c.* item benevola Principis concessione in modum investituræ factæ, so einer mit Forst und Jagerecht belehnet wirdt/ aliisque variis modis per *l. 2. §. 16. ff. ne quid in loc. publ. l. 14. §. 2. ff. de serv. Treutl. disp. 20. th. 3. part. 2. lit. B. ibique Baccov. in not. Zoannet. de dupl. venat. n. 70.* Sed etiam voluntate tacita, quando videlicet quis longissimo tempore venatione usus sit, principe tamen sciente & non contradicente, *Hartm. Hartm. t. 46. obs. 2. num. 2. Vult. lib. 1. c. 9. num. 21.* cum contra ignorantem nulla currat præscriptio *Vult. lib. 1. c. 9. num. 21. Rosenth. de feud. c. 5. conclus. 18. Gail. 2. obs. 66. n. 6.* Præscriptionem autem hoc in casu requirimus, quæ est imemorialis, non quæ triginta annorũ *c. 26. super quibusd. §. præterea ext. de V. S. l. 35. duct ue aq ff. d. aq. quotid. & æstiv.* Reichsabschied zu Augspurg *de anno 1584.* §. wann auch ein ausgezogener *in verbis* vnd dargegen wieder jhn nicht darbracht werden möcht daß er jhr in Menschen Gedächtniß/in des Reichs Gemeinen/ vnd nicht *privilegirten* Hülffen *contribuiret* oder ein Anschlag gereicht oder bezahlt haben / *&c. & in* §. wo aber innerhalb Menschen Gedencken der ausgezogene Stand dem Reich einmal/zwey oder mehr gesteuret hette) *&c. Gail. 2. obs. 66. n. 7. & de pac. pub. 1. c. 6. n. 11. Rosenth. de feud. c. 5. concl. 14. Bocer. de Regal. c. 4. n. 45. & seqq. & d. §. disp. 10. th. 71. lit. C. quod & obtinet de jur. Saxon. Zanger. de except. p. 3. c. 8. n. 65. Schneidv. ad Tit instit. de usucap. sub tit. de præscript. speciеb. n. 33.* Alias si prohibitionis insecutæque patientiæ actus intervenlat, tum licet venari sit res meræ facultatis, tempus 30. annorum, ad præscriptionem sufficere omnino statuimus ad exem-

exemplum aliorum jurium *l.3.ff.de præſc.30. vel 40. annorum M.Stephan.lib.1.de juriſd.c.39.n.16. Jaſon.in l.beneficium n.66.ff. de conſtit.princip.Schurff.cent.3.conſ.1.n.21.*

14. Si itaque Princeps caſtrum ſeu territorium alicui cum omnibus pertinentiis concedit, tum etiam jura venandi conceſſiſſe intelligitur *l.39.ff.de action.emt.Jaſ.in l 1.C. de Emphyteuſ.Peregrin.de Jur.fiſ.lib.1.c.2. Harprecht. ad* §. 12. *Inſtit. de rer. diviſ. num. 189.* ditione tamen ſimpliciter conceſſa, conceſſa non intelligitur venatio, adeò ut nec caſtro cum mero & mixto imperio conceſſo, venatio conceſſa intelligatur *l.1. in pr. de offic. ejus cui mand. jurisd. c. quod translat. 4. ubi Abbas ext.de offic.Leg.Boerr. in tract. de Regalib. c.4.n.2.Schneidev.ad* §.28.*Inſtit.de act.n.67.* Ita nec conceſſis venationibus conceſſum intelligitur merum imperium *arg. l.1.ff.de offic.ejus cui mandat.Matth.Stephan.lib.1.de jurisd.c.38. num.10.Gilken.de præſcr.p.1.c.6.num.72.* nec jurisdictio *Mynſing.decad.2.conſil.16.n.37.& 46.Foman.in prælect.ad Rr.C.de jurisd.omn.jud.quæſt.23.* adeò ut nec jus foreſti ſeu jurisdictio ſylvatica vulgò die Förſtliche Obrigkeit / ad jurisdictionis ſpeciem ſit referenda, cum nulla jurisdictio privatis concedatur, qui tamen venandi jura habent Einſiedel *de Regal.c.3.n.373.Sixt.d.Regal.l.2.c.18.n.52.Gravet.conſilio 673.tom.4. n.12.Wehn.in pr.obſ.de verb.* Forſtrecht. Etſi cui fundi alicujus uſusfructus concedatur, nō etiā conceſſæ intelliguntur venationes ni modo fructus ex venatione conſtent *arg. l.9. item* §. *aucupiorum 5.l.uſufructuarium ubi gl.de uſufr. l.26. de uſur. Jacob.Seul.in addit. Modeſt. Piſtor. part. 1. qu. 15. num. 1. & ſeqq. Pruckman.de Regalib.*§.*venatio c. 4. num. 69.* Ita ſi cui jus venandi conceſſum, aut præſcriptione acquiſitum, non quamprimum etiam jus aucupandi conceſſum aut acquiſitum intelligitur, cum ſeparatorum ſeparata ſit ratio *arg. l. fin. ff. de calumn. l. 20. Papinianus ff. de minorib. l.9.* §. *aucupiorum de uſufr.Harprecht.ad* § *12.Inſtit.de rer.div.num.225* & conceſſiones ſtrictæ ſunt accipiendæ, nec quicquam debent operari extra verba & mentem loquentis *Gilhauſ.in arb.judic.c.1.p. 2.de jurisd.*§.*1.n.8.Niell.diſp.feud.ult.th.1.lit.D.* Nec præſcriptio uſum

Q.1. Q.2. Q.3. Q.4. Q.5. Q.6.

usum præscribentis excedat, inde qui tanto tempore majores tantum feras venari solitus est, non potest capere minores, aut vice versa *l.1.§.15.18.ff. de aq. quotid. & astiv. l. 12. C. de servit. l.1.§.5. de itin. act. priv. Gilken. de praescript. p.1.c. 4.num.70. Gail. de oppignor. c. fin. num.7.* Ita nec concessa potestate insectandi & capiendi feras majores, ut cervos, apros, &c. vulgò das grobe hohe vnd schwartze Wild / facultas tributa, & simul concessa intelligitur capiendi feras minores, lepores, vulpes, &c. das kleine Wildpret, eò quod, sicut servitutis modus, ita & venationis concessioni adjectus, præcisè & exactè servandus sit *arg. l.13. certo generi ff. de S.R.P. l.4. de servit. l.7. si sic constituta ff. quemad. serv. amitt.* quæ sententia etiam in praxi servari testatur *Harprecht. ad §.12. Instit. de rer. divis. n.239.* Ita si quis Dux aliquem investierit de castro cum territorio, in quo sunt plures silvæ atque feræ & subjecerit mit Jagtsgerechtigkeit / huic Vasallo non etiam majoris, sed inferioris solummodo notæ venationem *nimirum* Jagtsgerechtigkeit an Hasen / Füchsen vnd klein Weidwergk / &c. permissam esse dicimus, *Meichsner. tom.1. lib. 2. decis.1. cam. Imper. sub n.20. fol. mihi 44.* ni modo contrarium actum esse probari queat *arg. l.1. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd. Knich. de pact. invest. part.2. c.2. num.19.35.* qui *n. 38.* subjicit, lupos tamen ursos & leones, ut indeterminatæ concessionis, quis capere potest secundum jus scriptum *l. un. C. de venat. ferar. lib.2. feud.27. §. nemo, Sebast. Medic. in tract. de venat. part.2. quæst.14.* Quamvis hodierno tempore, uti supra diximus, cum ad specialia forestæ referantur, has feras sine speciali indultu capere non liceat, *Wehner. in pr. obs. verb.* Forstr. *part. 164. Matth. Steph. de jurisdict. lib.2. p.1. c.7. m.2. n. 173. An. Knich. de pact. invest. p. 2. c.2. n. 38.* ubi dicit: concessa venatione altioris notæ, non venire venationem ursinam Bärenjagt *Harprecht. ad §.12. Instit. de rer. div. n. 248.*

Q.7. Q.8. Q.9.

Ad quid tenetur concedens venat.

15. Dominus autem Vasallo ignoranti jus alienum venandi in feudum concedens de evictione tenetur *lib. 2. feud. 8. c. un. si vasallo ab aliq. interp. fuer. Mor. de Nigromonte part.2. c.2. num.16.* aut si princeps jus venandi seu foresti vulgò

Q.1.

der

der Wildban vnd Forstliche Gerechtigkeit in uno eodemque loco diversis temporibus duobus in feudum concedat, tum prior posteriori præfertur *arg. l. pradia C. d. loc. pradior. l. 2. §. merito & §. si quis à Principe, ne quid in in loc. publ. Mor. d. loc. n. 17.* Concedens tamen venationem ex benevola voluntate Q. 2. non abdicativè seu privativè sed cumulativè concessisse intelligitur *l. 1. C. de off. praf. urb.* cum in omni oratione persona loquentis præsertim principis excepta intelligatur *arg. l. 18. inquisitio C. de solut. Schrader. de feud. part. 10. sect. 5. num. 174. Steph. de jurisd. lib. 2. c. 38. n. 23. Mœnoch. lib. 2. præs. 18. n. 4.* ni modo venatio præscriptione aut per contractum sit acquisita, Q. 3. aut feudum tantum in fructibus venationis consistat *D. d. in l. 28. alienationis ff. de V. S. Matth. Stephan. d. loco Schrader. de feud. p. 10. sect. 1. num. 132.*

16. A quolibet itidem, cui jus venandi à Principe, Duce, &c. ex liberali beneficientia, seu præscriptione concessum, venatio alteri cedi, & in alium transferri potest, cum quivis sit rei suæ moderator, & arbiter *l. 21. in re mand. C. mand.* omnisque actio alicui competens alteri cedi potest *tt. ff. de hered. vel act. vend. Gail. 2. obs. 66. n. 2.* ni modò cessio prius Q. 1. facta sit personalis, quæ personam non egreditur *Dyn. in c. privilegium personale. 7. de R. I. in 6. per arg. l. 57. dominus §. ult. de usufr. Harprecht. ad §. 12. Instit. de rer. divis. n. 206.* Nec Q. 2. si venatio ad voluptatem fuerit concessa, alteri cedi potest, cum hic jus venandi ad personæ voluptatem est restrictum, qualitasque certæ personæ electa *arg. l. inter artifices ff. de solut. arg. §. 1. & 12. Instit. de usu & habit. l. 8. l. 11. ff. eod. l. 10. item. §. 1. ff. com. div. l. 42. ex pluribus. ff. de admin. tut.* secus est, si venatio ad certum numerum ferarum per principem alicui fuerit concessa, *Harpr. in comm. ad §. 12. Instit. de rer. divis. n. 216.* Non tamen venationes precariæ vulgò Gnadenjagten appellatæ, in alterum transferri atque cedi pos- Q. 3. sunt, eo quod hæ cessiones cum persona extinguantur, cum sint personales *l. 12. cum precario §. ult. ff. de precar.* & privilegia alicui ex singulari gratia concessa alteri cedi nequeunt, *arg. l. 42. ff. de admin. tut. l. cerdonem 42. de oper. libert. l. 12. §. fin. de*

pre-

precario Harpr. d. loco. Noë Meurer *in tract.* von Jagt vnd Forstrecht/*p.2.tit.* aus Gnaden vnd durch ein Revers zugelassenen vnd bewilligten Jagensgebrauch/*fol.31.*

Dist. inter jus venandi, & jus forestæ.

Rectè contra hoc Carum φιλοπτολέμων genus ii, qui militiam im-

improbant mercenariam, arguunt. Qui mereri vis stipendia, in belli causam quoad potes, inquire: & utra ex parte bellum justum, huic te junge. Aliàs læsâ pugnabis conscientia, injustitiæ sciens volens eris administer, plus quàm ferinâ immanitate in innocentis vitam, facultatesque sævies: vix Euripideum illud omen effugies:

οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα, σῶς ἦλθεν πάλιν — In Erechth.

Conf. Obrecht. *disp. 1. de bell. th. 776. & seqq.* Timpl. *4. Pol. 10. q. 29.* B. Luth. *tom. 3. Germ. Jen. p. 328.* Bind. *d. l. p. 60.* At *nunquid miles fidelis Principis infidelis sequi militiam bonâ conscientiâ possit*, quæstionis hîc est spinosæ. De subditis modò non quærimus, de quibus disput. brevi cum Deo subseq. responsum dabit expeditum: sed de milite mercenario, de quo dubium majus. 1. Sub primis Christianismi incunabilis Ethnicis Impp. militâsse Christianos testis est ejus temporis historia sat locuples. Vid. Tertull. *de coron. mil. c. 1. p. 179.* Hist. Magdeb. *cent. 2. c. 7. p. 123. & cent. 3. c. 5. p. 143.* Osiand. *Epit. Eccl. hist. cent. 2. c. ult. p. 182.* Legionem Christianorum sub M. Aurelio Antonino Philos. contra Marcomannos stipendia meruisse, κεραυνοβόλον fulminatricem ab eventu & facto mirabili dictam, si quis ignoras cognosce ex Tertull. *apol. adv. Gentes c. 5. p. 21. & l. ad Scap. c. 4 p. 89. 90.* Euseb. *l. 5. hist. Eccl. c. 5.* Justin. Martyr. & Onufr. *l. 2. fastor. consul. notante Jun. in not. ad apol. Tertull. c 5. p. 25.* Cœl. Rhodig. *l. 21. Antiq. lect. c. 18.* Histor. Magdeburg. *cent. 2. c. 3. p. 22. 23.* D. Papp. *Epit. hist. Eccl. p. 174. 175.* Mellif. histor. *Pezel. part. 2. p. 198.* De legione Mauritiana ex Thebæis Ægyptiis Christianis collecta, Maximiano Imp. militante, ab eodemq; in Segusianis propter Christi fidem martyrio affecta vid. Danæ. *l. 7. Pol. Christ. c. 3. p. 495.* Histor. Magdeb. *cent. 4. c. 3. & 12.* Osiand. *Epit. hist. Eccl. cent. 4. c. 9.* Ex his nos ita: quod tum licuit, qui hodie sit illicitum? modò pro Reipubl. salute, nec in Ecclesiæ Christianæ perniciem pugnaveris. 2. Si simpliciter peccatum esset hominem Christianum sub impio & infideli Imp. militare, certè divini verbi tabulæ expressè sustulissent, at exempla ita militantium non redarguuntur. *Luc. 3. 14. Matth. 8. Joh. 4. Act. 10.* Conf. *Boc. 1. de bell. c. 4. n. 17.* Belold. *l. 2. pol. 7. th. 20. p. 771.*

*p.771.*D.Hutter.*p.m.in L.C.tit.de fœder.p.956.* §. *quibus constitutis.*Dn.D.Gerhard.*L.de Mag.Polit.*§.*156.p.802.*Reusn.*l.1.de art. Stratag.c.25.* Sed utut hæc ita se habeant, caute hîc militandum, nec nisi variis circumstantiis probè ponderatis, quò teneriori conscientiæ meliùs consulatur, nomen facilè profitendum. Progrediendum nobis. Mercenarium esse militem licitum est. E. Magistratui Christiano ejusmodi militem cogere non illicitum.*ex nat. relat.* at majori quàm vulgò fit fieri curâ ac providentiâ par est, quo de conqueruntur passim politici & consiliis præstò sunt. Lips.*5.Pol.8.& 12. & l.5. de Mil. Rom.dial.20.*Obrecht.*disp.1.de bell.th.693.& seqq.*War.ab Ereb.*1.de fœder.1.n.119.*Coter.*de Jur.Mil.l.1.c.19.*Dn.D.Gerhard. *qq. Pol.disp.7.q.2.& L.de Magist.Polit.*§.*417.*Veget.*l.1.de re milit.c.7.*Althus.*c.35.Polit.n.72.*Jun.*qq.Pol.70.p.151.* P. Gregor. *11.de Rep.3.n.4.*Hœnon.*disp.7.th.42.*Timpl.*4.Polit.10.q.9.* *Nunquid verè ex populo infideli Turcis, Saracenis, Judæis, aliis pravio fœdere contra alium Principem Christianum advocare eundem illæsa conscientia poterit?* Verò quæstio hæc Theologorum, JCtorum, Politicorum tormentum. Affirmant hi, negant illi. Rationes utrinq; sat ponderosæ, quas vid. *ll. mox allegandis. Qui A. alii disting.* inter infideles spectatæ fidei, virtutis, constantiæ & eos à quibus hæc remota. Illorum admittunt auxiliares manus, non horum. Boc. *1. de bell. c. 6. num. 16.* Besold. *2. Polit. 7 th. 20.* Hœnon. *d. l.* Reusn. *de art. Stratag. l. 1. c. 25. Alii dist.* inter temerariam talium copiarum conscriptionem & inter extremum necessitatis casum. Illic repudiant, hîc non item. P. Gregor. *l.11.de Rep.c.3.n.7.* Conf. Hutter. *d.l. alii dist.* inter bellum defensivum & offensivum, itemq; inter bellum contra infidelem & bellum contra fidelem seu Christianum alium susceptum. Illic concedunt, hîc rejiciunt infidelium subsidium. Rev. Dn. D. Gerhard. *L. de Magistr. Pol.* §. *156.* Negat Theod. Reinh. prolixè & eruditè quæstionem hanc pertractans *l.2. de Reg. sec. & Eccl. class. 3. c. 3. p. 298. & seqq.* & Alber. Gentil. *l.3. de Jur. bell. c.19. p.656.* Quid hîc nos? altioris quæstio est indaginis, quàm ut nostra eò pertingat tenuitas atque exiguitas: itaq; judiciorum illam formulam, NON LIQUET, usurpamus. Si urseris? nec tamen debitum nunc dissolvimus.

Sed

Sed bona fide interea pignori relinquimus ingenui candidique animi verbum hoc: *Nescimus*, ut loqui alicubi magnus ille Scaliger non erubescit. *Ex. 344. sect. 8.* ex quo & illud repetimus: Humanæ sapientiæ pars est, quædam æquo animo nescire velle. *Ex. 307. sect. 29.* Alia hic prætereà resultat quæstio: *Utri præferendi, extranei ne seu mercenarii, an milites domestici, seu indigena, h.e. subditi?* Veget. *l. 1. c. 28.* Lips. 5. *Pol. 9. & 10.* Lamb. Dan. 7. *Pol. 1. p. 477.* P. Gregor. *l. 11. de Rep. c. 3. num. 4. 5. 6.* Althus. *c. 34. Pol. n. 6. & c. 35. num. 66. 67.* Hœnon. *disp. 7. Pol. num.* 42. Jun. *qq. Polit.* 70. Kirchn. *de Rep. disp. 21. th. 2.* D. Gerhard. *qq. Pol. dec. 7. q. 3.* Bod. 5. *de Rep. 5. p. 888.* Schonborn. *6. Pol. 15. p. 592.* Besold. 2. *Pol. 7. n. 4.* Cot. *de Iur. Mil. l. 2. in prolog. p. 165. 166.* Keck. 1. *Pol. 29. p. 447.* Obrecht. *d. d. th. 424. & seqq.* Reusn. *de art. Stratag. l. 1. c. 19. & 25.* Velsten. *Exer. Ethic. 7. q. 10.* Pleriq; omnes pro indigenis concludũt, nec sanè temerè, quamvis nec pro peregrinis rationum momenta desint. *ut ll. dd. palàm.* Rectè verò P. Greg. *d. l. p. 658.* sententiæ diversæ suas habent rationes & certè undiq; imminent cum commoditate aliqua pericula conjuncta. Et non tam mos illaudabilis, cui soli Lipsius *d. l.* adscribit, quàm necessitas inevitabilis peregrinum militem sæpiùs exposcit, indigenarum vel non sufficiente copiâ, vel deficiente militari peritiâ. Incommoda verò bonus ac prudens princeps his cautelis prævertet variis. I. *Copia extranea minores sint interaneis.* Bod. *d. l. p. 900.* P. Greg. *d. l. n. 6. p. 657.* Obrecht. *d. d. th. 472.* monitu Livii, qui id cavendum, inquit, semper ducibus exemplaq; pro documentis habenda, ne ita credant auxiliis ut non plus sui roboris suarumq; propriè virium in castris habeant. *l. 25.* & Romanorum exemplo: qui illud semper observarunt, ut totius exercitûs robur Romano cive & Italo homine constaret, nec numerus amplior auxiliariorum ex peregrinis copiis, quàm civium esset. Alex. ab Alex. *gen. dier. l. 1. c. 5. p. 9. & c. 20. p. 30.* Jun. *d. l. ex* Fulgos. *l. 2.* & quia maximo id est commodo. Facultas ita præripitur extraneis opprimendi alios & si quid gravius admiserint, absq; magno negotio poterunt coërceri. Obrecht. *th. 473. conf. eund. th. 426. & seqq.* Althus. *c. 35. n. 13.* P. Gregor. *d. l. p. 658.* Sint g. vires & robur

bur, exercitus ex domesticis:, nec corpus exteri faciant, sed membrum. Lips. *d. l. c. 9.* Besold. *d. l. n. 6.* Addimus tamen: *Si fieri possit.* Nam & hîc necessitati, quæ magnum humanæ infelicitatis patrocinium Sen. *9. controv. 4.* aliquid indulgendum. II. *Sint ex finitimis, sociis & confœderatis, qui auxilia mercede faciant.* Lips. *d. l.* Boc. *c. 6. n. 15.* Althus. *c. 34. Pol. n. 26.* Obrecht. *th. 434. & c. th. 453, & seqq.* Besold. *d. l. n. 6. p. 767.* Rectè enim Bodinus: quod si providendum est, inquit, ne socialis exercitus domesticis copiis robustior sit, quantò magis cavendum ab exercitu peregrinorum, quibus cum nulla nobis societas, nullum fœdus, nullæ rationes, nisi mercede contractæ neq; enim dubium est, qui in suæ potius & utilitati & saluti quam alienæ inserviant: ac premente hostium metu aut victoriæ laudem prædamque sibi tribuant, aut fugæ latebras quærant: cùm tamen alienis stipendiis bello adsuescant & parent opes, quibus alienum imperium adipiscantur. *d. l. p. 90. 1.* ubi quæ dicta, exemplis munita. III. *Ipse belli Imperator seu Dux esto indigena potiùs, quàm peregrinus:* qui tamen, ubi desit, aliunde accersendus. Jun. *qq. Pol. 71. p. 153.* Hœnon. *disp. 7. th. 14.* Keck. *1. Pol. 29. p. 253.* Timpl. *4. Pol. 10. q. 15.* at nunquid ad duces seu gubernatores secundarios hoc etiam extendendum? videtur. IV. *Consultum fuerit extraneos non simul jungere, sed diversa in loca deducere.* Obrecht. *d. d. th. 474.* & cum regnicolis ac nobilibus patriæ miscere, ne conspiratio, proditio, aut defectio ab illis fiat. P. Gregor. *d. l. n. 8.* Althus. *c. 35. Pol. n. 45.* V. Ut eo minori extraneorum numero sit opus, quando est opus. 1. *Pacis tempore armorum exercitio ad bella subditos præparet bonus & prudens Princeps.* Ejuscemodi militiæ imaginariæ seu militiarum præludiorum (armorum meditationes vel bella sine sanguine apud Priscos dicebantur. Thom. *2. 2. q. 40. art. 1. ex Hieron. quad. Epl.* Joseph. *l. 3. Excid. Hierosol.*) usus olim viguit apud Benjamitas *Jud. 20. 16.* apud Judæos *2. Reg. 24. 19. Jer. 32. 25.* apud Romanos. *vid.* Joseph. *d. l. fusissimè ejus verba recitat* Schonborn. *6. Pol. 5. & adde* Sen. *Epl. 18. quò &* Tertullianus *respexit l. ad Martyr. c. 3. p. 125. ubi conf.* Beat. Rhenan. *in not. p. 20.* quorum vestigia premunt hodieque Principes nonnulli magnani-

gnanimi. Plato eadem exigit. 7. *de Leg.* & 5. *de Rep.* Commoda jam non recensemus, quibus de eruditè Casus *l.2. Spher. civ. c.* 5. *q.* 3. Conf. Althus. *c.34. Pol. n.2. & seqq.* Hœnon. *disp.7. n. 42. p.* 359. Lamb. Dan. 7. *Pol. 1. p.479.* Lips. 5. *Pol. 10. & l.5. de Mil. Rom.* Kirchn. *de Rep. disp. 21. th.2.* War. ab Erenb. 1. *de fœd. 1. n. 119. & c.3. n.31. pag.319.* Besold. 2. *Pol. 7. th. 3. 5.* Boc. 1. *de bell. 6. n.30.* Keck. 1. *Pol. 9. p.197. & c.29. p.447.* Schonborn. *l.6. c.5.* Contrarius videtur P. Gregor. *l.23. de Rep. c.9. n.6.* omni armorum usu privatis interdicens: de quo pluribus in discursu. 2. *Homines turpi otio, inertiâ, voluptate diffluentes è civitate ad bellum emittat;* unde ubi opus eorum opera ingruente bello semper repetere exercitatos poterit Althus. *c.34. n.20. p.763.* P. Greg. *l.11. c.3. n.6.*

Placitum. V.

Bellorum nervus pecunia.

Rerum gerendarum vires nervusq; ubiq; nummi prædicantur. P. Æmil. *l.8.* Δεῖ δὴ χρημάτων καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων opus sunt opes, citra quas nihil quicquam eorum quæ facienda sunt, confici potest. Demosth. *Olynth. 1.* Veritas hujus tam in proclivi quàm quod Sol lucet, cum est meridies. Hinc tralatitium illud:

Amor vincit omnia.

Das kriegstu spricht pecunia
Denn wo ich pecunia nicht bin
Da kömpstu Amor selten hin.

Ad quod non malè allusit, quisquis ille:

Ingeniosus amor, si non comes iverit ipsi
Plutus, perrarò victor ab hoste redit.
Crescit amor juvenum, quantum ipsa pecunia crescit:
& genus & formam copia donat opum.

Sed quò? Martis nos habent jam castra, non Veneris. Et hîc pecuniæ vis mirima maxima: ut qui primus rerū nervos pecu-

 niam

niam dixit, præcipuè bellum respexisse videatur. Plut.*in Cleomen.* Ea inprimis opus in bello, qua fiunt arma utilia, War. ab Erenb.*l. 1. de fœd. c. 2. n. 57. p. 169.* & efficacia. Archidam. apud Thucid.*l. 1.* Ratum g. istud: *Pecunia bellorum nervus.* Cui assurgit universus saniorum Politicorum, omnium ferè Ducum chorus Cic. *Philipp. 2. & 10.* Arnis. *1. Pol. 16. p. 369.* War. ab Eren. *1. de fœd. 1. n. 66. & c. 2. n. 57.* Keck. *curs. Philos. disp. 35. q. 11.* Lips. *4. Pol. 9. & l. 5. c. 6.* Jun. *qq. Polit. 74.* Fac. *polit. Liv. part. 1. arte 40. p. 174* Hœnon. *disp. 5. Pol. th. 72. p. 72. p. 273. & disp. 7. th. 6.* Althus. *c. 34. Pol. n 39. & c. 35. n. 18.* P. Gregor. *11. de Rep. 2. n. 1.* Boc. *de bell. l. 1. c. 13. n. 6. p. 128.* Chokier. *ad Onos. Strateg. c. 4. n. 4. p. 12.* Reusn. *l. 1. Stratag. c. 20. & coron. 1. politico. hist. flor. 9. p. 29.* Schonborn. *6. Pol. 6.* Alex. ab Alex. *l. 6. gen dier. c. 22. p. 374. b.* Quemadmodum enim sine nervis ambulare homo nequit. Petron. Arb. *in satyr.* imò nullus in toto corpore animalis sensus ac motus cieri. *Physici passim.* ita nec bellum progredi usquam sine pecunia potest. Lips. *d. l.* Aliis progredi ulterius placet, & *belli ventriculum pecuniam* vocitare. Ut ventriculus animalibus subministrat alimenta: sic pecunia exercitui. War. ab Erenb. *1. de fœd. 2. n. 57.* Hinc in Philopœmenen Achæorum Ducē à peditatu equitatuq; præclarè, ærâ numis malè instructum, T. Quinctii Flaminii scomma: *pulcras quidem manus ac pedes, at ventrem non habes.* Plut. *in apoptheg. Rom.* Alii proterea *Spiritus vitalis* dignantur nomine. Lips. *5. Pol. 6.* Althus. P. Greg. *dd. ll.* Ut Spiritus vitalis per arterias in universum corpus diffusus vim ei vivificam suppeditat. *Phys. passim.* Ita totum Reipubl. corpus pacis belliq; tempore per hanc vivit valetq;. Pecuniæ hoc robur in animos, in loca dominium paulo diductius sic cape. Bellum aut suscipiendum est, aut jam susceptum geritur. *Ubi suscipiendum*; Miles legendus. Extraneus haberi nequit, nisi stipendio statuto. Pecuniam enim ferè solam iste spectat: qua præsente opem fert, deficiente detrectat. Obrecht. *th. 426.* Itaque stipendia militibus sunt decernenda. *c. jus militare. dist. 1. c. quid culpatur. §. Et Christus 23. q. 1.* veluti cumprimis necessaria. Coter. *l. 1. de jur. milit. c. 34. p. 134.* ne dum sumtus quæritur, prædo grassetur. Aug. *tract. 19. de verb. Dom.*

&

& habetur c.militare.23. q. 1. Sed nec domesticus vel proprius hodie militat extra regionem gratis adverbialiter, sed in dativo casu, ut loquitur War.ab Erenb.*d.l.n.133.p. 221.* cùm etiam extra regionem propriam quærenda sint victualia. *Ibid.* E nummo opus,quo omnia prostant venalia Arist. *2. Rhet. 10.* militem conducturo. Bellum dum geritur; exercitum, hostem intuere: utrobique auri fructus uberrimus. Istum in officio continet,obedientem,fidelem, alacrem,strenuum reddit. Hunc quoties non pecuniaria machina prostravit? perdidit? quot urbes non evertit? cùm nil tam sanctum, quod non violari,nil tam munitum, quod non expugnari pecuniâ possit. Cic.*2.Verr.* quot castella non dejecit? in quæ modò auro onustus ascendere asellus potuit, juxta Philippi Macedonis effatum. Cic.*1.ad Attic.Epist.13.* namq; etiã ab ipso ad oraculi monitum argenteis hastis plures, quàm ferreis Græciæ captæ civitates. Casp.Fac.*d.l.* Contrà nummorum penuria, ut in Rep.maximus est nodus. Cic.*2.ad Brut. Epist. 18.* ita in bello summè est detrimentosa, quî vivat miles? quî vincat? Mendicitas ad omnem desperationem armatum vocat. Lamprid.*in Sev.* Stipendia vel dilata, vel negata militem intractabilem,infidum,seditiosum,segnem,trepidum reddunt. Signa deseruntur, bellator fit prædator, sacrilegus. Unica verò tuendæ rei militaris latrociniorumq; coërcendorum ratio est, si milites sua stipendia habent. Bodin.*6.de Rep.c.2.* Hippol.à Coll. *in princip.c.12.* Nec verò quisquam virtute vel fortuna maximus Imperator res præclaras unquam bello gesserit, si eum optimis artib. instructum pecuniæ propria bellorum instrumenta defecerint. P.Jov.*l.18.* Lacedæmonios ab oppugnatione Sami πολιορκουμένων æris defectus redire domum infecta re coëgit. *Herod. in Thalia p.81.* Quid Caroli V. illud, de Protestantibus quod dixisse fertur: *Cito eos consilium deficiet & pecunia.* Casp. Fac. *d.l.* sibi voluerit, Oedipo divinatore opus non est. E:provido principi antequam bellum inchoëtur, de copiis expensisque sollicitus esse debet tractatus & pecuniæ prior cura. Lips.*5.Pol.6.* P.Gregor.*d.l.ex* Veget. *l.3.c.3,* Communibus hoc Politicorum & Impp. calculis formatum

 pla-

placitum adoritur labefactatum iturus & eversum Machiavell. *l.2.disp.10.ad Liv.& cum eo* Coteræus *in prol. l. 2. de jur. & privil.mil.itemq;* novissimè Dn.Besold.*2.Pol.7.n.15*. Non possum non illos improbare, *inquit Coteraus*, qui pecunias esse nervos belli passim pro certo prædicant *p. 166.* in eorum sententiam discessionem non facio, reclamo potius graviter. *p. 168.* Videamus quibus pugnent armis: Ea *rationes* sunt, sunt & *exempla. Ista* 1. milites potiùs bellorum sunt nervi & armis, non pecuniis bellicam virtutem experiri oportet: & ut apud *Ennium* est,

non cauponantes bellum, sed belligerantes

habere milites fas est. 2. militum virtus ubi adest, copia auri parandi & quidem ex hostico, non deest. Militibus facile est thesauros amplissimos reperire & assequi citiùs thesaurum miles, quàm militem thesaurus inveniet. 3. Miles generosus non ad bellum proficiscitur lucri & pecuniarum cupidine. 4. virtus innata, amor patrius, principum benevolentia milites ad bellum movet & abripit. 5. eadem ratione, quâ nummi, bellorum esse nervi possunt & dici etiam arma, pulvis tormentarius, annona &c. 6. non si pecuniæ sunt instrumenta Imperatori ad victoriam consequendam, statim sunt nervi, quippe hi corporis pars, docentibus Physicis & Medicis, at quis ullum instrumentum corporis partem dixerit? 7. pecunia hostium est irritamentum, domini proditor. 8. plura regna hominum periêre, quàm argenti, penuriâ. *Hæc 1.* voluntarii milites absque stipendiis militarunt. Coter. *d. l. & l.1.c.18.2.* ære minùs potentes potentiores fortiter debellârunt, subjugârunt. Alexander Darium, Romani Græcos, Antiochum, Barbaras gentes plurimas, Helvetii Carolum Burgundum: Spartanis hominibus bellicosissimis non nisi ferri fuit; omnis argenti aurique usus ademtus ex Lycurgi instituto. Plut. *in Lycurg.* Sic nostrâ memoriâ Galliarum Rex Henricus IV. verè Magnus, sine auro & argento belligeravit feliciter. Hæc illi non tam pondere, quàm rationum numero. Prolixè ad singula respondere non fert animus, nec admittit pagellarum angustia. Strictim noto sequentia

1. quæ-

1. quæstionis status invertitur: qui non est, an solâ pecuniâ bellum queat confici? nec an pecunia militum præferenda virtuti? nec an Princeps in bello nec possit nec debeat opum quid comparare, sed inexhaustos thesauros antè possidere? omnia hæc χρεωκοποφθαλμώρυχοι isti impugnanda sumunt præter rem. Sed an nummus necessarium belli sit requisitū, sive ante possideatur, sive in ipso bello acquiratur, quæritur. 2. Conjungenda disjunguntur; imò opponuntur: ab unius inclusione ad exclusionem alterius imperitè concluditur, ut & 3. ab eo quod est per accidens, ad id quod per se est. 4. simile à nervis latiùs extenditur, quàm par est. 5. quomodo thesaurum miles citiùs, quàm militem thesaurus invenerit, non satis capio. 6. absque stipendiis qui militârunt, non tamen vel absq; suo quiq; sumtu militarunt, vel sine prædandi licentia. 7. Ducum belligerantium egestati aut aliorum liberalitas, aut pecunia mutuaticia subsidio fuit. Hęc applica. & Machiavellisticam κενοκαινοδοξίαν aprico sistes. Ex Jovio esto conclusio: Pecuniæ bellorum nervi (ventriculus, spiritus vitalis) pacisq; subsidia. *l.13. histor.*

PLACITUM VI.

Strategematis hostem fallere, vincere, ut industria est ingeniosa, ita & laudabilis.

Ad belli molem sustinendam tria necessaria: apparatus viri, consilia. Lips. *5. Pol. 6.* Consilia necessaria maximè. Arma enim consiliis temperanda. Tac. *1. annal.* Et quid sine iis apparatus omnes sint? fumus, quid viri? funus. Lips. *5. Pol. 16.* Nihil arma foris, nisi consilium sit domi, inquit ille, imò nihil arma foris nisi consilium sit foris. Zwing. *præf. l. 3. vol. 5. theatr. vit. hum. p. 751.* Meq; enim magis corporis robore, quàm consilio & prudentia bella geruntur. War. ab Erenb. *l. 1. de fœder. c. 1. n. 116. & seqq.* Sunt verò consilia vel recta, vel obliqua. Recta quæ planam & militarem viam ineunt; obliqua quæ occultâ Lips. *d. l.* Voce Græcanicâ obliqua hæc στρατηγήματα dicuntur

tur (cur ita? *vid.* Lipſ. 5. *Pol. 17.*) ſuntque quæ ſimulatâ arte, prudentia & ſolertia ſingulari vel in cavendo, vel in opprimendo hoſte excogitantur ac perficiuntur. War. ab. Erenb, *1. de fœder. 2. n. 58. Licitanè an minùs*, in controverſiam venit. Per exempla ſi ambulandum, latiſſimus eorum adeſt campus, & non alia re plures victoriæ aut trophæa parta. Lipſ. *5. de Mil. Rom. dial. 20.* pleni eorum ſacri annales, plena omnis profana hiſtoria, priſca, recens. Nulla huc transſcribo. *vid. congeſtum cumulum apud* Zwing. *theatr. V. H. vol. 5. l. 3. edit. anno 1571.* Frontin. Polyæn. Ranzov. Reuſn. *in de arte Strategem. libb.* adde Valer. Max. *l. 7. c. 4.* & War. ab Erenb, *d. l. n. 66. 67. 68.* Honeſtum eorum ac licitum uſum eo munitum. 1. Deus ipſe ea & mandat & proſpero eventu beat. *Joſ. 8. 2. 22. 23 &c. Judic. 20. 29. 35. &c. 2. Sam. 5. 23. 25. Geneſ. 14. 15. 16.* 2. non improbant Sancti Patres Hieron. *ſup. c. 17. Ezech.* Auguſtinus: quod Deus, inquit, jubet loquens ad Joſuam, ut conſtituat ſibi retrorſus inſidias, h. e. inſidiantes bellatores ad inſidiandum hoſtibus, hinc admonemur non injuſtè fieri ab his, qui juſtum bellum gerunt, ut nihil homo juſtus cogitare debeat, in his rebus, niſi ut juſtum bellum ſuſcipiat, cui bellare fas eſt, non enim omnibus fas eſt. Cùm autem juſtum bellum ſuſceperit, utrum aperta pugna, utrum inſidiis vincat, nihil ad juſtitiam intereſt, *l. 9. qq. in Joſ. q. 10. & habetur c. Dominus noſter 23. q. 2.* Maſ. *comm. in Joſ. 8. §. 2 p. 141.* Ambroſius hinc fraudem uſurarium adverſus hoſtes legitimam pronunciat: Ab hoc uſuram exige quem non ſit crimen occidere, ſine ferro dimicat, qui uſuram flagitat: ſine gladio ſe de hoſte ulciſcitur, qui fuerit uſurarius exactor inimici. E. ubi jus belli, ibi etiam jus uſuræ. *in l. Tob. c. 15. & habetur c. ab illo 14 q. 4. 3.* prædicant uno ore Poëtæ, Politici, Duces.

---- Dolus, an virtus quis in hoſte requirat?

2. Æneid. Virgil. juxta illud Homero frequentatum, ἢ δόλῳ ἠὲ βίηφι, cujus & illud eſt:

Odyſſ. λ. *κλείνης ἠὲ δόλῳ, ἢ ἀμφαδὸν ὀξέι χαλκῷ.*

Confice ſive dolo, ſeu ſtricto cominus enſe.

In bello apertè & ex inſidiis pugnamus bonâ conſcientiâ. War.

War. ab Erenb. *d.l.n.59.* Ubi pellis leonina non sufficit, vulpina assumenda Lysander ap. Plut. *in apophth.* τὰ κλέμματα ταῦτα, inquit vir & Dux bonus Brasius, κάλλιστην δόξαν ἔχει ap. Thucyd. *l.5.4.* nihil iis in bello utilius. Xenoph. *in Hipparch.* ἃ τὸν πολέμιον μάλιςʼ ἄν τις ἀπατήσας, τὺς φίλυς μέγιςʼ ἂν ὠφελήσει quibus hostes maximè decipiuntur & amici plurimùm juvantur, Brasid. *d.l.* quippe commune aperti Martis periculum declinatur, ex occulto hostes supplantati vel cadunt, vel certè terrentur, integris quantum licet, boni Ducis supplantatis viribus. *Conf.* Veget. *l.3.c.9.* 5. Nihil gloriosius bono Duci quàm suorum citra cædem & sanguinem hostem cædere: & sine periculo victoriam comparare. Veget. *d.l.* Polyæn. *l.1.* Prudentiæ quippe militaris hi doli pars. E. ut menti corpus cedit, ita & hujus robore ac vi actiones institutæ illis, quæ istius solertia peractæ, Spartanorum etiam gentis bellicosissimæ suffragio, *quod vide ap.* Plutarch. *in Marcell.* & Lips. *5. Polit.17.6.* tolle à Duce, milite, prudentiam hanc quid nisi incautam habebis simplicitatem, robore corporis stolidè ferocem? quæ ut alibi noxia, ita inprimis in bello exosa, & malè audit, Quis enim id belli genus cum Achæis probet, quo homines invicem congrediantur, non secus ac

cùm duo conversis inimica in prælia tauri
frontibus incurrunt, pavidi cessêre magistri.
Illi inter sese multâ vi vulnera miscent,
cornuaq; obnixi infigunt, & sanguine largo
colla armosq; lavant. ----- -----

Virg. 12. Æneid.

Verè belluarum hoc, non hominum. Casp. Fac. *pol. Liv. part. 2. art.21.p.272. Conf.* War. ab Erenb. *d.l.n.70. & seqq.* 7. nil necessarium magis, quàm si hostis potentior sit apparatu, militum numero, ἀπονόμοις μᾶλλον ἢ μαχιναῖς πολεμίζειν, artificio magis quam viribus decertare Cæs. *de bell. Afric.* 8. à justitia id nequaquam alienum. Hostis enim est, in quem isthæc strategemata usurpantur, quem perdere mos fasq; & quid refert quomodo? circumventiones & ipsum meditantem ac quoquo modo laborantem vincere?

Isthm.Od. 4.

χρὴ δὲ πᾶν ἔρ-
δοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρὸν
---- *oportet quidlibet*
conantem frangere adversarium.

Pind.Lips.*d.l.* Ubi jus belli, ibi jus doli boni, War.ab Erenb. *d.l.n.74.* dolus enim bonus armorum est instar. Ubi g. arma armis, vim vi repellere per leges licet, fas quoque dolis uti P. Mart.*L.C.class.2.L.13.c.de dolo n.16.p.659.* Reuln.*d.l.p.191.* Sic fallacia fallaciâ truditur, clavus clavo pellitur, paxillus paxillo, labor labore. War.ab Erenb.*d.l.n.61.* Unde & jura civilia non secus tradunt, de quibus JCtorum Scholæ. *vide interim* P. Mart.*d.l.p:660.E, ista allegantem.* Ergò omninò 9, ut venator feras quasdam vi & manu interficit, quasdam occultus subsistit & laqueis aut retibus captat: ita nil interest supplantatione hostem Imperator perimat fallaci, an manu sternat pugnaci. At enim ea demum, ne quid hîc erres, vera strategemata, quæ duo hæc non lædunt : *Fidem datam & Imperatoris dignitatem.* Utramq; hanc oportet esse salvam *Fidem.* Contra enim fœdera aut pacta quis fraudem probet? Sunt profectò quædam bellorum jura & fœdera etiam inter ipsos hostes servanda, Ambros.*de offic.l.1.c.29.& 3.c.10.* Cic.*3. offic.* gentium ea recepta consensu, nec omnis in bellis æquitas exulat, quæ propter æquitatem sunt ipsa. Illa g. armis aut consilio in hostem ire jubent, cæteris ad infamem victoriam viis exclusis, Keck.*curs.Phil.disp.35.q.20.p. 794.* Itaque longè aliud strategema est, aliud perfidia, War. ab Erenb.*d.l.c.2.n.69.p.179.* Bene Thom.Aquin. Dupliciter aliquis potest falli ex facto vel dicto alterius: uno modo ex eo, quod ei dicitur falsum, vel nō servatur promissum. Istud semper est illicitum & hoc modo nullus debet hostes fallere, alio modo ex eo, quia ei propositum aut intellectum non aperimus. Hoc autem non semper facere tenemur &c. Et talis occultatio pertinet ad rationem insidiarum, quibus licitum est uti in bellis justis. Nec propriè hujusmodi insidiæ fraudes vocantur, nec justiciæ repugnant, nec ordinatæ voluntati. Esset enim inordinata voluntas, si aliquis vellet nihil sibi ab aliis occultari. 2.2.q. 40. art. 3.

Impe-

Imperatoris dignitatem. absit g. omnis vilis & abjecta ratio, quæ vel veneno hostem tollat, vel sicariis clàm immissis, vel alia quavis arte veteratoriâ. Pœnorum Hannibalisque eorum Imperatoris istiusmodi fuerũt insidiæ cum perfidia infamiaque conjunctæ, ut hodieq; *Punica fides* sub adagionis specie pessimè audiat. Noc sic Romani hostes suos pessundederunt. Dolis & illi quidem usi. Val. Max. *l. 7. c. 4.* at æqui interim honestiq; servantissimi, fidem sartam-tectam, Val. Max. *l. 6. c. 6.* Imperatorisq; famam victoriamque ab omni scelere puram, Val. Max. *d. l. c. 5.* esse voluerunt. Ex plurimis *Camillum* & *Fabricium* singularia

—— pulcri spectamina honesti

sisto, quorum *ille* Faliscos, *hic* Pyrrhum Regem, proditoribus eorum vinctis remissis, á civium machinationibus tutos præstiterunt, majore omnibus victoriis triumphisq; gloria. Unde de hoc Pyrrhus, de hoste hostis: *Hic Fabricius ille est, qui difficiliùs ab honestate, quàm Sol à cursu averti potest.* Val. Max. *d. l.* Plut. *in Camill. & Pyrrho.* L. Flor. *l. 1. de Rep. Rom.* Casp. Fac. *d. l.* Pezel. *Mellif. histor. part. 2. p. 46.* Cic. & 3. *offic.* P. Gregor. *l. 24. de Rep. c. 8. n. 9.* Agell. *l. 3. noct. Att. c. 8.* Richter *axiom. œcon. 65. p. 166.* Pariter & *Athenienses* Themistoclis consilium, de totius Græciæ principatu acquirẽdo, quia ex Aristidis monitu utile quidem, at minimè justum erat, acceptare gloriosè recusarunt. Plut. *in Themist.* Val Max. & P. Gregor. *dd. ll.* In hæc exempla bonus Imp. intueatur, nec dolos hosti structurus ob utilitatẽ ab honestatis tramite vel latum unguem recedat. Tantum etiam de hoc Placito. Conf. Besold. *2. Pol. 2. n. 26.* Lips. War. ab Erenb. P. Martyr. *dd. ll.* Schonborn. *l. 6. Pol. 27.* Hœnon. *d. sp. 7. th. 60.* Althus. *c. 35. Pol. n. 51.* Dn. D. Gerhard. *Precept. ac fauti omni animi pietate venerandum L. de Mag. Pol. §. 419. & qq. Polit. dec. 7. q. 5.* Jun. *qq. Pol. 75.* Lamb. Dan. *7. Pol. Christ. 6. p. 525. 526.* Zepp. *de Ll. Mosaic. c. 16. p. 431.* Keck. *d. l. & 1. Pol. 30 p. 478.* Timpl. *4. Pol. 10. q. 24.* Velst. *cent. qq. Eth. dec. 9. q. 4.* cumprimis Alber. Gentil. *l. 2. de Jur. bell. c. 3. & seqq. & de art. stratagem. auctores ĩ alleg.* Nos jam cessim imus, remos inhibemus, & hic discedimus.

DISCURSUS QUADRAGESIMUS.

De CRIMINE LÆSÆ MAJESTATIS.

Quem

Auxiliante Divina Majeſtate

Permiſſu Magnificæ ac Ampliſsimæ Facultatis Juridicæ in inclyta Jenenſi Academia

PRÆSIDE

Viro Clariſſimo & Conſultiſſimo

Dn. JOHANNE Reuter J. U. L.

Præceptore ac Fautore ſuo honoratiſſimo.

Publicè defendendam ſuſcipit in Acroaterio JCtorum

CUNO von Bodenhauſen

Eq. Brunsvic.

Cum

Cum Deo

DE
CRIMINE LÆSÆ
MAJESTATIS.
PROOEMIUM.

MAGNA laus major utilitas maxima verò Romani-Germanici nostri Imperii dignitas esse fertur, si illud in tranquillitate & quiete consistat text. *in §.1. quomodo in læsa majest. crim. proced. in extravag. constit. Henr. VII.* Ideò tam paterna sollicitudine tamq; sollicita procerum cura, atque vigiliis, consentientibus statuum & ordinum Imperi votis per constitutiones Imperatorum recessus Imperii; ut felicissimæ recordationis Ferdinandi Primi Reichs-Abschied zu Speyer de anno 1526. §. Darauff so haben wir uns/ & de anno 1529. zu Speyer/ §. Dergleichen soll der Articul. Caroli Quinti Reichabschied zu Augspurgk de anno 1530. §. Desgleichen/ & §. Wiewol auch/ Maximiliani Primi Reichsabschied zu Worms de anno 1595. Caroli Quinti Reichsabschied zu Worms de anno 1521. zu Nürmbergk/ de anno 1522. zu Augspurg de anno 1548. & 1551. Ferdinandi Reichsabschied zu Augsp. de anno 1555. & 1559. und zu Regenspurg de anno 1557. itē Maximiliani Secundi Reichsabschied zu Augspurgk de anno 1566. zu Regenspurgk de an. 1570. & 1576. saluberrima remedia cōstituta sunt ad sedādas seditiōes, & factiones scelestas præcavēdas atq; opprimēdas, Meurer *in*

colleg. pandect. tit. 4. lib. 48. th 3. adeò qui contra fecerit pacem publicam den Landfrieden fregisse dicatur, ejusque pœna rei afficiantur puta vitæ necisque daß derselben Leib und Gut allermenniglich erleubt seyn soll / und niemand daran freveln / Cammer-Gerichtsordn. *part. 2. tit. 9. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 1.* Hæc verò laus & gloria solummodo haberi & referri debet Imperatori nostro Romano, ut Imperii ejus Gubernatori atque Directori. *text. in §. 1. quomod. in læs. maj. crim. proced. in extravag.* Cum ipsi incumbat curam gerere Imperii, salutem ejus promovere, subditorumque commoda investigare *l. nam salutem ff. de offic. præf. vigil.* ut Imperii utilitas incorrupta persistat singulorumque status, salvus sartus tectus, permaneat, *lib. 2. feud. t. t. 27. de pace tenend. & ejus violat. c. un. lib. 2. feud. t. t. 53. de pace tenend. & juram. firm. Nov. 85. c. 3. Novell. 1. in pr.* Accidit autem aliquoties, ut contra hoc caput Imperii ejusque dignitatem atque securitatem gravissimè committatur *arg. t. t. ff. O. C. ad L. Jul. maj.* quod omnium peccatum atrocissimum *Harp. in comm. Instit. §. 3. Inst. de publ. judic. num. 1. & 2.* quia omnium gravissimè summeque Rempubl. lædit, & Reipublicæ, illive, qui ei præest funus parat. *Dec. 7. tr. c. 2. 37. Moller. ad constit. Elect. 1. p. 4. num. 1. Cont. ad l. 1. in pr. de publ. judic. Vult. ad §. 3. Instit. de publ. judic.* Est & indignissimum, quia committitur in eum dignitate & auctoritate omnium supremum hominem, videlicet à DEO secundum, quicquid est à DEO consecutum, à soleque DEO minorem,

rem. *Tertullian. lib. ad Scapul. Chryfoftom. hom.* 2. Quod peccatum graviffimum, graviffimè puniri, ut & reliqua delicta *l. 51. ita vulneratus* §. *1. verf. quod fi quis ff. ad L. Aquil. l. 95. Stichum* §. *1. quod fi verf. fanè quoniam ff. de folution. l. 70. fi à reo* §. *ult. ff. de fidejuffor. l. 2.* §. *pen. de capit. minut. l. 13. congruit in pr. ff. de offic. præfid. l. 4. in delictis* §. *2. cum dominus ff. de nox. action.* Leges & auctoritates fuadent *l. 5. C. de crim. laf. majeft. t. t. ff. de crimin. laf. majeft. Petr. Gregor. fyntagm. lib. 32. fyntagm. jur. c. 1. n. 1. Petr. Heig. ad* §. *1. num. 1. & Harpr. ad* §. *3. num. 2. Inft. de publ. judic.* Ne ad alios impunitas ad peccandum invitet, & ut fupplicii confpectus, quando facinoris rei publicè puniuntur, alios plerunque deterreat, & ita falus populi integra retineatur, *l. 6. fi quis* §. *1. fi quos l. 28. capitulum* §. *pen. ff. de pœn. l. 31. bona fides in fin. pr. ff. depofit.* Proinde operæ precium me facturum puto, fi de crimine Læfæ Majeftatis aliquid agamus: ut autem certa Methodo hanc difputationem comprehendamus. 1. Ponam Etymologiam Majeftatis. 2. Definitionem: & quæram. Quid fit crimen Læfæ Majeftatis? 3. Divifionem: Quotuplex illud fit? 4. Caufam efficieutem: Qui illud committunt? 5. Objectum: Contra quos admittitur? 6. Formam: Quomodo committatur? 7. Judicium: Qui cognofcat de hoc crimine & qui ad accufandum admittuntur. 8. Tandem pœnam dictabo.

ASSERTIO I.

Cum autem Etymologia Magna fit, ita ut etiam argumentari ab eâ liceat *l. 1. ff. de Juft. & Jur. l. 1. de pact. l. 1. ff. de acq. poff.* eo quod verba funt figna rerum,

Etymologia.

& intellectus verbis, eo rectius etiam rem ipsam intelligere possumus §. 2. *Inst. de donat.* nec facilè quis potest decipi in re cognoscenda, qui virtutes vocabulorum benè perspectas atq; cognitas habet *Arist. lib. 1. Elench. Everhard. in top. argum. ab Etymol. Arist. lib. 4. Physic. text. 57.* Proinde Majestatis nomen dicimus; deduci à magnitudine *Auctore Festo in verbo Majestas*, *Arnisæus lib. 1. de jure majest. c. 1. n. 6. Vult. ad §. 3. Inst. n. 3. Bodin. de Rep. lib. 1. c. 8. in pr.* Græcè plerunq; μεγαλειότης dicitur, *Christophor. Becm. de O. LL. in voc. Magn. prior. edit. pag. 273.* seu potius à majori comparativo, hoc est magno, *Petr. Greg. c. 1. lib. 32. syntagm. jur. n. 2. Christoph. Becm. d. loc.* ubi ab honore honestas, post *Priscian. Dn. Jac. Bornit. de maj. c. 1. in pr. Coras. SCtor. Tholos. cap. 10.* Majus n. veteres pro magno dixerunt *Macrob. l. Saturn. 12. Tob. Paurm. lib. 1. de jurisd. Imp. Rom. c. 3. n. 8.* μεγαλοφροσύνη. Non autem quasi major status vel potestas sit, juxta *Dec. 7. tr. 1. n. 3. & Harpr. ad §. 3. n. 2. Inst. de publ. jud. Bocer. de crimin. majest n. 54. c. 1. Alb. Gent. ad L. Jul. maj. disp. 2. in pr. Besold. colleg. Pol. class. 1. disp. 2. th. 1. P. Greg. lib. 8. de Reip. c. 3. n. 4. Hier. Gigas lib. de crim. læs. majest. sub tit. quotuplex majestas n. 24. Oldrad. cons. 43. n. 8.* cum quoad vocem status, vel potestatis, rei potius quā Nominis derivationem contineat *Arnis. lib. 1. de jur. majest. c. 1. num. 6. Theodoric. in Colleg. crimin. disp. 5. th. 1. lit. g.*

Æquivocatio.

2. Et cum potior quidem sit rerum, sed prior verborum (quemadmodum *ex Plutarch. in comment. de Iside & Osiri de* refert *Gipban. in præfat. partit. feudal. Rittershus.*) cura esse debeat, sciendum est vocabulum majestatis, ut quidam volunt *in d. th. 1.* æquivocum esse *Arnisæ. lib. 1. c. 1. de jur. majest. Dn. Jacob. Bornit. c. 1. in pr. de majest.* (1.) enim aliquando ad res inanimatas transfertur, hinc Majestas loci *Livius lib. 1.* Majestas oris *Rr. de public. Gothofr.* Majestas orationis *2. Rhetor. ad Herenn. Cicer. in Læl.* (2.) Sumitur pro veneratione virtuosis debita *Valer. Maxim. 2. c. 5.* Et sic vocabulum Majestatis solum honorem significat *Bocer. class. 4. disput. 1. & de regalib. in pr. Tholos. lib. 8. de Rep. c. 4.* eo, quod sit virtutis & probabilis quædam excellentia sine Magistratu, sine Imperio, sine fortunæ adminiculo, honoratum reddens hominem *Chassan. 1. part. glor.*

glor.mund.conf.70.ex G.Benedict.reg. c. Raynut.in verb.testamentum primo num.95.de testam. Quo sensu etiam *Lips. 2. Poli. 16.* definitur, reverenda amplitudo ob meritum virtutis aut rerum affinium *Arnis.de jur.majest.c.1.pag.mihi 12.*(3.) Aliquando etiam largè tribuitur Magistratibus inferioribus, ut prætori qua designatur dignitas atq; auctoritas ejus *l.pen.ff.de J. & J.l.9.ff.de jurisd.Ulpia.in l.de ætate §.qui tacuit ff.de interrog. act.Spieg.ad d.l si familia ff. de jurisd. omn.judic. Lexicon Calv. sub verb.Majest.* aliquando Senatui 8.*ep.* 6, Consuli *Cic.in Pison. & Phil.1.* Judicibus *Cicer.pro Rosc.* alias etiam variè accipitur *Arnis.de jur.Majest.c.1.pag.mihi 11.12.lib.1.Dn.Bornit. d.loco c.1.* Propriè autem hoc in loco est summa quædam & maximè reverenda potestas, dignitas & amplitudo superioris atq; sanctioris *Bodin.de Repub.c.8.lib.1. Arnis. de jur. Majest. lib.1. c.1. num.6.Bornit.de Majest.c.1.& 2.Bocer.de crim.Majest.c.1, nu. 53. Hier.Gig.lib.1.de jurisd.Imp.Rom.c.3.num. 8. Camman. disput.1. de jur.majest.th.9.& 12.Harprecht.ad §.3.num.2.Instit. de public. judic.*

3. Quæ duplex; divina, quæ in Deum seu religionem divinam committitur *c.10.vergentis extr. de hæretic. c.un. de schismat.l.4.§.1.junct.Auth. Gazaros in pr.C.de hæret.& Manich.l.ult. in pr.C.de feriis Nov.109. c. 2.extr.de hær. l.32. non distinguemus §.4.sacerdotio ff.de recept.arbitr.Bocer.cl.3.disp.10.th.3.* in quam committũt blasphemi, hæretici, apostatæ, sacrilegi, sortilegi, incantatores, malefici, *cap.1.si quis Episcopus 26.in fin.qu.5. l. 1. in pr.ff.ad L.Jul.Majest.l.1.ibi: sacrilegiis cœtibus l.2. ibi: ad sacrilegia templorum l.4.in pr.ibi: apostatarum sacrilegum vers. in tantum, ibi: hujusmodi sacrilegia, vers.sed ne hujus, ibi: sacrificia sacrilega C.de apostat.l.4.§.ult.l.6.damnato §.1. ibi: sacrilegi Nestorii l. 8. quicunque in fin. pr. ibi: mente sacrilega & §.ult.vers.ibi: sacrilega vers.aquum ibi: immanissima sacrilega C.de hæreticis,* Reichsabschied zu Augspurg *de anno 1530.* Auffgericht *tit.* Von Gotteslästerung / Peinliche Halsgerichtsordenung Keyser Carls des *V. art. 106.* Fürstenthumbs Würtemberg Landesordnung *p. 188. in fin. & pag. seq.* quæ eò læditur gravius, quò Deus est altior seu superior omnibus

Divisio: alia divina.

Petr.

Qu. 1. *Petr. Gregor. lib. 33. syntagm. jur. c. 2. num. 1. & 2.* Pœna autem contemnentium aut blasphemantium in Deum de jure divino apud populum Judaicum erat, ut blasphemi lapidibus obruerentur *Levit. cap. 24.* De jure canonico in terris Papæ subjectis blasphemus, jurando, per capillum caput Dei vel alio modo, si in Ecclesiastico fuerit ordine ex Pii Papæ præcepto deponitur, si Laicus anathematizatur, quod si per creaturas juraverit acerrimè castigari & pœnitere jubetur *c. si quis per capillum. 22. q. 1. c. 2. extr. de maled. & c. Mœnoch. arbitr. jud. qu. 1. lib. 2. cent. 4. cas. 386. Didac. Covarr. ad c. quamvis pactum tit. de pact. in 6. §. 7. n. 10. vers. sed quia pœnam.* Sed Justiniani constitutione in terris imperii hujusmodi blasphemus ultimo afficitur supplicio *Nov. 77. cap. 1. §. præcipimus Dambuder: in prax. rer. crim. cap. 61. nu. 12. Mœnoch. d. casu 385. num. 28. Didac. Covarr. d. §. 7. num. 10. vers. jure autem civili,* Ex reformatione ordin. Polit. *de anno 1530. Augustæ promulgata, sub tit.* Von Gotteslästerungen vnd Gottesschwüren / Deum sive mediatè sive immediatè blasphemantes prima vice aqua & pane cibari, secūdò & iteratò pro admissi qualitate pecuniaria pœna paupérib⁹, aut in dotem egenis virginibus applicanda: tertia vice, ultimo supplicio aut membrorum amputatione plecti jubentur in §. Darauff ordnen vnd setzen wir *in verbis:* Durch die Oberkeit des Orts/da solches geschehen/erstlich viertzehen Tag mit Wasser vnd Brot in Thurme gestrafft: Wo aber der oder dieselben zū andern mahl in solcher Lesterung vbertretten/daß der oder die an jhrem Gut nach gestalt der Vberfahrung/gestrafft/welche straffe auff Haußarme Leute / oder arme Jungfrawen zu Ehelicher Außstewer gewendet werden soll/ vnd ob die zum drittē mal mit solcher Gotteslesterung vorbrechen/ als denn sollen sie an jhrem Lebē oder Benehmung etlicher Güter/wie sich nach gelegenheit solcher geübter Gotteslästerung vnd Ordenung der Recht eygent vnd gebürt/Peinlich gestrafft werden/cum quo consentit Peinliche Halßgerichts-Ordnung 106. Wie Gottesschwerer oder Gotteslästerung gestrafft werden soll / *in verb.* Vnd darnach am Leib / Leben oder Gliedern nach Gelegenheit vnd Gestalt der Personen vnd Lästerung gestrafft werden. Idem sentit

Qu. 2.

Qu. 3.

Qu. 4.

Chur-

Churfürstliche Sächsische Landsordnung, *part. 4. c. 1.* Wasser gestalt die Gotteslästerung zu straffen: *in pr.* In ea tamen speciale quid constituitur, quod amputationem membri de lingua, qua potissimum blasphemans peccat intellige, ut & reum ob blasphemiam in Deum mediatè factam, qua scilicet alteri per passionem, vulnera & sacramenta Domini nostri Jesu Christi, maledixit in locis publicis, conspiciendũ omnibus sisti & simul pœna pecuniaria, vel carcere, vel denique etiam, nisi ad meliorem frugem redierit, relegatione puniri velit §. Wir wollẽ *in verb.* für die Kirchen/Rathshäuser oder Schenckstätte offentlich sollen gestellet / sondern auch am Gelde / oder mit Gefängnus / vnd wo sie folgends von jhrem Fluchen vnd Gotteslästerungen nicht abstehen/vnd sich bessern würden/ mit Verweisung vnserer Lande gestrafft werden / *ubi Möller. super constitut. Electoral. Cöler. decis. 172.* Ratio est: Quod qui temporalem lædit majestatem pœna ejus est, vitæ amissio, & memoriæ damnatio *§. 5. Instit. de hæred. quæ ab int. defer. §. 3. Instit. de public. judic.* Ergo multo magis qui divinam offendit Majestatem quò enim, uti supra dixi, gravius delictum, eò etiam gravior pœna, *l. respiciendum ff. de pœnis.* Jam autem longè gravius est delictum æternam quam temporalem offendere Majestatem *auth. Gazar. C. de heret. & Manich.* Ergo &c. Ideo jus divinum pronunciat blasphemantem morte mori, eductumq; extra castra à populo lapidibus obrui debere *Levit. 24.* Idem dicit jus humanũ qui ipsum Deum blasphemat dignus est supplicio *Nov. 77. c. 1. §. 1. ibi: qui ipsum Deum, & ei §. 2. ibi: & ultimus subdire suppliciis*, refutat itaque *Damboud. in prax. crim. c. 60. nu. 15.* eos qui id. versiculos *Novell. 77.* tantùm de Sodomia accipiunt. Meritò itaq; nec sine ratione de Lenitate Gregorii Papæ conqueritur *Daniel. Möller. ad constit. Electoral. 1. part. 4. n. 6.* qui nullum aliud in blasphemantes constituit supplicium, quam ut secundum formam *c. 2. extr. de maled.* ante fores templorum in pane & aqua publicè per paucos dies pœnitentiã agerent: Nam cum Papa in terris sese Dei Vicarium & Legis eius custodem profiteatur, oportebat eum præ aliis omnium acerrimè punire contra Deum blasphemantes, nec à Lege Do-

Qu. 5.

 mi-

mini recedere, quæ morte illos multari iubet *Levit. 24. Nov. 77. c. 1. §. 1. & §. 2.* Et hæc vera sunt de manifesto crimine læsæ Maiestatis divinæ, aut blasphemiæ; secus autem est de eius offensione, quæ plerumque occultè fit, *c. sicut de Simonia c. ut nostrũ §. porrò, ut Ecclesiast. benefic. sine diminut. confer. Damboud. in prax. crim. c. 60. n. 7. Berber. in viator. jur. civil part. 1. Rr. 1. num. 3.* cum occultorum & secretorum solus Deus sit cognitor atque iudex neque horum cognitio ad forum humanum spectet *c. erubescant in fin. dist. 32.* iuncta ibi *gl. in verb. secretorum l. 2. C. de reb. credit. Damboud. & Berber. dd. ll.*

Qu. 6.

Alia humana.

4. Et Humana *Petr. Gregor. d. lib. 32 c. 2. Arnis. de jur. Maiest. lib. 1. c. 1. num. 6. in fin. Bocer. d. c. 1. n. 2.* Quæ propriè hoc in loco summam ac perpetuam in cives & subditos legibusque solutam potestatem significat *Bodin. lib. 1. de Republ. c. 8.* dicitur & ius Regni sive maioris status *Althus. cap. 9. Polit. num. 13.* Manus regia *Bornit. de fund. Reip. statu c. 1. pag. 2. per l. pen. C. de furt. §. 1. Instit. de libert. l. 4. de J. & J.* Potestas regia *l. 1. C. nem. priv. l. 2 §. 18. de orig. iur.* Summa rerum, Imperium sacrum, Ius sublime *Clapm. lib. 1. c. 10. de arc. Rerump.* Maiestas imperialis *l. 16. ff. de iudic. l. fin. de LL.* Imperatoria Maiestas & celsitudo *l. 5. C. de censib.* Augusta Maiestas *l. 14. C. de re milit.* Principalis auctoritas *l. 30. in fin. ff. de pet. her.* Principalis Maiestas *l. 91. de her. inst.* vulgò superioritas, supremitas *Born. d. lo. pag. 4.* Germani appellant Keyserliche Hoheit und Reservaten, Reichsabschied zu Speyer *de anno 1576. §.* Dadurch dann &c. Alii Hohe-Obrigkeit. Ideo quod magnitudine sua omnes reliquas potestates complectatur & superet, tum quod suo splendore omnes illas obfuscet *Bornit. de fund. Reipub. statu c. 1. pag. 2.* Et ita vox Maiestatis plerunque in iure nostro accipitur & crim. Maiestatis læsionem humanæ denotat *l. 1. & t. t. ff. ad L. ad L. Iul. Maiestat. l. 4. Manichaeus §. 4 in mortem C. de haeret. & Manich.* Et Maiestas olim quidem læsa dicebatur, quando aliquid contra populum Romanum eiusque securitatem committebatur *l. 1. §. 1. l. 2. 3. 4 l. 10. & 11. ff. de crimin. læs. Maiest.* Eo quod quondam in Repub. Romana totius populi fuit, ideo M. Tullio describitur magnitudo quædam totius populi Romani in eius pote-

Qu. 1.

potestate & iure retinendo, quæ in imperio atq; in omni populi Romani dignitate vertitur, & sic nulla ex parte apud Senatum fuisse dicere possumus cum *Cabotio 2. disp. 3. & 4.* Verũ cum populus Romanus per Legem Regiam omnem suã potestatem & imperium in Imperatorem transtulit *l. 1. ff. de const. pr. §. 5. Inst. de jur. nat. gent. & civ. l. 2. §. novissimè in fin. ff. de orig. jur. l. un. in pr. ibi :* Regimentis Reipubl. ad Imperatorem perpetuo translatis *de officio præf. præt. Decian. in tract. crimin. 25. n. 2. & 7. c. 4. n. 3.* Et sic eum non tantum Principem Imperii fecit, sed etiam sese omni Majestate & potestate abdicativè scilicet & privativè, non verò concessivè ac cumulativè tantum, uti Dd. loquuntur, *Joh. Calvin. tract. de Principe c. 1. Gædd. de publ. & privat. delict. conclus. 2. c. 1. p. 2.* nudavit, quod hæcce verba satis indicant ei, & in eum, *§. 6. Instit. de jur. natur. gent. & civ. l. 1. ff. de constit. princip.* uti declarat *Donell. 1. comm. 8. & 15. Coras. ad l. 1. num. 7. de constit. princip. Connan. 1. comm. 16. num. 12. Duar. 2. disp. 16. Hottom. ad §. 6. Instit. de jur. nat. gent. & civil.* Ideò hoc crimen propriè tantum adversus Imperatorem ejusve securitatem committi potest, *Gomez. variar. resol. c. 2. num. 10. Paul. 5. sent. 29. Fachin. 9. controv. 32. Vult. lib. 1. Jurispr. Rom. 47. Harpr. ad §. publica 3. n. 9. Instit. de publ. judic. Wesenb. par. in tit. de public. jud. c. num. 3. & 4.* quippe quod post Legem Regiam ad unius tantum dominationem perventum sit, ideò jam nõ amplius in populum, sed solum Principem seu Imperatorem hoc scelus committitur *Paul. 5. sentent. 29. §. 1. Wesenb. in par. de publ. Judic. num. 3. & 4. & in Instit. ad §. 3. publica autem, Instit. eod.* Nec nos movere debet, quod etiam in populum hoc crimen committi legatur, *in l. 1. ff. de crimin. læsæ Majest.* certè si nulla ipsi esset Majestas, nec violari posset, proinde ex hoc consequenti sequitur: Ulpiani tempore penes populum hanc Regiam Majestatem fuisse, *Gædd. de publ. jud. conclus. 2. c. 1. p. 2.* Verum illud saltem fit impropriè: Nam cum Imperator universum populum repræsentet, crimen in ipsius eminentiã patratum, revera in ipsum populi Romanum cuj⁹ vicem gerit atq; refert, à quâ etiam Majestatem accepit, commissum censeri debet: Deinde licet in d. l. 1. dicatur Majestatis

Qu. 8.

crimen in populum Romanum committi, Ulpianus tamen respicit ad tempora Legis Juliæ, & sic ad tempus præteritum, quo LL. 12. tab. aut L. Jul. hoc scelus primitus vindicari cœpit, *arg. l. 1. in fin ff. de public. judic.* contra Justinian. qui rationem habuit sui seculi, dū L. Regia existebat, & Imperatoris, nec populi mentionem fecit. *§. 3. Inst. de public. judic. Petr. Greg. syntagm. lib. 33. c. 2. n. 2.* Et posito citra tamen veritatis præjudicium concesso, quod licet tempore Ulpiani in quibusdam effectis sese exercuerit populi majestas, & sic quædam penes ipsum fuisse dici possit, quin tamen tempore Justiniani in Imperio Romano status fuerit Monarchicus, nullum hominum puto negare posse, *l. fin. C. de LL. Dn. Petr. Theodoric. in Colleg. suo crimin. disput. 2. th. 1. lit. g. in fin.* Et de hac humana videlicet & temporali Majestate Læsa, nostra jam instituta est dissertatio.

Lex Julia à quo lata.

5. Ad cujus Majestatis conservationem criminisq; ejus coercitionem habemus L. Juliam, quæ lata fuit prima Romæ ætate L. Romuli de proditione *Halicarn. lib. 2.* postea Lex Varia *Coras. SCtor. c. 10. Plin. de vir. illustr. Ascon.* passim Lex 12. tabb. *l. 3. ff. de public. judic. Polyb. 5.* Lex Appuleia *Cicer. lib. 2. de orat. L. Apuleij Saturnini Tribuni pleb.* Lex Cornelia à L. Sylla Dictatore *Ammian. lib. 9. Marcell. lib. 19.* & aliæ LL. complures LL. Tribunitiæ, ut Icilia Papia *Cont. ad l. fin. de publ. judic. Gothofr. ad Rr. ff. ibid. Decian. 7. tract. crim.* L. Antonia à M. Anton. Cons. lata *Manut. de LL. Rom. p. 164.* Quæ postmodum à Julio Cæsare Dictatore repetita & nonnihil interpolata, & aucta Julia vocata, quia omnium amplissima & celeberrima *t. t. D. & C. ad L. Jul. Maiest. Cont. ad L. 1. in pr. de public. judic. Vult. §. 3. Instit. de public. judic. num. 3. Cicer. Phil. 1. & orat. in Pison. Boter. de crimin. Majest. c. 1. num. 12. Decian. in tr. crim. lib. 7. c. 3. num. 6. Tacit. 1. annal. pag. 23. in fin. edit. Lips. Duar. ad t. t. ff. de public. judic. c. 1. Paul. Manut. de LL. Roman.* forsan primo ejus consulatu, aut post victum in Pharsalia Pompejum *Gothofr. ad Rr. ff. h. t. Manut. de LL. Roman. in fin. pag. 164.* Dissent. *Gædd.* qui ab Augusto repetit occasione Jul. interempti *in p. 2. c. 1. in pr. de public. & privat. delict.* Posterioribus vero temporibus hæc

Lex Julia valde extendebatur hocq; crimen exacerbatur aliorum Imperatorum Edictis, Rescriptis atq; JCtorum Responsis atque Commentariis.

6. Tradita jam Etymologia traditoq; auctore à quo lata sequitur ordine ipsa definitio, quæ vim & naturam rei demonstrat *Everhard. in topic. in loc. à definitione,* quæ ab Athanasio apud *Breulaum in tr. de Renunciat. pr. Joh. Ram. in Elench. Reg. jur. lib. 1. axiomat. 2.* dicitur oculus, quæ vim rationis & quæ mente concepimus, breviter explicat, ideoque qui absque definitione docet, ipsi accidit, quod cœco viatori hinc erranti usu venire solet *Sebastian. Medic. in tract. de Venation.* Proinde dicimus, quod crimen Læsæ maiestatis *Clem. pastoralis §. prababitis & §. rursus de sentent. & re judicat. c. felicis 5. in pr. de pœn. in 6. l. 1. C. de priv. carcer. l. 3. in pr. l. 8. ff. ad L. Jul. Majest. l. pen. C. eod.* alias passim dicitur, simpliciter crimen Majestatis *c. inprimis §. si verò 2. q. 1. l. 1. in prin. & §. 1. l. 4. l. 5. non contrahit. l. 7. famosi §. fin. l. 9. ff. & t. t. ff. de crim. Majestatis, l. 1. C. de fals. monet. l. 1. 2. 3. & t. t. C. de crimin. Majest. l. 4. §. 4. C. de haret. & Manich. Petr. Greg. 33. syntagm. num. 1.* esse crimen publicum *§. 3. Instit. de publ. judic. t. t. ff. C. ad L. Jul. Majest. arg. l. 1. ff. de public. jud.* quo civis Romanus contra Imperatorem vel universam Rempubl. ejusque securitatem, tranquillitatem atque salutem aliquid molitur *Clem. pastoralis §. rursus ubi CC. de sent. & re judic. l. 1. §. 1. l. 3. §. eadem lege l. 4. in fin. l. 5. 6. & 7. §. hoc tamen §. ult. ff. ad L. Jul. Majest.* Dd. comm. *ad §. 3. Instit. de public.* & ibique *Heig. num. 4. Mœnoch. lib. 2. de arbitr. judic. qq. cas. 386. num. 3. Duar. lib. 2. anniversf. c. 22. Boter. de crim. Majest. c. 1. num. 49.* Et dicitur ita à suo obiecto, circa quod vel in quod committitur *l. 3. vers. lex autem ff. de crim. Majest.* quod scilicet ad evertendam minuendam & lædendam Majestatem suscipitur ab istius Majestatis subdito, *arg. d. clem. pastoralis §. rursus de sent. & re judic.* quorum itaq; aliqua est Majestas tum hoc crimen locum invenit *d. l. 3. ibi*: Majestatem publicam *l. 8. in quæstionibus ibi læsa Majestatis ff. ad L. Jul. Maiest. l. ultim. in fin. ibi: in violata Majestate C. de abolit.* ut sunt Imperator *lib. 2. feud. 27. de pace & eius violatore l. pen ibi: ex principali Maiestate*

Definitio.

Qu. 1.

 ff. de

ff.de heredib.instit.l.7.famosi §.3. ibi: Principalis Majestatis ff. ad L.Jul.Majest.L.4.ibi: Majestate regnatis C.de LL. Item quilibet alius liber populus potestati alterius populi nō subjectus *d.l.7.§.2.ff. de captiv. & postlim. reversf.* uti hodiè est populus Helveticus, item populus Venetus, ad exemplū populi Romani olim *l.1.§.1.ff.ad L. Jul.Majest.* facit quod non solius populi Romani, hodie Imperatoris Romani *arg.§.6.Instit.de jur.nat.gent.& civil.l.1. ff. de constit. pr.* sed & alterius populi Majestas sit, uti constat *ex l.7. non dubito §.1.ibi: ut is populus alterius populi Majestatem comiter conservet ff. de captiv.& postlim.reversf.* Ideò etiam Reges, Duces, Principes superiorem non recognoscentes, in suis Regnis & Provinciis, idem sunt, quod Imperator in orbe Romano, quod supra in specie affirmavimus de populis Helveticis atque Venetis *Decian.lib.7.in tr.crim.c.4. num.6.in fin.Hieron.Gig.in tr.de crim.las.Majest.lib.1.Rr.2. quotuplex sit Majestas num. 55. Mynsing. cent.5.*

Qu.2.

Qu.3.

Divisio huius criminis.

7. Huius autem criminis duæ sunt species: Perduellio, & simplex Læsæ Maiestatis crimen quodvis videlicet in imperatorem factum & hoc nomen generis retinet *l.fin.ff.ad L.Jul. Majest.§.5.per contrarium Inst.de hared. qua ab intest. def. l. 76. cum filius §.ult.de legat.2.l. quos nos 234. in pr. ff. de V. S. l. 4. Jura de jure patron.l.11.liberorum §.ult.ff.de legat. 2.l. 31. donationes in concubinam §.ult. ff. de donation. l.fin. C.de abolit. Bocer.class.4 disp.11. th. 8. item in tract. de Regalib. c.3.num. 80. & tract.de crim.las.Majest.c.2.num.5.Rob.2.sent.22.Dec.7.tr.crim. c.6.Cont.ad l.1.ff. de crim. Maiest.Vult.ad §.3. Inst. de publ. jud. num.8.Hottom.ibid.ac in Lexic.verbo; perduellis, Harpr.ad §. 3. Instit.de public.judic. Cujac.6. obs.25.& in parat.ff.& C.de publ. judic.* cum & duo L. Juliæ capita fuisse constet *ex l.2.ff.de crim. las.Mai.Gœdd.ad l.118.de V.S.& in tr.de publ.& privat.delict.p.2. c.1.concl.3.* Aliquoties tamē Maiestatis crimē pro sui atrocitate modò perduellio appellatur, modò etiā generis nomē retinet & Maiestatis crimē dicitur, & sic promiscuè sumitur *Theod.in Coll.crim.th.2.lit.d.l.10.de minore §.1.quastionib.l.31. §.ult.ff. de donat.l.ult.ff.de crim. Majest.* & sic reus perduellionis appellatur

tur Reus Maiestatis *l.16.decuriones C. de quæstionib. l. 6. Maiestatis.C.ad L. Iul. Maiestat.* Sæpè numero tamen perduellionis crimen generis nomine designatur, & simpliciter Maiestatis crimen dicitur, eò, quod ex L.12.Tabb. omne Majestatis crimen perduellio vocatur. Hinc M. Horat. qui sororem indamnatam occiderat perduellionis accusatus *Cont.ad l.fin.ff. de crim.læs.Maiest.Liv.lib. 1. Rober. 2. sent. 22.* Ità ut discrimen hoc amplius in usu non esse asserant Dd. *Wolff.in* Erotemat. *ad §.3.& Harpr.ad §.3.Inst.de public.judic.num. 11.& 12. Mynsing. ibid.ad §.3.num. 5.& 6.* Quæ tamen citra periculum confundēda non sunt. Ideò postmodum etiam hæc duo Lex Julia separavit. *Theodoric.in Colleg.crim.th.2.lit.a.& d.in fin.* Siquidem hæc inter se maximè differunt.

Crimen perduellionis.

8. Perduellionis crimen est, cum quis civis Romanus hostili animo adversus ipsum Imperatorem vel Remp. aliquid molitur *l.10.de minore §.1.de quæstionib.l. ult. ff. ad L. Iul. Majest.l.5.quisquis l.56.& 7. C. ad L. Iul. Maiest. Heig. num. 6.& Hottom.ad §.3.num.1. de publ.jud. Althus.lib.1. I. R. c. 69. Wesenb.parat.ad h.t.Vult.I.R.lib.1.c.47.num. 6.* hoc ipsum enim tenderet ad evertendam Maiestatem seu dirnendum universæ Reipubl.Romanæ vel imperii statum *Treutler.volum.2. disputat.22.thes.1. lit. d. Cujac. in parat. ff.& C. ad L. Iul. Maiest. Decian.in tr.crim.lib.7.c.6.n.3.4.& 20. Hier. Gigas in tr. crim. de læs.Majest.Rr.de pluribus & variis quæstionibus q.14. n. 3.* Et ideò perduellionis crimen indigitatur, quod hostiliter suscipiatur *l.ult.ff. ad l. Iul. Mai.* cum perduellis idem sit ac hostis *l.234.quos nos ff.de V.S.* qui dicitur à duello, quo antiqui pro bello utebantur *Fest.lib.8.de V. S.* ibi: Hostis apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunc hostis, perduellis, *Varro lib.6.de LL.Cicer.lib.1.officior.Gœdd.ad d.l.234.de V.S. Ravard. ad LL.12.tabb.c.27.* Non autem duello, hoc est, singulari certamine, qno Monomachia indigitatur, iuxta *gl. ad l.fin.ff.de crimin.læs.Mai.* Proinde & criminis huius rei hostes dicuntur *l.8. §.2.de pœn.l.11.§.3.de his qui notant.infamia,l.1.C. de bon. libert. Gail.2.de pac. publ.c.n.22.Dec.7.tr.crim.c.8.n.5.Alb.Gent.2.lect. 9.& 3.lect.18.*

Qu.1.

9. Quod

Divisio criminis perduellionis.

9. Quod perduellionis crimen iterum duplex; Unum enim est propriè perduellionis crimen: Alterum est quasi perduellionis crimen: *Bocer.class. 4. disp. 11. th. 9. & Bocer. de regal. c. 3. num. 82.* Perduellionis crimen proprie ita dictum est, cum quis directo & immediatè contra Imperatorem vel Rempublicam Romanam quid molitur *l. ult. ff. ad L. Jul. Mai. l. 10. de minore §. 1. ibi: de Maiestatis crimine ff. de quaestionib. l. 5. C. ad L. Jul. Maiest. Decian. in tr. crim. lib. 7. c. 6. num. 3. 4. & 10. Hier. Gigas in tr. de crim. laesa Maj. lib. 3. Rr. de plurib. & variis quaestionib. q. 4. n. 3.* Güldene Bull *Carol. IV. tit.* Von der Bischoffe Segen in Gegenwertigkeit eines Keysers. Quasi perduellionis crimen est, quod non ita immediatè & directò contra ipsum Imperatorem, sed contra salutem & vitam consiliariorum, senatorum, & militum suscipitur *l. 5. C. ad L. Jul. Maj. constit. Henric. VII. tit. 2. coll. 11. Bocer. d. class. 4. disp. 11. thes. 16. Bocer. de crim. Mai. c. 7. n. 7.* Güldene Bull *Carol. IV. dict. loc.*

De quasi perduellionis crimine.

Qu. 1. Perduellionis autem modi principales (1.) seditionis concitatio, non quae fit ob quamvis causam; tum enim erit vis publica *l. 5. in pr. l. 10. §. 1. ff. ad L. Jul. de vi public. l. 3. & fin. C. eod.* Sed quae concitatur ad turbandam Rempubl. & in ejusdem exitium & tum poena Majestatis habet locum *l. 1. in fin. ad L. Jul. Mai. l. 21. §. fin. de capt. & postlim. rev. Dec. in tr. cr. 7. c. 19. num. 23.* non tamen ipsa plebs tumultuans, & concitata poenis est subjicienda, sed auctores potius *l. 38. §. 2. de poen. l. 2. C. de sedit.* cū causa & origo omnis furoris penes auctores sit, reliqui enim contagione insaniunt *Liv. lib. 29.* Vindicatur etiam aliquando seditio *L. Cornel. de Sicar. l. 3. §. 4. de Sicar.* secuto videlicet homicidio *argum. l. 6. C. de vi publ. Decian. in tr. crimin. c. 19. num. 16.*

Qu. 2. (2.) Regni seu Imperii affectatio, ut si quis nomen & insigne Regium atque Imperatorium affectet, potestatemque Regiam assumat *l. 3. circa fin. ubi Br. ff. ad L. Jul. Mai. Decian. in tr. crim. 7. c. 9. num. 2.* Dissent. *Bocer. class. 3. disp. 11. th. 24.*

Qu. 3. (3.) Rebellio, quam strictè hic intelligimus subtractionem ab obedientia Principis, quae & defectio dicitur *l. 5. §. 1. de capit. minut. Petr. Gregor. 35. syntagm. 1. num. 5. Bocer. class. 4. disp. 11. th. 11.* alias vocabulum rebellionis generaliter omnem

omnem Majestatis principalis vel prosperitatis publicæ violationem significat *in extravag. tit. qui sunt rebelles.* (4.) Publicarum tabularum corruptio, quæ ad jura Reipubl. spectant pacis videlicet, amicitiæ cum populis & aliis provinciis contractæ, aut fœderum, limitum causa &c. *Gædd. in tr. de publ. judic. concl. 2. p. 2. c. 1. per l. 2. ff. de public. judic.* non vero aliarum tabularum, quo ipso crimen falsi aut peculatus admittitur *l. un. C. de crim. pecul. l. 23. de fals.* Nec etiam rescriptorum atque edictorum corruptio *l. 25. l. fin. de fals. l. 4. C. eod.* (5.) Proditio non privati; sed Principis vel Reipubl. *l. 19. §. 4. ff. de captiv. & postlim. reverf.* aut qui urbem seu munitionem, die Festung oder Castel auffgeben / sine justo metu, neque coacti cum urgentissimo periculo famis aut mortis *l. 3. ff. de L. Mai. Decian. in tr. crim. 7. c. 15. num. 12.*

Qu. 4.

Qu. 5.

10. Majestatis crimen in specie ita dictum est, quodvis factum, cum quis alio quam perduellionis, aut quasi perduellionis animo contra Imperatorem aut Rempublicam quid moliatur *argum. l. ult. ff. ad L. Jul. Majest. Bocer. de crim. Majest. c. 2. n. 47. Alciat. ad l. 234. de V. S. Heig. n. 6. ad §. 3. Instit. de publ. judic. Bocer. class. 4. th. 21. disp. 11.* Ut si quis civis Romanus ea sibi sumat, quæ solius Imperatoriæ Majestatis sunt *Bocer. de crimin. Majest. c. 2. n. 47.* si videlicet decus aut dignitas Principis minuatur, vel securitas publica quovis modo lædatur, eo n. ipso, neque Principis salus hostiliter petitur, neq; in exitium Reipub. conceditur, sed illius dignitati aut hujus amplitudini quid derogatur, sive contemtus, aut periculum creatur, *Scip. Gent. lib. de conjurat. c. 2. p. 45.* Per factum itaque hic excludimus conatum, qui non æque hic ut in perduellione, eadem severitate punitur, & convicia in Imperatorem dicta, quæ licet acerba, ac ex deliberato consilio profecta, ad hoc tamen crimen simplex non pertinent. Ideò Titus Imperator sic dicere solitus est. Nemo me injuria aut contumelia afficere potest, propterea quod nihil ago, quod reprehendi mereatur, ea verò quæ falsò de me dicuntur, prorsus negligo, cujus imitatione Imperatores *in l. unic. C. si quis Imper. maledix.* rectè rescripserunt, Maledicto crimen hoc neutiquam committi *Decian. in*

Majestatis crimen in specie.

Qu. 1.

Qu. 2.

 tract.

tract. crimin lib. 7. cap. 50. Gigas d. tract. & Rr. q. 40. Cujac. ad lib. 5. tit. 29. sentent Quantumvis olim Augustus & Domitianus specie Legis Majestatis de famosis libellis cognitionem tractaverit *Tacit lib. 1. annal pag. 86. edit Lips.* & sic rigor iste olim obtinuit *Decian. 7. c. 50. num. 29. Cujac. sent. Paul. 29.* & sub Tiberio, & aliquot etiam post eum Imperatores, levissima dicta & facta in judicium deducebantur *Heig. 2. q. 31. n. 49 Pet. Gregor. 31. syntagm. 7 n. 1. & 2. Decian. 7. c. 3 num. 27. & 50. Sueton. in Tiber. c. 88.* Hodiè tamen maledicta non venire in crimen Majestatis, consentaneum est, rigore scilicet illo laxato *l. un. C. si quis Imp. maled l. 7. §. 3. ad L. Jul. Majest. l. 1. C. eod.* licet maledicens gravissime delinquat *l. un. C. si quis maled* Et ideò neo leviter sit puniendus, Principem conviciis proscindens, in exemplum aliorum *c 1. extr. de maled. d. l. un.* consentiente sacra Scri-

Qu. 3. ptura *Exod. 22. vers. 28. Num. 12. v. 9. & 16. v. 30. Prov. 30.* Non tamen statim pœna hujus sceleris *Heig. 2. q. 31. nu. 14. Mœnoch. arb. jud. qq. cas. 327. n. 14. Gilhus. dict. tr. tit. qual. & à quib. q. 40.* Eo quod odiosa & maxime odiosissima sint restringenda, inque pœnalibus benignior interpretatio facienda *c. odia. 15. c. in pœnis 49 de R. Jur. in 6. l. pen. ff. de pœn. l. 16. cum quidam, in fin. ff. de liber. & posthum. Mœnoch. arb. jud qq. cas. 377. nu. 14. Harpr. ad §. 3. Inst. num. 50. Gigas d. Rr. q. 40.* Dissent. *Bocer. de Regalib.*

Qu. 4. *c. 3. num. 79. 87. & seqq.* Nimodo ejusmodi verba per se sint seditiosa, aut acclamationes turbulentæ, quibus salus Reip. atque Principis periclitatur *l. 28. §. 3. ff. de pœn.* aut illis occidatur seu moriatur principis libertas, atque auctoritas, quò faciunt verba *l. un. C. si quis Imp. maled. Gœdd. de judic publ. atque privat. concl. 2. p. 1. Bl. in l. data opera C. qui accus. non possunt, per*

Qu. 5. *lib. 7. §. 3. ff. de crim. Mai.* Item si talia, quibus ad arma contra Principem suscipienda concitari possit populus *l. 1. in fin. ff. ad L. Jul. Mai. Theodoric. in Colleg. crim. disput. 1. th. 4 lit. 1.* Mo-

Qu. 6. di autem simplicis criminis Majestatis sunt. Si quis injussu Imperatoris bellum gerit, delectum habet, exercitumq; comparat *l. 3. ff ad L. Jul. Mai. vers. eadem lege, & l. 3. § ult. C. de agentibus in reb. l. un. C. ut arm. v. insc. princ. l. 17. Neminem C. de re milit. lib. 12. c. quid culpatur 4. 23. q. 1. Gail. de pac. publ. 4. num. 4. & seqq.*

& seqq. Ni modo imminens atq; notorium periculum instet, & periculum in mora, antequam ad Imperatorem eatur, tum eum sine fraude exercitum colligi licet. *arg. l. 6. §. 9. ff. de injust. rupt. testa.* Ratio hujus pœnæ est, quod eo ipso maximè lædatur Majestas, quando privatus ppria auctoritate sibi jus vindicandi atq; puniendi sumere velit, quo significatur ipsum nullum superiorem habere, cui injuriam sibi illatam exponere possit. Et nisi hæc potestas ad unum restringeretur, nunquã quiesceret, aut in pace viveret Respublica, quivis enim ex quovis quid excogitare possit contra vicinum, ut bellum propria auctoritate inferret, seditionesq; cum maximo, & frequentissimo detrimento Reipublicæ, quod à Fabii Ambusti tribus filiis factum est, qui ad Gallos missi legati, injusta arma capientes, toti Reipubl. funestum bellum pararunt: Hoc argumento ex Græcis, quicunq; illi sunt dehortari conantur Ætolos, ne bellum Philippo inferant apud *Polyb. lib. 11.* In præsenti quidem, ajunt, & vestrum & Macedonum exitium conjicimus, in futuro verò & de vestra, & aliorum Græcorum patria solliciti sumus. Quemadmodum enim, si quis semel sylvam accenderit, non amplius ad ipsius arbitrium fertur incendium, sed depascitur, quicquid apprehenderit ventisq; regitur, ad eum modum & bellum semel à nonnullis excitatum, injustè, singula, quæ incidunt, perdit, veluti à ventis inflatum *Hirsbach. in disp. de crimin. Maj. th. 32.* Et licet quidam hunc criminis modum ad primum caput L. Juliæ referant, rectius tamen secundo L. Juliæ capiti accommodavimus, eò quod adhuc aliæ ejusmodi causæ esse possunt, quibus non statim ex militum collectione animus hostilis adversus Rempublicam, ejusq; Imperatorem arguitur, si nimirum hoc fiat ad juvandum exteros suos amicos, & conjuratos extra Imperium, si periculum impendeat suis ditionibus, quod averti debet, si hoc fiat ad refrenandos subditos rebelles. Nam ubi actus aliquis, qui duas assumere potest interpretationes tum mitior est assumendus, odiosus verò repudiandus *arg. l. 18. & 19. ff. de LL. lib. 2. feud. tit. 91.* & hoc constare potest ex ordine *l. 3. ff. ad L. Jul. Maj.* ubi in principio, ordine aliquot modi recensentur

Qu. 7.

Qu. 8.

criminis Majestatis, ad prius caput L. Juliæ pertinentes; quibus hic noster modus non in uno cõtextu annumeratur; sed à modis primis capitis sequenti nova periodo separatur, qua secundi capitis modi criminis Majestatis referuntur.

Qu. 9. Quod si ex post facto colligitur hos milites in statum & adversus Imperatorem hostili animo conscriptos fuisse, tum omnimodo reus erit perduellionis *l. fin. ff. ad L. Jul. Maj.* In Recessib. tamen Imperii hæc libertas colligendi milites à Germanis immutata fuit Reichsabschied zu Speyer *de anno* 1570. §. Vnd wiewol vor etlichen Jahren / *in verb.* Welcher massen den Obristen Rittmeistern / Häuptleuten / oder andern Befehlshaberen / Kriegsleute für frembde Potentaten in Heiligen Reich Deutscher Nation zu werben / verstattet werden soll / nemlich das sie zuförderst jhr Original / glaubwürdige Bestallung der Kreiß-Obersten / vnd in der Obrigkeit in jrem Gebiete fürgelegt / auch darauff gnugsame verbürgte Caution, Inhalt derselben Abschied / wircksamlich erstattet / damit jhrenthalben niemand im heiligen Reich / in den An- Durch vnd Abziehen beschweret / beschediget oder beleidiget werde. *Et in §. seq.* So ist doch nunmehr / *in verb.* Das solches H. Reichssatzungen von vielen zu nicht weniger Verringerung vnser vnd des heiligen Reichs Autoritet vnd Reputation veracht / vnd in vielen Wegen eludiret, keine habende Bestallung fürlegen / noch die verbürgte Versicherungen thun wollen / *& in §. seq.* Dieweil denn solcher einreissender Frechheit vnd Mißbrauch Deutscher Freyheit / *in verb.* Setzen / ordnen vnd wollen / das hinführo ein jeder frembder Potentat, wer der auch sey / so im heiligen Reich Kriegsleute werben lassen wolle / zuförderst bey vns / als Römischen Keyser / darumb ansuchen solle / mit ausdrücklicher Vermeldung / wie viel Kriegsleute er bestellen lassen wolle / welche die Obersten / Rittmeister vnd Häuptleute seyn / darneben diese Erklärung vnd Zusage thun / das solch Kriegsvolck wider vns / des heiligen Reichs Churfürsten / Fürsten / Stände vnd Vnterthanen nicht gebrauchet werden / Auch in etc. *Gail. in tract. crim. p. 2. concl. 3. c. 1. Petr. Gregor. 35. syntagm. 1.*

Qu. 10. (14.) Si quis monetam percusserit, qui jus monetandi non habet *argum. lib. 2.*

feu l.

feud. tit. 56. l. 1. & l. 2. C. de falſ. monet. nomine ſcilicet Principis ejusque effigie inſignitam cuſſerit; quantumvis alias ſit probæ ligæ, juſtiq; ponderis atq; valoris. Cum monetam cudere ſit de regalibus, ideoque ſoli Principi, & cui ab illo hoc nominatim conceſſum eſt, competit *lib. 2. feudor. tit. 56. quæ ſunt regal. Mænoth. arb. qq. c. 316. num. 15. Cujac. 19. obſerv. 25.* Proinde & nummos ſuo nomine cudi, ſuaq; imagine inſigniri jubet *argum. l. 3. in fin. ff. ad L. Jul. Majeſt. Farr. 1. conſ. c. 42. num. 3. Decian. tr. crim. 7. c. 23. & 5. ſeqq. Damboud. pr. crim. c. 65. Treutl. vol. 2. diſp. 23. th. 1. lit. c.* Monetæ namque debet integritas quæri, ubi & vultus noſter imprimitur, ait *Theodoric. apud Caſſiodor. lib. 7. var.* Quidnam erit tutum, ſi in noſtra peccetur effigie, ſit mundum, quod ad formam noſtræ ſerenitatis adducitur, claritas regia nihil admittit infectum. Nam ſi vultus cujuslibet ſincero colore depingitur, multo juſtius metallorum puritate principalis gratia cuſtoditur *Damboud. pr. crim. c. 65. num. 1. Decian. d. c. 23. Salicet. in l. pen. C. de falſ. monet. Hieron. Gigas in d. tract. Rr. qualiter & à quib. q. 62.* Item qui probam adulterat aut falſam monetam (quod hodie benè obſervent unſere Kipper und Wipper) cudit *l. 1. & l. 2. C. de falſ. monet. Decian. lib. 7. c. 23. Hiero. Gigas lib. 1. Rr. qual. & à quibus q. 62.* Cum nec Imperator jus cudendæ monetæ privato concedere poſſit *l. ult. C. de falſ. monet. lib. 9. tit. 24.* ubi reſcriptum, quo concedatur privato facultas cudendi Monetam, ſubreptitium præſumitur, proindeque non valet, ut ibid. tenet *gl. Tiber. Decian. lib. 7. c. 24. num. 3. Bart. & Alex. in addit Br. l. 1. C. de vet. num. pot. lib. 11.* Pœna horum adulteratorum legitur in der Peinlichen Halsgerichtsordnung *Carol. V. tit. 111.* quem articulum integrum hic conſcribere placet: In dreyerley Weiſe wird die Müntze gefälſchet / erſtlich wenn einer betrieglicher Weiſe eines andern Zeichen darauff ſchleget: Zum andern / wenn einer unrecht Metall darzu ſetzt: Zum dritten / ſo einer der Müntze jhre rechte Schwere gefährlich benimpt: Solche Müntzfälſcher ſollen nachfolgender Maſſen geſtrafft werden: Nemlich welche falſche Müntze auffwechſeln (intellige hic, die Kipper und Wipper) oder ſonſt zu ſich bringen / und

Qu. 11.

wiederumb gefährlich vnnd boßhafftiglich dem Nechsten zu Nachtheil wissentlich außgeben / die sollen nach Gewonheit auch Satzung der Recht mit FEwer vom LEben zum TOde gestrafft werden / die jhre Häuser wissentlich darleihen (uti in locis quibusdam tempore nundinarum, ubi Judæis & adulteratoribus monetarum certæ ædes conceduntur zu den Kippen vnnd Wippen) dieselben Häuser sollen sie damit verwircket haben: Welcher aber der Müntze jhre rechte Schwere gefährlicher Weise benimpt / oder auch ohne habende Freyheit müntzet / der soll gefänglich eingeleget / vnnd nach Recht am Leib oder am Gut nach Gestalt der Sachen / gestrafft werden: Wo aber jrgendt einer eines andern Müntze [illegible] breget / oder wiederumb in Tiegel brechte vnd geringe Müntze daraus machte / der soll an Leib oder Gut / nach Gestalt der Sachen / gestrafft werden: So aber mit der Herrschafft Willen vnnd Wissen das geschehe / so soll dieselbe Herrschafft jhre Müntz-Freyheit verwircket vnnd verlohren haben / & hæc sunt verba Constitutionis Caroli Quinti. (3.) Qui statuas aut imagines Principis jam consecratas, non reprobatas conflat, aut vendit *l. 4. in fin. l. 5. §. fin. l. 6. l. 7. §. ult. ff. ad L. Jul. Mai. l. eorum qui 24. ff. de pœn.* non ille, qui eas vetustate corruptas reficit, aut lapide jactato incerto fortuito attingit *l. 5. d. t.* Ita nec ille qui cum ædibus, horto aut prædio cui accesserunt, vendit, *l. 24. ff. de contr. emt. arg. l. 62. ff. de acquir. rer. dom.* (4.) Falsa eorum, quæ Imperii vel Magistratus sunt usurpatio *l. 3. in fin ff. ad L. Jul. Mai.* uti est furcarum erectio, quæ facta privata auctoritate *l. 1. C. de cohort.* item carceris privati exercitio, quæ nec per privati conventionem fieri potest ob favorem libertatis *l. 2. C. de privat. carcer. arg. l. [illegible] C. de jurud. l. 2. ff. de liber. hom. exhib. Decian. in tr. crim. [illegible]* adeo ut etiam momentanea detentio sufficiat si eo animo quis inclusus teneatur, ut diutius captum detineat, vel ei quid metu extorqueat *l. 1. C. de privat. carcer. arg. l. 27. §. 2. de [illegible] l. 1. in fin. ad L. Falcid. l. 25. in pr. ff. ad L. Jul. de adult. [illegible] in pr. crim. c. 64. num. 1. Farrin. q. crim. 27. num. 21. [illegible] ad l. 13 de V. S. Donell. 8. comm. 22. Decian. d. c. 19. n. 2. Hænon. illust. disp. contr.*

Qu. 12.

Qu. 13.

Qu. 14.

Qu. 15.

contr. diff. ult. th. 2. lit. d. Idem statuimus, qui aliquem extra carceres, hoc est in vinculis vel compedibus, ut libera recedendi facultas non sit, detinuit *l. 9. ex quib. cauf. major.* Ni modo Præceptor Discipulum; *l. 5. §. 3 in fin. ff ad L. Aquil.* Pater Filium; Maritus Uxorem; Abbas Monachum, castigationis causa detinuit, *argum. d. l. 5. § 3. in fin. ff. ad L. Aquil.* Dominus servum maxime fugitivum *l. 1. C. de emend. serv. Decian. lib. 7. c. 11. d. loc. Gœdd. ad l. 254. ff. de V. S.* aut si quis ex alia causa aliquem detinuerit, inque eum manus injecerit; ut si quis detinet debitorem fugientem *arg. l. 10. §. 16. quæ in fraud. cred. Farin. q. 12. 27. n. 9. Boer. decis. 265. n. 3. Gail. 2. obs. 44. n. 1. Decian. in d. tr. c. 10. num. 11. Damboud. c. 63. n 2. & seq.* aut aliquem in adulterium deprehensum *l. 25. in pr. de adult.* furem *arg. l. 7. ff. de furt. l. 4. ad L. Aquil.* consanguineus furiosum *l. 13. §. 1. de offic. præsid. Decian. in tr. crim. c. 10. num. 11. Boer. decis. 275. n. 3.* aut quis detineat meretricem libidinis causa, in his enim omnibus finis & affectus detinentis est considerandus *Farin. d. loc. num. 3. Damboud. c. 64. n. 3.* (5.) Salvi conductus violatio *Petr. Greg. 35. syntagm. 9. n. 2. Paul. de Castr. p. 2. cons. 422. Theodoric. in Coll. crim. th. 2. lit. f. & g.* (6.) Qui non summam Reipubl. Romanæ & universum ejus statum labefactare & evertere conatur, sed qui tantum pro parte aliqua populi Romani Majestatem lædit, ut qui provinciam aut civitatem Imperii hostibus prodit, *l. pen. ff ad L. Jul. Mai.* Qui armatus cum hominibus armatis adversus provinciam vel urbem aliquam Imperii Romani insurgit, aut contra eam ita venit, ut loca aut templa ej' occupentur *l. 1. §. 1. vers. quo armati homines ff. ad L. Jul. Mai.* Qui obsides populi Romani, absque jussu principis *l. 1. § 1. vers. quo tenetur 15. ff. ad L. Jul. Mai.* aut jussu Imperatoris incarceratum ex carcere ob capitale aliquod crimen dimittit, *l. 4. in fin. pr. ff. ad L. Jul. Mai. Gomez. 3 var. resol. 2. n. 7. Joh. Fab. ad § pen. Inst. de act.* eo, quod solius principis sit impunitatem delicti alicui concedere atque dimittere, quod si privatus propria auctoritate sibi hoc arroget, tum principalem auctoritatẽ sibi tribuere arguitur *l. 31. ff. de pœn. l. 4. in fin. ff. ad L. Aquil. Heig. 1.*

Qu. 16.

Qu. 17.

Qu. 18.

Qu. 19.

Qu. 20.

q. 21.

q. 22. num. 6. Guid. Pap. decis. 437. Gœdd. in tr. de publ. & priv. delict. p. 2. c. 1. concl. 3. Plures modos hujus criminis vide apud Dd. *Bocer. de regalib. cap. 3. num. 86. Bocer. class. 4. disput. 11. th. 26. 27. & seqq. Petr. Theodoric. in Colleg. crimin. th. 4. disput. 5. lit. f. & lit. i.*

Causa efficiens.

11. Causa criminis efficiens est, subditus vel in orbe Romano civis Romanus, uti supra in definitione diximus, qui Imperatori Romano mediatè vel immediatè est subjectus, & ita non à quovis contrahitur *Clem. Pastoralis §. rursus, ubi gl. & CC. extr. de sent. & re judic. Dd. in l. 6. sed si conditione §. 2. solemnis ff. de hered. instit. l. 17. in orbe ff. de stat. hom.* Ratio est, quia subditus & subjectionis & superioritatis ratione, principi fidem obsequium & reverentiam naturali jure debet, *Gœdd. de publ. jud. p. 2. c. 1. concl. 4. Hieron. Gigas tr. de crim. læs. Mai. lib. 1. Rr. qualiter & à quib. crim. læs. Mai. comm. q. 68. Clar. lib. 5 sent. §. læsa Maiestatis n. 6. & 7. Bl. in l. 2. C. fals. monet.* Sive masculus

Qu. 1.

sive fœmina sit, hoc crimen incurrit *l. 3. ff. de bon. damn.* exemplum habemus apud *Sueton. in Tiber. c. 2. Vopisc. in Aureliano, Scip. Gentil. 1. de conjur. c. 5. Decian. lib. 7. c. 8. n. 16. gl. in l. 5. §. 3. vers. ausuras, C. ad L. Jul. Mai.* Idem quod diximus de subdito,

Qu. 2.

asserimus etiam de pago, civitate, provincia, & quacunque universitate, communitate, corpore vel collegio sub Imperio Romano, si aliquid contra Imperatorem vel Imperii Romani prosperitatem machinentur *l. 1. §. 1. & ibi Dd. ff. ad L. Jul. Mai. l. 5. C. eod. constit. Henr. VII. tit. 1. §. ad hoc si qua communitas in extrapag. col. 11. arg. l. 4. ff. de vi & vi arm. l. 9. §. 1. ff. quod met. caus. Prosp. Farin. in theor. & prax. crim. q. 24. num. 10. Harpr. part. 2. disput. 27. th. 10. Decian. lib. 7. c. 8. & seqq. Gigas lib. 3. d. tr. in tit. de Rebell. q. 12. Gail. de pac. publ. c. 9.* Ut tamen per sonitum campanæ, tubæ aut per consimile quid convocati, communi consensu & voto & prævia deliberatione à principe defecerint, vel quid gravius in eum moliti sint *Gomez. 3. var. resol. 1. n. 62. Oldendorp. de jur. & equit. [illegible] Mynsing. cent. 4. obs. 78. & seq. Gail. 2. de pac. publ. c. 9. n. 4.* Ut tamen in auctores defectionis severius animadvertatur, plebeis enim & reliquis ex promiscua plebe vel parci solet vel pecuniaria, aut

alias

alias lenior pœna imponitur *Damboud.prax.crim.c.63. nu.11.* Qu.3. *Petr.Greg.35.syntagm.5.n.20.Gail.2.de pac.publ.c.9.n.4.* Nec hic excludimus Clericos, si contra Imperatoriam Majestatem aliquid hostiliter atque dolosè moliantur, quod comprobat aliquot exemplis *Petr.Greg.lib.35.syntagm.c.2.nu. 9. Arnis. in tr. de subj.& exem.Clericor.Cunrad.Rittershus.lib.5. de differ. jur. Civ.& Can.c.4.* Quod enim quisque juris in alium statuit in semetipsum etiam debet statuere *l.1.ff. quod quisq. jur.* atqui Clerici si quid à Laico in eorum dignitatem fit commissum, sibi sumunt censuram. Ergo & idem Laicis permittendum erit *Boss.d.c.2.las. Mai.n.86.* Nec exemtio jurisdictionis, scilicet fori privilegiati facit, ut desinant esse de provincia, ditione & districtu principis *c. ult. §.1. de offic. deleg. in 6.* quantumvis itaque ratione fori, propter domicilium tamen Clericus subditus manet *l.16.ad municipal.l. 2.C. de incol.* & sic civis Romanus, cum & civium Romanorum privilegiis uti velit *Gœdd.disput.16.th.4.lit.d.Decian.lib. 7.c. 8. num. 6. in tr.crim. Menoch. lib.1.conf. 99.nu.16.* ita immiscendo se enormitatibus forum alienum sortitur; & privilegium amittit; Ipso namque facto se privat talia faciendo *gl.c.perpendimus lit.d.de sentent.excommunic.* Proinde Clericus ita delinquens non modò reus fit Majestatis violatæ, sed etiam ab eodem, cui subest legitimis pœnis subjici potest *Gœdd.tr.crim.p.2.c.1.concl.4.Scip. Gentil. 1. de conjur.* quod satis comprobatur *Rom. 13.c. perpendimus 23.de sent.excom.c.si quis Laicus 22.q.5.Scip.Gentil.d.c.1.* Dissent. *Rol. à Valle conf.4.n.4.vol.1.Nicol.Boër.tr.de seditiosis c.6.num.3. Farin.qu.crim.8.n.28.& seqq.Boss.de crim.las.Mai.num.86.* quod Clericus dicatur jurisdictioni seculari exemtus *c. 12. si diligent.extr.de for.competent.* adeò ut nec volens aut proprio motu sese jurisdictioni Laici subjicere possit, cum eo ipso præjudicaret toti ordini Clericorum *d.c.12.c.nullus 2.extr.de for.compet.c.1.& seqq.caus. 11. q. 1. c. cum non ab homine 10. de judic. Covarr.d.loc.pr.qq.33.n.2.Petr.Gregor.36.Gigas 2.n.6. & seqq. Decian. 7.c. 8.n.6.& c.49.n.6.* Sed ad hæc & alia ejusdem farinæ argumenta per supra tradita facile responderi potest, quod etsi Clericus sit exemtus à jurisdictione seculari, de di-

ſtrictu tamen & provincia ſui principis eſt eique ſubjectus *c. ult. verſ. nec aliquis tit. de offic. & poteſt. de legat. in 6. Bocer. de regal c. 3. num. 102.*

Qui non cōmittunt hoc crimen?

Qu. I.

11. Crimen itaque læſæ Majeſtatis (1.) non committit is, qui eſt peregrinus aut exteræ nationis civis, quive Imperatori ſive Imperio Romano non eſt ſuppoſitus *Clem. Paſtoralis §. rurſus, & ibi CC. comm. extr. de ſent. & re judic. t. t. ff, & C. ad L. Jul. Maj. Decian. in tr. crim. lib. 7. c. 5. n. 12. & c. 8. num. 5. Clar. lib. 5. ſentent. §. læſæ Majeſtatis crimen n. 6. & 7. Gigas in tr. de crim. læſ. Maj. lib. 1 ſub Rr. qual. & à quib. hoc crimen committit. Gail. 2. de pac. publ. c. 13. n. 19. Marti. Laudēſ. in tr. de crim. læſ. Maj. qu. 34.* Nec movet, quod *Paurmeiſter. in lib. 1. de juriſd. c. 3. n. 22.* reprehendat Bodinum, quod definierit Majeſtatem reſpectu ſubditorum: cùm & hanc poteſtatem quoq; habeat in peregrinos qui vel contrahunt vel delinquunt, vel res in ditione quoque ſitas habent; Sed cum ejus Majeſtas læſa dici nequeat, qui nec fidem tuendæ Reipubl. dedit, nec ut id faciat, neque natura neque ex pacto obligatus eſt, & licet dignis in exterorum flagitia ſuppliciis, & pœnis animadvertere queat, nō tamē poteſt eos reos facere læſæ Majeſtatis, ejusque pœna debita punire. Nam Majeſtas propriè, cum ſit caput Reipubl. non refertur, niſi ad ea membra, in quæ communiter iuriſdictionem exercet. Habet itaque quidem Imperator quandam vim & poteſtatem in peregrinos, eſt tamen illa ſaltem conditionalis & ex accidenti: Hinc Maria Regina Scotiæ à ſuis excluſa, & ab Eliſabetha Regina Angliæ morte mulctata poſt novendecim demum annorum captivitatem, eo quod cum Duce Northfolio aliisque exteræ religionis atq; regionis Principibus cōjurationem feciſſet contra Reginam Angliæ, totamq; Rempublicā, quæ punita fuit non ut Majeſtais rea, ſed ut perſona graviter delinquens; & hoc fundamentum à Legatis prætendebatur. Neminem niſi ſubjectum Maieſtatis & coniurationis accuſari poſſe, nec Reginæ in Reginam competere iuriſdictionem *Paſq. liv. 5. des recerch. de France chap. 34. Eitzinger. Auſtriac. in hiſtor. 4. Monarch.* Multò minus Imperatori in Regem

Prin-

Principem, Comitem, Baronem, &c. Romano Imperio non subiectum *Clem. Pastoralis* §. *deniq. juncto* §. *rursus de sentent. & re judic.* Ubi Pontifex negat Robertum potuisse in Imperatorem crimen Maiestatis committere, quia eo modo ipsi non subfuit, quippe domicilium suum non in imperio habens, nec originem inde trahens *Boss. de crim. læsæ Mai. n. 106.* Proinde rectissimè *Arnis. in lib. 3. c. 6. nu. 12. de jur. Maj.* distinctionem facit hoc in casu inter Maiestatem, quæ Reipubl. & subditorum terminos nō excedit, & inter personam. Quæ si alienam Rempublicam ingressa in istam peccaverit, tū aliena Maiestate quoq; coerceri potest. Quò viderunt etiam olim Romani: qui cives cum Legatis Tarquinii coniurantes contra Libertatem Republic. extremo supplicio affecerunt, Legatos autem incolumes dimiserunt, etsi videbantur commisisse, ut hostium loco essent, ac cives, qui ad Hannibalem perfugerunt atrocius puniverūt idem Romani, quam eiusdē sceleris reos socios, ex eadem ratione cum non fuerint subditi *Liv. lib. 2. in princ.* (2.) Nec Imperator Romanus adversus Pontificem hoc crimen Maiestatis committit *arg. 2. Tit. 3. v. 1. 1. Petr. 2. v. 1. & 2. Luc. 22. v. 5. & seq.* Nec Christus unquam Secularem iurisdictionem exercuit *Joh. 18. v. 36. Luc. 12. v. 14.* imò Regiam dignitatem sibi delatam recusavit *Joh. 6. v. 15.* Quod itaque Christus non habet, nec eius putativus successor Vicarius Papa scilicet habere potest, præsertim cum multi Pontificii Interpretes volunt, Papam nullam omninò habere iurisdictionem Secularem, *Vasq. illustr. qq. contr. 20. n. 2. & q. 21. n. 1. & 2. Gomez. ad* §. *10. quadam Inst. de act.* Ad hoc elegans exemplum refert *Francisc. Hottom. cap. 9. disp. feudal.* ubi Bonifacius VIII. ad Philippum Regem Francorum mittebat, significans, se nō modo spiritualem, verum etiam temporalē omnium regnorum, ac ditionum dominum esse, sibiq; ipsum quoque Regem etiam in temporalibus subesse, hunc tamen turbulentū Papæ Romanæ spiritum Philippus tolerare non potuit, quippe qui Legatos non tantum toti plebi ludibrio exposuit, sed & infamia affectos Romam emitti iussit, & ignominiosè Papæ rescripsit, ut pluribus d. loco refert *Hottom.* Et licet Canonistæ dire-

Qu. 2.

cto contrarium probare possint *c.solita.extr.de maj.& obed. c. felicis extr.de pœn.in 6.c.cuncta per mundum 9. q.3. c. super gentes regna tit.de consuetud.in extravag.communib. c. un. in tit. ne sed vac.quid innov.c.2.de re jud.in 6.c.venerabilem extr.de Elect.* adeò ut etiam Interpretes quidam exinde subditos etiam Imperii vel alterius Principis,& sic ipsum Imperatorem, si contra Papam quid moliatur, hoc crimen incidere affirment *Farin.lib.1.consf.48.n.4.& n.20.Clar.d.loc.§.læsæ Majestatis num.41. Decian.lib.7.c.4.n.4.c.8.n.1.* eò quod Papa Reges & Imperatores sibi minus morigeros de Imperio deturbandi potestatē habeat *dd.ll.& cc.Gigas d.Rr.q.2.Decian.d.c.8.num.1.* Id tamen fortè illis verisimile videri potest, qui idoneū in re sua & propria causa testem esse credunt Pōtificem Romanum. Quibus vicissim regerimus auctoritatem sacræ Scripturæ *c. Roman.13. v.1.& 2.1.Petr.2.v.13.& c.5. v. 3. Luc. 22. v. 25.& seq.* Item placitum Nicolai Papæ *in c. cum ad verum dist. 96.* uti etiam *l.9.deprecatio ff.ad L. Rhod. de jact. & Henric. VII. Imper.*

Qu. 3. *const.ad reprimendam collat.11.in extravag.* (3.) Nec populus confœderatus in confœderatum hoc crimen committere potest, *arg. Clem.Pastoralis.§.denique iuncto §.rursus de sentent. & re judic.* quia confœderatio subjectionem non inducit *c. ex parte Abbatissæ extr. de privileg.l.non dubito 7.in pr.§.1.in pr.ff. de captiv.& postlim. revers.*

Qu. 4. (4.) Nec vasallus incidit in hoc crimen si non aliqua ratione subditus est per express.text. *Clem. Pastoralis §.denique junct.§.rursus de sent.& re iudic.* Nam licet aliquo particulari jure, puta feudi vel delicti quis efficiatur de foro alicujus principis, si tamen ratione originis vel domicilii ei non sit subditus, non dicitur committere contra eum crimen læsæ Majestatis, & pro hoc facit *c. ex parte Abbatissæ 13.extr.de privil.l.7.non dubito §.1.de captiv. & postl. rev.* Et asserit *Clar.in d.§.læsæ Majestatis nu.6.& 7.* se aliquoties vidisse ita judicari refertque exempla *Gigas d.Rr.lib.1.tit.qualiter & à quibus 3.q.4.& 68.num.2.Decian. d. lib.7.c. 8.n.7.Bocer.d.c.1. num.20.Camman.disp.10.de jur. Maj.th.32.Gail.lib.2.de pac.publ. c.13.num.19. Mart. Laudens. d.tr.d.crim.læs.Maj.q.34.* Dissent.

Me-

Menoch.consil.99.& seqq.lib.1.Gomez.ad §.rursus §.2.nu.24.in fin.Inst.de action.

13. Objectum sive materia circa quam,jam sequitur&in & contra quos videlic.hoc crimen committatur, & dicimus esse eos,qui Majestatem habent,ut sunt Imperator Romanus *§.5.Inst.de publ. judic.l.1.§.1.l.3.§.eadem lege l.4.l.5. l.6. l.ult.ff. ad L.Jul.Mai.l.3.C.eod.l.4. ibi: Majestate regnantis, C. de LL. d.pen. ibi: ex principali Majestate ff. de hered. instit. l. 7.famosi §.3.ibi:Principalis Maiestatis ff.ad L. Jul.Mai. lib.2.feud.27.in pr. ibi: regiæ Majestatis, de pac.tenend. & ejus violator, constit. Henr.VII.in extravag.* Güldene Bull *tit.24.in pr. verb.* Wenn der Keyser oder König in jhren Keyserlichen oder Königlichen Stuel sitzen. Et hodie crimen Majestatis propriè tantum committitur adversus Imperatorem ejusque securitatem *Gomez. 3.var.resol.c.2.num.10. Paul. 5.sentent. 29. Fachin. 9. contr.32. Vult.lib.1.Jurispr.c.47.Heig.ad § publica autem 3.num.9.Inst.de public. judic.* Non autem amplius in populum,quippe, quod Lege Regia Maiestas ad solum Imperatorem,eiusq; unius dominationem pervenit *§.3.Inst.de public.judic. Paul. 5. sentent. 29.§.1.* qua Lege Regia universa per populum in Principem translata *§.6.Inst.de jur.nat.gent.& civ.l.1.ff.de constit.princ.l.1. ff.de offic.præf.prætor.Decian.in tr.crim.25.c.2. & 7.c. 4.num.3.* Quem populus non tantum participem fecit Imperii, sed etiam sese omni potestate atque Imperii Maiestate nudavit;uti illa verba rectissimè exponunt EI & in EUM *§.6.Inst.de jur.nat. gent.& civ. l. 1. ff.de constit.princ.Coras.ad d. l. 1.nu. 7. Hottom. ad §.6.Inst. de jur. nat. gent. & civ.Donell.1. comment.8.& 15. Connan.1.comm.16.n.12.Duar.2.disp.16.* & sic non solum concessivè & cumulativè,sed abdicativè & privativè omnis potestas in principem translata fuit *Joh.Calvin. in tr. de Principe c. 1.Gœdd.de publ.& priv.delict.p. 2. c. 1. concl. 2.* (2.) Committitur hoc crimen quoque in Imperatoris Vicarium *Gerl.Buxtorff.ad Aur.Bull.concl. 59.& mult.seqq. præsertim. conclus. 74. Thom.Michaël disp. de jurisd. Imper. concl.2.Ant. Quett.cons.1. num.17.Joach.Clut.in syll.rer.quotid.th.23.tit.e. Mynsi. resp. 44. nu.15.Gigas d.loco lib.1.qu.15.* eo, quod Vicarius per omnia re-

Objectum.

Qu.2.

præsentet personam Domini sive Imperatoris *arg.l.2. de offic.* eius qui Vic.alicu.iudic. *l. 1. in fin. C. de offic.Vicar.* Güldene Bull *Carol.IV.tit.5.* Von Rechten des Pfaltzgraffen vnd Hertzogen von Sachsen *in pr.* Wie offt das heilige Reich/ als offtehet ledig wird/sol der erleuchte Pfaltzgraffe beym Rhein/des heiligen Reichs Ertztruchses/an stat eines Römischen Königs/etc. *& in verbis:* Ein Vorweser vnd Pfleger des Reichs seyn / *& in verb.* Vnd derselbe Pfaltzgraffe hat aus Keyserlicher Güte zu verbieten alle Verenderung: Idem asseritur de Elect.nostro Sax. laudatissimo, *in verb.* Auch in demselben Verwesen Rechten / wollen wir dem erleuchten Hertzogen von Sachsen/des heiligen Reichs Ertzmarschalln/gleicher Weise zu gebrauchen haben/an allen Stäten /da Sächsische Recht sindt / etc. *apud Aruma.disc. de jur.publ.17.th.45.Tiber.Dec.consf.23.n 68.vol.1.Mich. Schifer. apud Arum.disc.18.th.65.Joh.Petr.Surd.consf.281.n.1.& 2.Roland.* Qu.3. *à Vall.consf.86.n.33.& seq.vol.1.*(3.) Ex his rectissimè concludimus in Electores Imperii Septemviros quorũ tres Ecclesiastici & quatuor Laici, singuli sua officia habentes, ad Imperatorem pertinentia: Nempe Archiepiscopus Moguntinus, Germaniæ Metropolitanus, & sacri Romani Imperii Archicancellarius per Germaniam: Archiepiscopus Coloniensis in cuius Diœcesi consecratio Imperatoris celebratur, Archicancellarius Imperii per Italiam: Et Archiepiscopus Treverensis, vetustissimus omnium Galliarum & Germaniæ Episcoporum, Archicancellarius per Gallias & Regnum Arelatense. Laicorũ verò primus est Rex Bohemiæ, sacri imperii Archipincerna? Comes Palatinus Rheni, Archidapifer: Dux Saxoniæ, Archimarschallus: Marchio Brandeburgensis, Archicamerarius, de quibus Güldene Bull *Carol.IV. tit. 1.* Von der Churfürsten Gebiet vnd von wem das seyn soll / *& tit.2.* Von der Wahl eines Römischen Königs / de quibus Alvarott. hosce versus refert:

Moguntinensis, Trevirensis, Coloniensis,
Quilibet Imperii sit Cancellarius horum
Et Palatinus Dapifer, Dux portitor Ensis,
Marchio Præpositus Cameræ; Pincerna Bohemus

Hi

Hi statuunt Dominum cunctis per secula summum.
in c.1.quis dic.Dux Com.& c.n. 9. Decian.d.loc. lib.7.c.5.num.2. in hos scilicet omnes & singulos crimen perduellionis committi potest omnesque eius pœnæ in delinquente locum habent *arg.* Gülden Bull *tit.23.per tot.* Võ der Ertzbischoffe Segẽ in Gegenwertigkeit eines Keysers/ *l.5.C.ad L.Jul.Maiest. Heig. p.1.q.4.n.22.& seqq.Dec.lib.7.tr.crim.c.5.n.2. Camman. disp. 10. de jur.Maj.lib.44.Heig.ad §.3.nu.13. & 14. & Harpr. ad d.§. 3. n.17.Inst.de publ.jud.& part.1.disp.27. th.7.* Eo quod Electores sunt pars corporis læsæ Maiestatis Gülden Bull *tit.24.* Von der Ertzbischoffe Segen die hernach geschriebene gesetz/ & Gülden Bull *tit.* Von der Ertzbischoffe Segen/ in Gegenwertigkeit eines Keysers/ *in pr.ubi ut & in d.l.5.quisquis in pr.C. ad L. Jul. Mai.* Corpus Imp.non Physicum significat corpus, sed Collegium Consiliariorum Cæsaris, hic *& in l. 1. ff. quod cujus univers.* nomine corporis appellatione certarum personarum collegium quoddam significat. Dicuntur itidem columnæ & bases fundamentales Imperii sanctum ædificiũ solerti pietate sustentantes *tit. 3. in pr. in verbis :* Wen dieselben als edle Seulen den heiligen Baw der fürsichtigen Weisheit mit embsiger Gütigkeit vnterhalten/ mit welcher Hülffe/ der Gewalt Keyserlicher Macht gestärcket wird/ vnd je mehr sie zu einander mit ferner Gütigkeit verbunden / so viel dester fruchtbarlicher Nutz des Friedens vnd zu den Christlichen Volck seliglich zu fliessen/ *& tit.12. Aurea Bullæ in pr.in verbis:* Dañ sie sind grundfeste vnd vnbewegliche Seulen des heiligen Reichs. Itẽ septem candelabra, per quæ sacrum illuminari debet Imperiũ Gülden Bull *in proœm.ibi:* Als die Schlang in des Keyserthumbs äst vnd nehste Glieder mit vngenöhtigter Missethat verunreiniget / auff dz so die Seulen zerschlagen/ der gantze Baw zerfallẽ gerieth *& in seqq.* Also hastu zwischen des heiligen Reichs sieben Churf. durch die/ als sieben Leuchtern das heilige Reich in einigkeit des siebenförmigen Geistes / solt erleucht werden mehrmahls in Zertheilung gestellet/ *Matth.Stephan.lib.2.de jurisd.p.1.c.5.n.1. Frid.Prucknm.cons.11.n.3.vol.1.Henning.Gœden.cons.1.n.10. Nic. Everb.Iun.cons.1.vol.1.n.27.Waremund.ab Erenb.lib.1.de fœd.c.2. nu.147.* (4.) Ita etiam in Consiliarios , Senatores satellites Qu. 4.

&

& corporis custodes, in quorum necem, qui aliquid molitur, non quidem perduellionis crimen propriè cõmittit, sed quasi perduellionis, quod medium est crimen inter perduellionis crimen ita propriè dictum & crimen Maiestatis, propius tamen ad illud, quàm ad hoc accedit *l. 5. quisquis in pr. C. ad L. Iul. Mai. const. Henric. VII. tit. 2. circ. fin. in extravag.* Ratio est: quod non solum simpliciter reis Maiestatis connûmeratur, qui de nece consiliariorum Imperatoris cogitat, sed & ea tantum ratio eius iuris ibi subiicitur, quod cõsiliarii illi sint pars corporis Imperatoris *l. quisquis 5. in pr. ibi: vel cujuslibet postremo, qui nobis militat. item ibi: Nam & si ipsi pars corporis nostri sunt, C. ad L. Iul. Mai. l. 1. §. 1. vers. cujusve opera, consilio, ff. ad L. Iul. Mai. per arg. c. ad audientiam §. documus, & §. de caetero extr. de cleric. non resident. Mænoch. cons. 99. n. 78.* Ideò etiam olim ita judicatum fuit, de cæde insignis JCti Johannis de Isernia, qui Johannæ Secundæ Reginæ Neapolitanæ à consiliis fuit *Clar. ad §. laesa Majestatis d. loc. n. 5. Matth. de Afflict. sup. part. 1. constit. reg. Rr. 29. n. 6.*

Qu. 1. Unde sive ex odio seu invidia in Imperatorem, sive ex privato in ipsummet consiliarium odio quis ad hoc prosiliat crimen, reus erit Majestatis *l. 5. quisquis in pr. ibi: vel cujuslibet postremo, qui nobis militat. item, ibi: Nam & ipsi pars corporis nostri sunt, C. ad L. Jul. Mai. l. 1. §. 1. vers. cuiusve opera consilio, ff. ad L. Jul. Majest.* Gûldene Bull *Carol. IV. tit. 24.* Von der Bischoffe Segen/ & hãc sententiam in puncto juris veriorem esse fatetur *Tiber. Decian. d. tr. crim. lib. 7. c. 5. n. 4. Bocer. de crim. Maj. c. 2. n. 29. & seqq.* & *class. 4. disp. 11. th. 19. & d. tr. de Regal. c. 3. num. 104. Petr. Greg. lib. 35. c. 3. num. 5. Jul. Clar. d. loc. n. 5.* Ratio est (1.) *in l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Maj.* quod ibi simpliciter affirmatur Majestatis crimine eum notari, qui curat, ut aliquis Magistratus populi Romani occidatur, omissa distinctione, an odio ipsius Magistrat⁹ fiat, num vero contumelia ipsius populi Romani. (2.) Idem dicitur *in l. 5. quisquis C. ad L. Jul. Maj. & c. si quis 6. q. 1.* Ubi Imperatores generalibus verbis utuntur: ex quibus facilè colligi potest, Imperatores etiã iis voluisse, ut generaliter intelligantur *arg. l. 8. ff. de publ. in rem act.* Nam simpliciter loquuntur de eo qui nefariè de nece con-

consiliariorum cogitat, ex quo merito conjectura sumi potest, quod non sententia Imperatorum sit, ut insidiæ illæ fiant odio, in ipsum Cæsarem suscepto. (3) Suadet ratio hæc, quæ ponitur *in d. l. 5. quisquis, ibi; Nam & ipsi pars corporis nostri sunt*. Læditur autem pars & corpus sive odio privato, sive alio lædatur: & secundum illam distinctionem levis vel nulla videretur subesse dubitandi ratio, cum & voluntas sceleris hujusce puniatur *d. l. 5. in pr.* Imò articulus iste videretur superfluus, quia alias offendens filium aut servum injuriam patri &c. item Domino infert, sive in odium patris hoc fecerit, sive non *l. 17. §. 11. 12. & 13. ff. de injur. §. 2. & §. 3. Inst. de injur. l. 15. item apud Labeonem. §. 35. si quis, de injur.* & si aliquadantenus saltem contumelia alicui volenti, etiam illata ad alium dominum scilicet, vel patrem pervenire potest, sic jus vindicandi habet *l. 1. §. usq. adeo §. 26. si quis servum. ff. de injur.* Proinde idem etiam de Electoribus asserendum erit, de quib. ista verba *d. l. 5. quisquis, ibi: Nam & ipsi pars corporis nostri sunt, in Aurea Bulla. tit. 24.* Von der Ertzbischoffe Segen/ in Gegenwertigkeit eines Keysers / repetuntur *in pr. verb.* Dieweil sie denn ein Theil unsers Leibes sind/ &c. (4) Accedit Auctoritas *Bald. & Innoc. in c. 1. de offic. deleg.* qui dicunt privatam inimicitiam non excusare aliquem à crimine læsæ Majestatis, & ita in facti contingentia, consuluisse *Rubeum cons. 145.* refert *Clar. d. §. læsæ Majest. nu. 5. Damboud. pr. crim. 662. n. 7. Tiber. Dec. li. 2. c. 4. n. 3. & 4.* Et licet adversariis hic facilè cedere velimus, si ex æquitate nobiscum disputarent, non verò ex rigore juris, ut ipsi disputant *Aymon. Gravet. cons. 6. nu. 79. tom. 1. Hackelm. disp. 24. th. 15. ad lit. d. Wesenb. cons. 57. nu. 6. Mœnoch. cons. 99. n. 9. Roland. à Valle cons. 1. n. 32. vol. 3.* Eo quod dispositio *l. 5. quisq. C. ad L. Jul. Majest.* pœnalissima & odiosissima sit, quapropter nec ad consiliarios Principis hæc scilicet in casu extendenda. *arg. l. pen. ff. de pœn. l. 19. cum quidam in fin. ff. de liber. & posthum. c. 15. odia de R. J. in 6.* Sed hic pœna saltem declaratur, non verò extenditur hac nostra sententia, eò, quod qui membra Imperatoris læserit, ipsum Imperatorem læsisse fertur, nec ulla distinctio hic adhibetur. *d. l. 5. C. ad L. Jul. Maj.*

Q. 2. Nec refert, utrum in aula commorentur continuè, & lateri Imperatoris semper adhæreant, an verò alibi versentur *d. l. 5. quisquis.* Quia constitutio *d. l. 5.* nihil aliud requirit, quam ut consiliarius ille Consistorio Imperatoris intersit, non quod semper lateri ejus adhærere debeat, modo cum opus fuerit, Consistorio Imperatoris intersit. Proinde cum Lex non distinguat, nec nos distinguere debemus. *l. 1. §. 3. quod autem prætor. ff. de aleator. l. 8. de precio, ff. de publ. in rem act. l. 3. Præses ff. de offic. præsid.* Et quod Lex simpliciter in aliqua causa non requirit id necessariò desiderari, dicendum non est. *l. 5. in pr. ff. de probat. Novell. 18. c. 5. in pr. l. 19. illam vers. superstitibus. C. de collation.* facit hoc quoque *c. ad audientiam, §. decernimus, & §. de cætero extr. de cleric. non residens in Eccles. Menoch. cons. 99. n. 39. & seqq. lib. 1.* Ita in *d. l. 5. quisquis in pr. C. ad L. Jul. Majest.* Consilarii Imperatoris & Senatores Romani æqualiter determinantur, quod in utrosque Majestatis crimen committatur, quantumvis Senatores illi non versarentur in aula Cæsaris, sed publicis consiliis operam darent Romæ. *l. pen. & ult. ff. de Senatoribus*, & sic illud sufficiet, uti dixi, quod quis est in numero Consiliariorum Imperatoris, & ejus Consistorio consilii habendi causa re ita exigente vocatus interesse solet, licet alibi rerum suarum sedem habeat *l. 5. quisquis in princ. ibi: vel cujuslibet postremo, qui nobis militat item, ibi: Nam & ipsi pars corporis nostri sunt, C. ad L. Jul. Maj. & arg. c. ad audientiã. §. decernimus. & §. de cætero extr. de cleric. non resid. in Eccles. Mænoch. cons. 99. n. 78.* Dissent. *Clar. libr. 5. sentent. § læsæ Majestatis crim. n. 5. in fin. Laudens. in tr. de crim. læs. Maj. n. 5. in fin. gloss. in d. l. 5. quisquis, in verb. nobis militat, & ibi Cyn. & Salycet. C. ad L. Jul. Maj.*

Q. 5. (5) Committitur crimen læsæ Majestatis in Duces, Principes, Respublicas superiorem non recognoscentes, *Arnis. de jure Maj. lib. 1. c. 1. n. 4. & seqq. c. 2. n. 1.* Præsertim si isti, Reges, Duces, Principes & Civitates jure Romano utantur, *Bocer. de crim. Maj. c. 1. n. 8. Hæn. disp. Inst. ult. th. 2. sub lit. c. Bocer. class. 4. disp. 11. th. 8. Mynf. cent. 5. obs. 41. Decian. tr. crim. lib. 7. c. 4. n. 6.* Cum & hi, qui plenè jura Majestatis in suos exercent, nec cuiquam ad fidem vel ob-

obsequia devincti, eandem in suis Regnis & ditionibus potestatem habeant, quam Imperator in orbe Romano, q in specie de Venetorum Duce affirmat *Hier. Gigas tr. de crimin laes. Maj. lib.1. Rr. 2. quotuplex sit Majestas num.15.* & generaliter *Decian. lib.7. c.4. n.6. in fin.* Quare pari quoque modo eorum subditi, si tale quid attentarint hujus criminis rei sunt. *argum. c. venerabilem extr. qui filii sint legitim.* facit huc §. 10. *& non ineleganter Inst. de jur. nat. gent. & civ. Mynsi. cent.5. obs. 41. num. 2. & resp. 44. nu. 10. Clar. d. lib. sent. 5. §. laesa Majest. nu.2. vers. committitur, Gomez. var. resol. c.2. qu.6. & 10. Decian. d. lib.7. cap.4. num.6. Gigas d. lib. 1. Rr. 3. qu. 38. & 61. & lib.3. Rr.3. q.23. & l.3. nemo. Cod. de Episc. audient.* loquitur de quovis Domino seu Principe superiorem non recognoscente, & sicut nec olim soli populo Romano, sed & alteri, dominum alium non profitenti, Majestas tributa; ita nec hodie solius Imperatoris Romani, sed hodie alterius Magistratus, superiorem non recognoscentis potestas est. *l. 7. non dubito. §. 1. ibi: ut is populus alterius populi Majestatem comiter conservet. ff. de capt & postl. revers. l. 1. §. 1. ibi: quive Imperium potestatémve habet. ff. ad L. Jul. Maj.* Proinde nec nos iis eam denegamus, cum ea potissimum in potestate absoluta, & nulli hominum subjecta, consistat. *Arnis. lib. 1. de jur. Majest. c. 1. n. 4. & seqq. & c. 2. n. 1.* Diss. *Harpr. ad §. 19. Inst. de publ. judic.*

An adversus Augustam? Q. 1.

14. Non tamen committitur hoc crimen in Augustam *arg. l. 31. ff. de LL. l. 57. de leg 3. Hœn. illustr. contr. disp. ult. cent. 2. lit. d. Decian. in tr. crim. lib.7. c.5 n.1.* eo, quod illi nulla gubernatio, nullaque talis potestas competat, nec ulla Lex est, quae hoc dicit *argum. l. 5. ff. ad L. Jul. Majest.* Vide etiam rationes hic *infra sub num. 2.* Quantumvis aliàs gaudeat privilegiis Imperatorum. *l. 31. Princeps. ff. de LL.* Quod videlicet donationes eadem privilegia habeant, ad eundémque modum valeant tam ab Augusta quam ab Augusto latae, *l. 7. Cod. de bon. quae lib.* quod eadem privilegia habeat cum fisco. *l. 6. §. fin. de jur. fisc.* quod eadem praescriptione sit munita cum fisco & Imperatore circa rerum earundem alienationes. *l. 3. pr. C. de jur. fisc. Hœnon. disput. ult.*

 in

in Inst. lib. 2. sub lit. c. Si tamen ad Germanorum & Romanorum pristinum statum respiciamus, ubi Augusta coronata aliquando Imperatoribus successit, & vivis Imperatoribus sibi conregnum usurpavit in Imperio, uti in Irene videmus, ob quod etiam Cancellarium quendam habuisse fertur, testis esse potest, hoc quod Abbas Fuldensis in hunc usque diem ex Imperii Lege Imperatricis Cancellarius perpetuus indigitatur, vanum enim nomen, vix Imperium nostrum gloriosissimum dicturum fuisset absque re, *Goldast. in praef.* An die Keyserin, §. In dem Römischen Reich/ *& seq.* §. In Occident hat. Quod si hodiernum nostrum statum liberæ Electionis consideremus, omninò dicendum, Augustam mortuo Imperatore ad Imperium non esse admittendam, Gülden Bull *Carol. IV. tit. 1. & tit. 2. capitulatio in cap.* Und insonderheit sollen und wollen wir/ *apud Goldast.* Politische Reichshändel.

Q. 2. *part. 5. sect. 1.* (1) Nec committitur in cæteros inferiores Principes, Comites & Respublicas etiam Imperio Romano subjectas, & Imperatorem superiorem, ac Magistratum recognoscentes, eo quod odia sint restringenda, non verò extendenda. *c. 15. odia. t. in poenis. 49. de R. J. in 6. l. pen. ff. de poen. l. 19. cum quidam, in fin. ff. de liber. & posth.* Nec in jure ullibi hoc crimen ad inferiores Principes vel Respubl. extenditur, *arg. l. 5. ad L. Jul. Maj.* Lege itaque tacente & nos tacere debemus. *Nov. 18. c. 5. & d. l. 5. quisquis*, hoc crimen solummodò extendit ad eos, qui consiliis & Imperatoris consistorio intersunt, eique militant, ita etiam *Aurea Bulla tit. 24.* Von der Ertzbischoffe Sitzen in Gegenwertigkeit eines Keysers/ Electoribus privilegii loco tribuit, ut in eos crimen Majestatis committi possit. Non verò quatenus Principes Imperii sunt, arguit itaque hoc privilegium, atque exceptio jus commune seu regulam in contrarium. *arg. l. 14. & 15. ff. de LL. l. 102. his verbis, ubi Dd. ff. de Leg. 2.* Nec privilegium certis quibusdam personis datum, eas egreditur *l. unic. C. si in comm. ead. caus. arg. l. 31. ff. de solut.* Nec Majestatem habere potest is, qui alteri observat, nec in eo lædi potest, quod alicui non inest, *Arnis. de jure Majest. lib. 1. n. 1. Fachin. 1. contr. 32. Decian. in tr. crimin. lib. 7. c. 4. nu. 8. Myns. resp. 44. n. 14. Borch. ad tit. ... lib. 2. feudor.*

dan. n. 88. El. Rober. disp ult. ad Inst. tb. 1. lit. c. Anton. Peregrin. de jur. fisc. lib. 4. c. 5. nu. 24. Wesenb. in parat. ff. de crim. les. Maj. n. 5. in fin. & n. fin. vers. porrò. Constat tamen alicubi in praxi aliud observari, ut annotat *Capoll. de consuetud. Italia cons. crim. 17. n. 19.* & in Amadeo Duce Sabaudiæ *Guid. Pap. lib. 22. c. 1. arrest. 1.* & in Duce Mediolanensi exemplum ponit *Farin. in prax. crimin.* ac consuetudine aliud variis in locis observatum fuisse, testatur *Decian. d. tr. crim. lib. 7. c. 4. n. 8.* In hos tamen Principes inferiores simplex crimen læsæ Majestatis cõmittitur. Non quidem ideò, quod illorum Majestas, quæ veræ & propriè loquendo nulla est, violetur. Nam si illorum personam consideremus, verum est illorum sententiâ, nonnisi largè & impropriè hoc crimen Majestatis vocari, sed potius, quod per hoc salus totius Reipublic. Imperii scilicet Romani periclitetur, cum fieri nequeat, si quid in aliquem procerum committatur atrocius, quin revera etiam ipsum Imperii corpus, adeoque illius caput Imperii aliqua ratione lædatur. *Clar. ad §. læsæ Majestatis nu. 3. Decian. tract. crim. lib. 7. c. 4. num. 8. Salyc. ad l. 5. C. ad L. Jul. Majest. Boss. in tr. crim. les. Majest. n. 51. & 57. Theodor. in Coll. crim. th. 5. lit. 1. disp. 5.* Dissentiunt Dd. varii variè *Bocer. de crim. Maj. c. 2. n. 91. & seqq. Gerhard. dec. ult. exerc. Inst. q. 1. Damboud. in pr. crim. rer. c. 62. n. 1. Myns. cent. 5. obs. 41. n. 2. & resp. 44. n. 10. Gadd. de publ. & priv. delict. p. 2. c. 1. concl. 4. Schrad. tr. feud. p. 10. sect. 1. n. 35. Fachin. 9. cont. 32. Gilhaus. arb. jud. crim. c. 2. tit. 2. nu. 2. Harpr. ad §. 3. n. 17. Inst. de publ. judic.* (3) Quid adversus ne Tyrannum committitur? Nos distinguendum esse censemus inter Tyrannum exercitio, & inter Tyrannũm titulo, item Tyrannum titulo & exercitio. *Arnis. lib. 2. Pol. c. 3. sect. 6. n. 60. 64. & sect. 8. n. 8. & seqq.* Tyrannus exercitio is est, qui jure sibi oblatum imperium, malè eodem utendo in perniciem civium vertit. Qui iterum alius, unus ἀλυκλήεως, hoc est planè improbus est, qui impugnat jura divina, naturalia, civilia & Leges fundamentales Imperii, inque privatum commodũ cum detrimento & eversione boni publici quælibet agit pro libidine sua *Hottom. illustr. qq. 1. p. 8. Arnis. d. loc.* & adversus hunc crimen Majestatis non committitur, quamvis legitimis

Q. 3.

 mo-

modis ipsi imperium oblatum. Eo quod Tyranni non potestas vel Majestas aut imperium, sed purum latrocinium videatur merúmque vitium, adeò ut ingenuos Tyranni jugum ferre non debere afferat *Arist. 4. Polit. 10.* neque ullam societatem, sed potius distractionem cum illis esse faciendam. *Cic. lib. 5. Tuscul. qq.* & patriam pluris faciendam quam unius hominis insanam libidinem, honestúmque esse Tyrannum occidere. *Cic. dict. loc. & lib. 3. offic. Gerhard. dec. 10. qq. Polit. q. 4. in fin. Hœnon. disput. ult. ad Inst. tit. 2. lit. c. in fin. Vasq. illustr. qq. controv. 8. num. 41.* Proinde *Arnis. d. sect. 6. nu. 41. 42. 44. in fin. & n. 61.* ita ait: Tyrannus, quia per vitiosas omnes partes definitur, & non nisi in perniciosum finem tendit, in tota sua latitudine vitiosus est, & illegitimus, & proinde nihil habet quod à Deo sit, cui subditi propter Deum obligati maneant, & eò magis sententia nostra procedit si Imperio dejectus ab ordinibus Regni, seu Imperii, quibus ea cura præ cæteris commissa, nec Tyrannus iste aliter compesci queat, quia Regi oportet obedire in Domino, quatenus [illegible] præcepit quod non est contra pietatem, honestatem, & contra ipsum Deum, eò, quod Deo magis obediendum, quam hominibus. *Act. 5. v. 29.* [illegible] sic non indistinctè omnibus; & aliàs rescriptum Principis alteri damnosum annullari & irritũ reddi videtur. [illegible] *l. 7. rescripta. C. de precib. Imp. offer. l. fin. C. si contr. jus & utilit. publ.* Exemplum hujus rei habemus in Imperatore Wenceslao, Caroli IV. Imperatoris filio, qui ab Electorib⁹ Imperii à dignitate Imperiali motus, spretis prius fidelissimis admonitionibus, & dehortationibus; quibus Imperii curam & salutem gerere, atq; à nimio luxu desistere admonebatur. Deinde alius est *δυσνομος. Br. in tr. de Tyran.* qui aliquantulum, durus & immitis & intolerabilis, de quo ordinario Principe iniquo, quem aliàs Tyrannicum vocant, supra dicta intellecta nolumus: In illo enim præter pravitatem remanet aliquod legitimum, & à Deo, & tum propter adhærentẽ iniquitatem non est tollenda potestas ordinata à Deo, *Rom. 13.* Adeò qui contra illum aliquid hostiliter moliendo reatet, crimen læsæ Majestatis committat, quia tali ne resistamus, sacra Scri-

ptura

ptura prohibet. *1. Petr. 2. v. 13.* Ubi Apostolus inquit, Famuli subditi sint Dominis cum omni timore, non solùm bonis & humanis, sed etiam iniquis, q D. Lutherus Germanicè vertit den wunderlichen/ & *v. 18. Jer. 29. v. 7. Act. 23. v. 5. 1 ad Tim. 2. v. 2. 1. Reg. 24. v. 7. & seq. & c. 31. v. 4. 2. Reg. 1. v. 14. & seqq. Arnis. d. loc. 41. nu. 42. Hottom. d. loc. n. 28.* Tyrannus autem titulo est; qui injustâ vi libertatem invadit, Majestatémq; alienam in se solùm transfert sine titulo & cum injuria: Quoniam hic neque potestatem neque dominium habet legitimum, multò minus habebit Majestatem, ideò is licitè iterum removeri, & impunè etiam à quolibet privato trucidari poterit; Exemplo Jojadæ, qui expulit Athaliam. *2. Reg. c. 10.* cum jure naturæ permissum sit vim vi repellere *l. 3 ff. de J. & J.* adeoque nec in hunc crimen læsæ Majestatis committi potest, cum talis juratus hostis sit Reip. Idem statuimus etiam de Tyranno titulo & exercitio, quam tyrannidem ut tertiam speciem constituit *Petr. Greg. Tholoz. lib. 6. de Republ. c. 18. sect. 19.* & in unum idémque subjectum sæpissimè cadit, *Gerhard. cent. qq. Polit. decad. 10. q. 6. Arnis. d. loc. & per integr. sect. 7. & 8. Bodin. lib. 2. de Republ. c. 5. in pr. Lamb. Dana. lib. 2. Eth. Christ. 13. in explicat. præcept. Decal.* Non occides *pag. 184. Althus. in Pol. c. 38. n. 68. & 110.* Cum aliis *Hun. d. disp. ult. Inst. lit. c. Pinell. ad Rr. C. de rescind. vend. p. 1. c. 2. num. 2. & seqq. Förster. part. 2. jurisd. Rom. sect. 6. l. 9. Numa de homicid. Vasq. illustr. cont. c. 8. n. 41.* Dissent. varii variè, quod videlicet omnis Tyrannus indistinctè sit removendus: item quod nullo planè modo Tyranno sit resistendum. *Jun. p. 2. quæst. Polit. 64. Casus lib. 4. Sphær. civit. c. 10.*

15. Causa autem formalis seu modi, quibus crimen Majestatis committitur apud Dd. atq; interpretes recensentur quamplurimi *Hier. Gigas Lanc. de caus. crim. tit. de les. Maj. rei: n. 2. Förft. lib. 4. de success. c. 23. n. 18. usq. ad n. 28. Boter. in tr. de crim. les. Maj. c. 2. & 3 & d. tr. de Regal. lib. c. 3 n. 85. & 80. Damhoud. pr. crim. c. 62. nu. 12. & seqq.* Et (1) dicimus solo conatu hoc perduellionis crimen committi, licet n. aliàs affectus sine effectu jam graviter nõ punitur, in hoc tamen crimine propter sceleris atrocitatem affectio seu voluntas punitur, quæ jam in actum

Causa formalis.

Q. 1.

actum deduci cœpta, sceleris non dubiu vel incertum, sed manifestum judiciu fecit, & sic ita voluntas ad aliquẽ externum actum, unde manifestetur pervenit, licet id magis de perduellione quam simplici crimine Majestatis accipiendum videatur. §. 3. *Inst. de public. judic. in verb. molit. l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Maj. l. 5. quisquis in pr. vers. eadem enim severitate. C. ad L. Jul. Maj. c. si quis cum militibus 6. q. 1.* Güldene Bull. *Carol. IV. tit. 23.* Von der Ertzbischoffe Segen in Gegenwertigkeit eines Keysers/ *in princ. verb.* Wer nun Fürsten/ Rittern/ besondern/ oder welcherley Person des gemeinen Volcks/ es were auch ein Ubel/ oder derselben That/ oder einiger Eydespflicht umb einen Todt unser Ehrwürdigen und Erleuchten des heiligen Römischen Reichs Geistlichen und Weltlichen Churfürsten/ oder jhr jedwederes/ dieweil sie denn ein Theil unsers Leibes sind/ und die Rechte wollen/ den Willen mit Hertigkeit als die Werck zu peinigen/ und der also an der Majestet ist schüldig/ jhn mit dem Schwerdt zu straffen/ und alle seine Güter dem Fisco verfallen. *Sic Cic. pro Milon.* Postquam dem Clodii servum cum sica iu[illegible] ad occidendum Pompejum, in quo tùm salus Reipubl. recumbebat, subdit: Nisi quia res perfecta non est, ideò punienda non fuit, quasi exitus rerum, non hominum consilia vindicantur: Minus dolendum fuit re non perfecta, sed tamen puniendum? certè nihilominus *Farin. 1. cons. 55. n. 97. Gail. 1. de pac. publ. 14. nu. 6. & 7. Decian. 7. tr. crim. 35. Muscat. pr. cr. tit. de crim. Majest. n. 5. & 6. Mynsing. ad §. 3. Inst. de publ. jud. n. 7. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. laesa Majestatis crim. n. 15. Didac. Covarr. ad c. si furiosus tit. de homicid. in clem. part. 2. relect. in pr. n. 5. 6. & 7. Boc. class. 4. disp. 11. th. 34.* Ob voluntatem autem nudam & interiorem Rigor hujus pœnæ non extenditur, si scilicet re adhuc integra pœnitens, nullo effectu secuto, nec improba machinatione aliunde detecta seipsum & sceleris complices detulerit; contra tamen, sed perperam Senatus Paris. judicavit, teste *Bodino 2. de Republ. c. 5. p. 339. & 4. de Republ. 7. p. 734.* cùm in foro politico cogitationis pœnam nemo patiatur. *l. 18. cogitationis. ff. de pœn. Arnis. lib. 3. de jure Majest. c. 6. num. 6. Harpprecht. ad §. 3. Instit. de publ. judic. nu. 37. & p. 2. disp. 17. th. 10. Decian.*

lib. 7.

lib. 7. cap. 35. num. 1. & 10. Gail. lib. 1. de pace pace publ. c. 14. n. 6. Camman. disp. 10. de jure Majest. th. 54. Mœnoch. de arbitr. judic. qq. cas. 360. num. 14. Damhoud. crimin. dict. cap. 64. Ideò *Virgil.* quos *6. Æneid.* apud inferos torqueri meminit non solùm ausos fuisse, sed & perpetrasse scelera scribit:

Ausi inquit, immane nefas ausoq; potiti.

Proinde hic non possumus asserere cum Dd. *Bodin. 2. de Rep. 5. pag. 239. Cont. ad d. l. 5. pr. C. ad L. Jul. Majest.* & aliis: Quod hic detur exceptio à regula, quæ præponitur *in d. l. 18. cogitationis pœnam ff. de pœnis.* Nam in toto jure nullibi legitur, quod cogitatio puniatur: hæc siquidem est interior animæ cum semetipsa collocutio, quæ fit sine expressa voce, unde nec, cum nuda adhuc in animo lateat, nec verbis factisq; sit detecta, puniri potest, *Pac. 7. cent. q. 65. Gothofr. ad l. 18. ff. de pœn. Alb. Gent. 1. lect. 13. & 2. lect. 12.* & ita sæpius in jure proponitur casus in quibus voluntas punitur, si videlicet exterius ad facinus progressa est, tametsi effectu sperato exciderit, *Scip. Gent. 1. de conjur. c. 2. p. 35. & seq.* Nec facit, *d. l. 5. quisquis, in verb. cogitaverit,* ex quo probari potest nudam cogitationem puniri debere. Sed *ibi text. d. l. 5.* loquitur de conjuratione, quæ ad minimum inter duos fieri debet, per se enim solus in nudis terminis cogitationis persistens, conspirare nequit. Ita enim explicanda est *Aurea Bulla. tit. 23.* Von der Ertzbischoffe Segen in Gegenwertigkeit eines Keysers / *in princ. verb.* Denn Willen mit Hertigkeit als die Werck zu peinigen / *per pr. in verb.* Oder welcherley Person des gemeinen Volcks / es were auch ein Vbel / oder desselben That / oder Eingieng einiger Eydespflicht / vmb einen Todt / etc. *Rittersh. 2. part. feud. 5. quæst. 5. Donell. 15. comm. 23. Wesenb. in par. de J. & J. num. 4. Först. ad l. fugitiv. 225. ff. de V. S. Theodoric. disp. 5. Colleg. cr. th. 1. lit. d.* (2) Ita etiam in omissione committitur crimen læsæ Majestatis, si quis auxilio suo exercitui populi Romani non subvenit. *l. 2. l. 3. vers. quive cum ei. ff. ad L. Jul. Majest.* conniventia: quando videlicet quis provinciæ Moderator cognito scelere Majestatem non vindicat. *l. 1. vers. nam post C. de priv. carcer.* aut si is successori non cedit vel ei exercitium

Q. 2.

Q. 3.

Q. 4.

Q.5. non tradit *l. 2. ff. ad L. Jul. Maj.* Non tamen huic crimini obnoxius est, quando quis crimen læsæ Majestatis non indicaverit, dum tantùm novit *per c. felicis §. illud autem de pœnis in 6. Nov. 117. c. 8. §. 1.* quia *d. l. 5. quisquis* tacet, Ergò & nos tacere debemus. *Nov. 18 c. 5. Harpr. ad §. 3. n. 31. Inst. de publ. judic. Vasq. 1. ill. contr. 16. n. 16. Menoch. arb. jud. qq. cas. 355. n. 13. Gentil.* Q.6. *d. c. 9. pag. 142. Mynſ. cent. 5. obſ. 40.* nec hujus pœnæ reus, qui metu talionis tormentorum, ſcilicet in defectu probationis ſubeundorum ad accuſandum deteritus *c. plerunq. 27. quæſt. 7.* Diſſent. Dd. eo, quod affirmativa ſententia in uſu fori obſervetur. *Mynſ. cent. 5. obſ. 10. Boc. tr. er. c. 2. n. 30. & ſeqq. & 1. de regalib. c. 3. nu. 105. Gilhauſ. arb. crimin. c. 2. nu. 8. Gathoſr. in Nov. 117. c. 8. §. 1. & c. 9. §. 1. l. un. C. de falſ. monet. l. un. C. de maleſ. Vivius lib. 2. opinion. 246.* ubi ait hanc eſſe communem. *Gomez. 2. var. reſol. tom. 3. c. 2. nu 8. Martin. Laudenſ. in tract. de crim. læſ. Maj. q. 13. per c. dilecto filio. 6. verſ. & quidem, cum liceat cuilibet. de ſent. excom. in 6. c. quanta. 47 extr. de ſent. excom. l. utrum 6. ff. ad L. Pomp. de parricid. l 50. culpa caret. ff. de R. J. l. 5. C. ad L. Jul. Maj. l. un. §. 2. C. de rapt. virgin. L. 1. §. 18. l. 19. ad SC. Syllan.* imprimis moti *per l. 5. §. 6. C. ad L. Jul. Maj.* Sed ad iſtam §. *6. l. 5.* dicimus, quod ibi de ſatellitib9 conſciis diſpoſitum fuit, id extra ſuos terminos ad alios etiam nude conſcios, non erit extendendum: Nam ibi per ſatellites intelliguntur ipſius Imperatoris corporis ſtipatores, quorum cuſtodiæ cum ipſius Principis ſalus concredita eſt, citra injuriam in illis eò deteſtabilius, adeoq; ſeverius vindicanda etiā nuda reticentia, quo arctius principi ſunt devincti. Deinde *d. §. 6. l. 5.* rectiſſimè poteſt intelligi de iis conſciis, qui fraudum participes ſunt, quod ex præcedentibus colligi poteſt. Nam ab initio Impp. de ipſis conjuratorib. diſpoſuerant, qui ſceleratæ factionis ſacramentum, tum vel dederunt vel ſuſceperunt eorūmq; filiis, id quod poſtea ad ipſos milites & miniſtros eorum, licet non una cum ipſis inierint factionem, extendunt: Et hæc acceptio non tantum ipſius vocis ſignificationi convenit, verum etiam uno eodemque ſenſu reperitur *in l. 16. in pr. de pœn. l. 2. C. qui teſtam. l. 5. de parricid. l. 7. de pagan. Alb. Gent. ad l. 8. C. de maleſ.* reliquorum

quorum solutionem, quæ obstant *in Bocer. de regal. c. 3. n. 105.* Vide apud *Harpr. in Inst. nu. 31. §. 3. de publ jud.* & cum etiam personæ & delicti circũstantiæ in hoc crimine accusando sint perpendendæ: Ideò nec Sacerdos criminis hujus confessionẽ revelare cogitur, nec debet, quod ex confitente audivit. *Gail. 1. obs. 100. n. 8.* Cum hoc in casu id, quod exterius geritur, signum est ejus, quod geritur interius. Ideò sicut Deus homini confitenti tegit peccatum interius, ita & Sacerdos exterius celare debet *c. Sacerdos. 2. caus. 33. de pænitent. dis. 6.* Præterea nonne secretum fuit, ergò celare debuit. *c. de forma. 22. q. 5.* etiam sub pœna excomunicationis Sacerdotibus mandatur, ne confessionem sibi factam propalent. *c. omnis utriusq; sexus, vers. caveant, & ibi gl. in verb. deponendum de pænit. & remiss. c. si Sacerd. 2. extr. de offic. jud. ord. Menoch. 2. arb. jud. qq. cent. 5. cas. 414. Gail. 1. obs. 100. n. 8. Dn. Luther. in Colloq. suis German. c. 14.* Von der Beicht vnnd Absolution/ *quæst.* Ob ein Diener deß Worts / *ibi:* Es ist mir nichts gebeicht/ sondern dem HERRN Christo / vnnd weil es Christus heimlich helt/ so soll ichs auch heimlich halten/ vnd stracks sagen: Ich habe nichts gehöret/ hat Christus was gehöret/ so sage er es. Adeò ut licet judex de veritate dicenda deferret Sacerdoti juramentum, licitè tamen Sacerdos jurare posset, se nihil scire. Nam hoc in casu scilicet illud non scit ut homo, sed ut DEI Minister *cap. dilectus, & ibi Panorm. extr. de exceß. Prælat. Luther. in loco alleg. in verb.* Ist sie absolviret / da weis ich D. Martinus nichts vmb / sondern Christus weis es / mit welchem sie geredt / denn ich höre nicht Beichte / absolvire auch nicht / sondern Christus. (3) Consilio & auxilio, ut si quis consilium subministrat, quo Magistratus populi Romani interficiatur, aut quomodo arma contra Remp. suscipiantur. *l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Majest.* aut dolo malo saltem curet, ut alius quisquam Rempubl. Roman. lædat *l. 1. §. 1. l. 3. in fin. l. 4. in princ. ff. h. tit.* item si conficiendi naves aut Machinas bellicas incognitam ante peritiam Barbaris vel hostibus tradiderit. *l. 25. ff. de pœn.* aut ut Rex exteræ Nationis populo Romano minus obtemperet, aut eidem magis noceat, vel popul. Romanum

Q. 7.

Q. 8.

minus vincat, si quis quocunque operæ & consilii fulcro sive armorum, telorum, equorum sive pecuniæ, hostes adversus Rempublicam Romanam stipare conetur. *l. 2. C. de commerc. l. 1. & l. 2. C. quæ res export. non deb. l. 4. in pr. ff. ad L. Jul. Maj. Gail. 1. de pac. publ. c. 1. n. 41.* (4) Facto ipso: ut si quis Imperatorem in quo consistit salus totius Reipubl. aut occidit, aut manus ei violentas inferat, aut adversus ipsum ejusque securitatem seditiones excitet, tranquillitatem turbet, consiliarios & ministros Imperatoris interficiat. *l. 5. quisquis, C. ad L. Jul. Maj. l. 1. l. 3. l. 4. l. pen. & ult. ff. ad L. Jul. Maj. l. 16. de minore. §. 1. ff. de quæstion. Bocer. de crim. Maj. c. 2. num. 7. Decian. lib. 7. c. 6. n. 26. & c. 33. n. 1. Gigas d. lib. 1. Rr. qualiter & à quibus.* Si quis sibi ipsi Magistratus jus tribuit, quod solius est Imperatoris, atq; inter regalia numeratur. *lib. 2. feudor. tit. 56. quæ sunt regal. lib. 2. feud. tit. 53. §. 1. vers. judices. l. 3 ff. ad Jul. Maj. l. 57. quidã in fin. ff. de re jud. l. un. ff. ad L. Jul. de ambit. l. ult. C. ad L. Jul. repetund.* Si quis sine Imperatoris jussu bellum aliis moveat, delectum habet, exercitumque comparet. *l. 3. §. eadem lege. ff. ad L. Jul. Maj. l. un. C. ut armor. usus, lib. 11. l. 3. in fin. C. de agent. in reb. lib. 12. l. 17. C. de re milit. lib. 12. Nov. 85. c. 3. Nov. 116. c. 1.* ni modò ob præsentissimum periculum ejus auctoritas & præscitus expectari nequeat, *arg. l. 6. §. 9. ff. de inj. rupt. test. vid. th. 10. supr.* si quis condemnatum vel de delicto confessum in judicio reum eripiat aut emittat. *l. 4. in fin. pr. ff. ad L. Jul. Majest.*

Q. 9. Q. 10. Q. 11.

Judicium hujus criminis.

16. Circa judicium criminis læsæ Majestatis tenendum, quod (1) non solus Imperator, sed etiam inferior judex competens, qui criminalibus præest, cognoscere possit. *l. 4. C. ad L. Jul. Maj. l. 7. famosi. §. hoc tamen 3. ff. ad L. Jul. Maj. arg. l. 14. extat. ff. quod met. caus. t. t. C. ne quis in sua caus. judic. l. 1. §. 1. vers. etenim. ff. quod legator. l. 17. Julianus. ff. de judic. constit. Henric. VII. ibi, pro ut illi,* qui jurisdictioni præest, videbitur expedire *Farin. 1. consi. crim. 48. n. 16. Decian. 7. c. 37. n. 31 & c. 38. nu. 6.* (2) Et cum crimen Majestatis denudari publicè intersit, ideoque accusare possunt illi omnes, qui alias neque ad accusandum, neque ad testimonium ferendum admittuntur, exceptis inimicis

Q. 1. Q. 2.

micis. *Muscatell.pr.tr.de crim.læs.Maj.n.22.Mascard.concl.462.n.9.& n.31.& seq.de probat. Decian.lib.7.c.44.n.19. Gigas t.qui accus.poss.q.8.per tot.* uti sunt infames seu famosi. *l. 7. famosi §.1.ff.ad L.Jul.Maj.* Rectè tamen post. *Gig. tit. quomod. & per quos prob.q.3. Dec. d.lib.7. tr. crim.c.45.nu.4.* infamem non ita plenam, atque alii integrioris notæ fidem mereri asserit, *arg.l.2.& 3.ff. de testib.* filius patrem *Nov.15.c.3.& 5.* pater filium *arg.l.75.minimè.ff.de relig.& sumtib.funer.* alumnus altorem, frater fratrem, socius socium, Laicus Clericum, *arg.c.7.tanta extr. de Simon.c.sanè quisquis.15.q.3.c.si quis.2. in fin. dist.79.* Libertus suum patronũ,servus dominum, *l.7.§.2.ff.ad L. Jul.Maj.& l.53.vix certis ff. de judic.l.pen.C.qui accus. non poss.* Mulieres *l.8.in quæstionib.ff.ad L.Jul.Maj.* Sed an & uxor maritum,ita sanè statuimus *arg.l.35.minimè.ff.de relig.& sumt.funer.l.8.§.6.C.de repud.Nov.117.c.8.§.1.& c.9.Decian.lib.7.c.44.n.23.Bocer.d.tr.crim.c.4.n.17.Mascard.de probat.volum.1.concl.462.* Eo,quod præter has singulares constitutiones etiam hoc crimine procedatur summarie & sine strepitu judicii *constit.Henr. VII. in extravag. tit. quomodo in læs.Majest.proced.* quantumvis Libellus requiratur. *Decian.in d.tract. crim.lib.7.c.44.* quem tamen omissio temporis & loci non vitiat, inprimis si occulta & clancularia fuerit machinatio, uti & citatio, *Decian.in consil.18.nu.72.& seqq.* Ratio Rationis est, quod præveniendi periculi causa celeritatem requirat, morámque respuat hoc judicium, *l.6.§.9.ff. de injust.rupt. testam.* & in semine comprimenda est factio, priusquam altiùs radices agat, *Decian. in tract.crim.lib.7 c.42.n.1. Petr. Gregor.38.syntagm.2.nu.3.* Pœna tamen talionis sive calumniæ in accusando non cessat. Nam si accusantes Reos perduellionis manifestis judiciis non convicerint, tùm una cum iis, quorum consilio & instinctu accusatio instituta est, & ipsi Rei, cognoscendæ veritatis causa torquentur, in eaque re non admittitur ulla dignitatis, aut privilegii, aut ætatis exceptio. *l.3.& l.4.C.de Jul.Maj. l.16.Decuriones. C.de quæst.* ut testes non minus quam ipsimet Rei torqueantur cujuscunque ætatis conditionis vel dignitatis *l.10.de minore,§.1.ff.de quæstionib. Cujac.in parat.C.ad L.*

Q.3. Q.4. Q.5. Q.6. Q.7.

Jul. Majest. n.3. in fin. Wesenb. in parat. ff. h. t. n.6. Bocer. claff. 4. disput. 11. th. ult. licet Nobiles Senatores. *l. 4. nullus, verf. militia vel generis. C. ad L. Jul. Majest. l. 10. severam. C. de dignit. l. 16. Decuriones. C. de quaest. l. 33. omnes. C. de Decur.* Milites *l. 4. C. ad L. Jul. Maj. l. 3. §. 1. ff. de re milit. l. 8. milites. C. de quaestion. Clar. lib. 5. sentent. q. 64. num 18.* Et Doctores, qui iisdem privilegiis quibus milites gaudent, uti est communis Dd. opinio *l. 4. nullus. C. ad L. Jul. Majest. l. milites. ff. de quaestionib. l. 6. Medicos, vers. exhiberi vel injuriam pati, ibiq. gl. C. de profess. & Medic.* à tortura specialiter Legibus excepti reperiantur. *Jacob. de Belviso lib. 3. pract. crim. c. 4.* In laesae Majestatis tamen crimine, utpotè atrocissimo privilegia eorum cessare, illósque tormentis subiici posse constitutum est, *l. 3. si quis l. 4. nullus. C. ad L. Jul. Majest. l. 10. §. 3. ff. de quaestion. l. proditores. ff. de re militar. Hippolyt. in pr. crim. §. Expedita. n. 17. & seqq.* Cessat tamen haec poena in nuda & simplici denunciatione *Theodor. in Colleg. crim. th. 7. lit. b. in fin. Myns. 5. obs. 40. & seqq. Scip. Gentil. l. d. c. 9. p. 142. Manoch. arb. qq. cas. 355. n. 12.* (3) Accusari possunt omnes indistinctè viri & mulieres *l. 5. pr. verb. quisquis. C. ad L. Jul. Majest.* Güldene Bull *Carol. IV. tit. 24.* Von der Ertzbischoffe Segen / in Gegenwertigkeit eines Keysers / *in verb. pr.* Wer mit Fürsten / Rittern / Besondern oder welcherley Person des gemeinen Volcks / es were / *etc.* Imperatoris Satellites, Conscii & Ministri hujus criminis *l. 5. §. 6. & 7. C. ad L. Jul. Majest. l. 16. Decuriones C. de quaest.* Mortui etiam memoria damnatur. *l. ult. ff. ad L. Jul. Majest. l. 5. & 6. l. 7. C. eod.* Güldene Bull. *tit. 25. in pr. verb.* Wir setzen auch fürbaß / ob ichts wider die ehegenandten Churfürsten / geistlichen vnd weltlichen gethan würde / das soll auch nach dem Tode / des schuldigen / gerochen / daraus wir die Churfürsten beleidiget / soll auch als des Herrn Majestetschuldt / gepeiniget werden / *Gail. 1. de pac. publ. c. 20. n. 7. & seqq. Clar. d. loco quaest. n. 13. vers. quaero etiam.*

Q.8. Q.9. Q.10. Q.11.

Poena. Q.1. De jure veteri.

17. Poena utriusque criminis regulariter est mors seu ultimum supplicium. *§. 3. Inst. de public. judic. l. 5. C. ad L. Jul. Majest.* Poena autem perduellionis in specie olim plurifariis mo-

dis

dis Reis fuit imposita: Nam modo bestiis objecti. *Val. Maxi. c. 2. 5. sent. Paul. l. 8. §. 2. l. 38. §. 1. & 2. ff de pœn.* Modo quadrigis distracti sunt, ut Metius Suffetius. *Liv lib. 1. Virg. 8. Æneid. Valer. Maxim. lib. 2. c. 12.* modo vivi exusti. *l. 9. C. de mil.* modo laqueo suffocati, ut Catilinarii: modo cruci in campo Martio erectæ affixi, *Cicer. pro Rabir. Hottoman. in Lexic. verb. perduelles*: Modo saxo Tarpeio *Liv.* passim præcipites dati, ut Cassius & Ælius Saturninus *Dion. lib. 37.* Ex jure Justinianeo pœna perduellis est pœna gladii, vitæ scilicet amissio. *§. 3. Instit. de public. judic. l. 3. ad L. Jul. Majest. l. 5. quisquis in fin. pr. Cod. h. tit. l. 2. C. de sedit.* Güldene Bull *Caroll. IV. tit. 24.* Von der Ertzbischoffe Segen. Sed quia in milites exacerbatur pœna *l. 14. quadam. ff. de pœnis. l. 7. famosi. §. ult. ff. ad L. Jul. Majest.* si proditores sint, vel transfugæ, ad bestias vel furcam damnantur. *l. 7. proditores. l. 3. § 15. qui ad hostem. l. 6. omne §. exploratores. ff. de re militari.* Quinimò transfuga omnis, si non redierit, ut & patriæ hostis, si non redierit, interfici à quovis potest, *l. 35. minimè. ff. de religios. & sumt. funer. Tiber. Decian. lib. 7. c. 39. nu. 5. 6. 7. 8. & seqq.* pro circumstantiis etiam & varietate Legum, Locorum atque edictorum pœna variatur, de jure enim Saxonico rei hujus criminis rota percutiebantur. Landrecht. *lib. 2. art. 13. in verb.* Alle Mörder/ vnnd die den Pflug berauben/ oder Mühlen/ oder Kirchen/ oder Kirchhöfe/ vnd Verrähter vnd Mordtbrenner/ oder die jhrer Herren Botschaffe werben zu jhren Frommen/ oder von eines andern wegen/ die soll man alle radebrechen. Quæ tamen pœna non utendo abrogata, cum verò hoc crimen sit sceleratissimum, & maximam inferat Reipubl. pestem, *l. ult. C. ad. L. Jul. Majest.* Ideò Carolina Sanctione pœna introducta est gravior, ut viri in quatuor partes dissecentur, mulieres aquis suffocentur: Interdum etiam antea forcipibus candentibus aduruntur, & ad locum supplicii rapiantur, peinliche Halsgerichts Ordnung/ *Car. V. art. 124. in pr.* Welcher mit boßhafftiger Verrähterey mißhandelt/ soll der Gewonheit nach/ durch Viertheilung zum Tode gestraffet werden/ were es aber ein Weibsbilde/ die soll man ertrencken/ vñ wo solche Verrätherey grossen

De jure Justinianeo.

De jure Saxon.

Carol. constit.

Scha-

Schaden oder Ergerniß bringen möchte / als die / so ein Land oder Stadt / seinen eignen Herren / Bundgenossen oder Nachgesipten Freunde betreffe / so mag die Straffe durch schleiffen oder Zangenreissen gemehret / und also zu tödlicher Straffe geführet werden / Es möchte auch die Verrätherey also gestalt seyn / daß man einen solchen Mißthäter erstlichen köpffen / und darnach viertheilen möchte. Ex consuetudine hujus criminis reus in quatuor solet scindi frusta, quæ in locis eminentibus ejus territorii, in quo deliquit, appenduntur, *Julius Clarus lib. 5. sent. §. læsæ Majest. crim. num. 8. Damhoud. in prax. rer. crim. c. 62. n. 61.* & de Gallia testatur *Gig. in tr. crim. Rr. de pœn. com. crim. læsæ Majest. q. 1. n. 7.* ut quatuor equis alligati in quatuor frusta dilanientur, & apud Venetos suspendio necantur *Gigas ibid. n. ult.* Alibi aliter iis mors infertur, *Bocer. tr. crim. c. 3. n 9. & seqq.* (2) Etsi enim regulariter crimen mortalitate extinguatur. *l. 1. & 2. C. si reus vel accus. mort. l. fin. ff. ad L. Jul. Maj. l. 6. de public. jud.* Hic tamen speciale est, ut defuncti accusentur. *l. 20. ff. de accus. l. fin. ff. ad L. Jul. Maj. Vulcej. ad l. 2. C. ubi caus. fisc. ag. n. 9. Ant. Fabr. 7. com. 20. Giphan. ad l. 15. nu. 23. de donat. Petr. Greg. 35. syntagm. num. 25.* eorumque memoria damnetur. *§. 3. Inst. de hered. quæ ab int. defer. §. 3. Instit. de publ. judic. l. 6. 7. C. ad L. Jul. Maj. l. 76. §. fin. de Leg. 2. l. 2. l. 3. §. 1. de donat. l. 1. §. 3. de suis & leg. l. 6. §. 11. de injust. rupt. testam.* Cum enim nemo sit tàm sui contemtor & osor, qui non æternitatem nominis speret, aut saltem honestam post sui mortem mentionem quærat:

De consuetudine.

Q. 2.

> *Non omnis moriar*, ait Poëta, *multaq; pars mei vitabit Libitinam*, Horat. 3. Od. 30.

hanc quoque pœnam statuerunt Imperatores, ut eò magis arceantur homines ab ejusmodi delicto, plus enim est damnare memoriam defuncti, quàm ejus bona publicare. Nam damnati defuncti memoria dicitur, cum nominatim perpetuæ infamiæ nota inuritur, ut perpetuò de eo infamia cõservetur, eáq; damnatio sic fieri consuevit more Romanorum à Græcis mutuato *Ravard. 3. com. 16.* Ut nomini defuncti perpetuę ignominiæ nota inuratur, ut perennis ejus infamia conservetur.

Harpr.

Harpr. ad §. 3. Inst. de publ. judic. nu. 34. Mœnoch. conf. 99. nu. 53. cadaver inhumatum relinquatur. *l. 1. C. de cadav. punit.* damnatus non lugeatur. *l. 35. ff. de relig. & sumt. funer. l. 11. §. 3. ff. de his qui not. infam. Decian. 7. tr. crim. c. 12.* statuæ in honorem eorum antea erecta evertantur. *l. 24. ff. de pœn. Scip. Gent. 1. de conjur. 3. p. 83. & seq.* Nomen è Fastis, ac publicis monumentis scilicet Magistratuum albo eradatur, *Tacit. lib. 3. & 5.* Et ad statuarum exemplum hodiè insignia gentilia adimantur, arma familiæ, splendore suspensa dejiciantur. *Tiraq. de nobil. c. 6. n. 15. & c. 27. n. 117. Decian. 7. & 7. n. 34. & c. 39. num. 26. & c. 41. n. 28. Bart. ad l. 24. ff. de pœnis, Gail. libr. 20. de pac. public. num. 34. Chassan. tract. glor. mund. p. 1. quæst. 42. Duaren. ad tit. L. Jul. Maj. c. 3.* ædes quoque earum destruantur & solo æquentur *c. felicis de pœnis in 6. Parlador. 1. re: quotid. 2. Gomez. 3. resf. 2. nu. 1. Gail. 1. de pac. publ. c. 20. Jul Clar. ad §. las. Majest. d. loco. n. 16. Fach. 9. contr. jur. c. 34. Gothofred. ad l. 24. ff. de pœn.* (3) Omnia insuper bona fisco applicantur. *§. 5. Inst. de hered. quæ ab int. deferunt. l. ult. ff. h. t. l. 5. l. 6. 7. & ult. C. h. t. l. 1. C. de bon. libert. l. 1. C. de petit. bonor. subl. lib. 10. auth. bona damnatorum. C. de bonor. proscr. seu damnat. Novell. 134. c. ult. in fin.* Güldene Bull. *Carol. IV. tit. 24.* Von der Ertzbischoffe Segen in Gegenwertigkeit eines Keysers / *in princ. verb.* Und der also an der Majestet ist schuldig / jhn mit dē Schwerdt zu straffen / und alle seine Güter dem Fisco verfallen / ꝛc. *arg.* Peinliche Halsgerichts Ordnung. *Carol. V. art. 218. in verb.* Oder sonsten in andern Fällen / so der Ubelthäter Leib unnd Gut nicht verwirckes / etc. Nec refert utrum bona ante delictum parta fuerint, an post idem commissum: utraque enim fisco vindicantur. *l. ult. ff. ad L. Jul. Majest. l. 5. quisquis. C. ad L. Jul. Majest. l. 2. C. de bon. proscr. l. 6. si quis vers. sed ne eorum de injust. rupt. testam. l. 76. cum filius. §. ult. ff. de Legat. 2.* Dissent. *Bocer. de regal. c. 3. n. 117.* (4) Non tamen statim post contractum hoc crimen sive perduellionis, sive aliud Majestatis crimen desinit reus Majestatis dominus esse bonorum suorum, *l. 1. §. quæsitum in pr. ff. qui & à quib. manum. Gomez. tom. 3. var. resol. c. 2. num. 11. Tiber. Dec. tract. crim. lib 7. c. 40.*

Q. 3.

Q. 4.

n. 6. Gig. Rr. quomodo & per quos crim. læſ. Maj. probetur. q. 25. Jul. Clar. lib. 5. ſentent. læſ. Majeſt. crimin. 9. attamen eorum alienatione ei confeſtim interdictũ eſſe docet. *l. 20. ex judiciorum. ff. de accuſat. l. 31. donationes in concubinam. §. ult. de donat. l. 45. in fraudem in pr. ff. de jur. l. 15. poſt contractum. ff. de donat. l. 5. quiſquis. §. emancipationes & ult. verſ. ſic & Divus. Severus C. ad L. Jul. Majeſt. tit. t. Qui ſunt rebelles, 11. in extravag.* horum tamen poſſeſſionẽ antequam reus condemnatus fuerit, fiſco non inferri. *l. 22. res quæ in pr. ff. de jure fiſc.* Proinde reus bonorum ſuorum dominio cadit demum ſententia condemnatoria ſecuta, non ante hanc. *§. Inſt. hær. de qua int. defer. l. 20. ff. de accuſ. l. ult. C. ad L. Jul. Maj. l. 22 res, quæ in pr. ff. de jure fiſc. l. 15. quæſitum in pr. ff. qui & à quib. manum. Perer. d. jur. fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 171. Gail. 2. de pace publ. c 3. n. 13. Bocer. de crim. Maj. c. 3. n. 22. & ſeq. Fach. lib. 9. contr. jur. c. 20. Ant. Fab. lib. 7. conject. jur. c. 20. Giph. de Rr. de pœn. comm crim. L. Majeſt. q. 25. nu. 5. Belviſ. tr. crim. lib. 3. c. 17. n. 3.* Et hæc opinio juri magis conſona videtur. (1) Quia *in d l. 22. res quæ in pr. ff. de jur. fiſc.* ſuſpendi bonorum diſtractio jubetur, donec ſententia ſequatur, (2) & in *d. l. 15. quæſitivus in pr. ff. qui & à quibus manum.* qui commiſerit crimen Majeſtatis dicitur Dominus bonorum. (3) ubi non apparet expreſsè pœnam privationis ipſo jure eſſe impoſitam, ſemper interpretatio fit, ut in ipſa privatione pœna imponenda requiratur ſententia, non fiat ipſo *Bl. in auth. qui ſemel. C. quom. & quand. jud. gl. in c. quicunque verbo innodetur, de hæret. in 6.* ubi dicitur, quod Lex in dubio non dicatur, quem damnare ipſo jure; ſed per ſententiam judicis, (4) per *§. 5. Inſt. de hæret. quæ ab init. def.* ubi traditur; q; filius rei perduellionis ipſo jure heres ſit patris, ſed poſtea deſinere eſſe heredem, cum pater perduellionis judicatus fuerit, (5) expreſsè *in l. ult. C. ad L. Jul. Maj.* dicitur, convicto demum Reo Majeſtatis, ejus bona ſucceſſoribus eripi, ut fiſco vindicari; antequam igitur reus convictus fuerit bona ipſius ad fiſcum nõ pertinent. (6) Et ut bona rei Majeſtatis fiſco vindicentur judicium exerceri debet. *l. 20. ex judiciorum. ff. de accuſ.* Non ergò ipſo jure à tempore contracti criminis, ſed lata de-

Q. 5.

demum sententia ad fiscum pertinent, (7) propter rationem *l. ult. C. de bon. proscr.* Dissent. *Nicol. Boër. decis. 277. nu 12. Coler. de Process. execut. p. 1. c. 3. n. 48. Clar. §. læsa Majestatis. nu. 9. Decian. in tr. crim. lib. 7. c. 40. nu. 6.* Ad quarum objectiones respondet *Bocer. de regalib. c. 3. n. 124. & seqq.* (8) Non tamen bona feudalia fisco applicantur, sed illa vel ad Dominum feudi vel ad agnatos pro natura feudi revertuntur: Quia hæc feudi causa est, ut id ex culpa amissum vel ad dominium vel agnatos transeat *lib. 2. feudor. tit. 24. §. denique, & lib. 2. tit. 37. feudor.* Landfriede zu Augspurg *Carol. V. de anno 1548. tit.* Die Poen der Friedbrecher/ *in pr. verb.* Darzu auch alle Verschreibung/ Pflicht vnd Bündniß/ jhnen zustehet/ darauff sie Forderung oder Zuspruch haben möchten/ gegen die jenigen/ die jhn verhafft waren/ ab vnd todt/ auch die Lehen so viel die Vberfahrer der Gebräuche/ dem Lehenherrn verfallen seyn/ vnd sie dieselben Lehen/ oder derselbigen Theil/ so lang der Friedbricher lebet/ jhm oder andern Lehenserben nicht leihen/ oder Abnützung folgen lassen/ & Cammergerichts Ordnung. *part. 2. tit. 9. §.* So jemand/ *vers.* Auch die Lehen/ so viel der Vberfahrer gebrauchet/ dem Lehenherrn verfallen seyn/ vnd sie dieselbigen Lehen/ oder derselbigen Theil/ so lang der Friedbrecher lebet/ ihme oder andern Lehenserben nicht leihen/ noch seinen Theil oder Abnützung folgen lassen/ etc. *c. felicis. §. si qua vero feuda de pœn. in 6. c. in quibusdam. 12. §. sacri extr. de pœn. Gail. lib 2. de pac. publ. c. 14. Mart. Laudens. tr de cr. læsæ Majest. q. 15. Hartm. Pistor. lib. 2. quæst. part. 1. quæst 15. n. 2. & 3. Gigas tractat. crimin. Rr. de pœn. comm. crim. læsæ Majest. q. 5. Schrad. in tr. feud. p. 9. c. 8. nu. 8. Anton. Peregrin. lib 5. de jur. fisc. tit. 1. num. 106. & seqq. Farin. lib. 7. contr. jur. cap. 20.* Nam quando publicantur alicujus bona ad fiscum non pertinent ea condemnati bona, quæ jure singulari ad heredem vel alium transeunt. *l. ff. de jure patron.* Jure a. singulari feudum transit ad filios vel agnatos vasalli primi acquirentis, ipsiúsq; Dominum concedentis. *1. feudor. 14. §. si capitanei, ibi: per investituram patris*, quæ nobis objici possunt, vide apud *Bocer. de regalib. c. 3. num. 112. & seq.* Bona tamen feudalia fisco cedunt, si à

Q. 6.

Principe, in quem crimen contractum, sint concessa. *Clem. Pastoralis.* §. *rursus de sentent. & re judic. felicis.* 5. *de pæn. in 6. lib. 2. feudor. 24.* §. *denique, & lib. 2. feud. tit. 37. & tit 38.* Landfried zu Augspurg. *Carol. V. de Anno 1548. tit.* Die Peen der Friedbrecher/ *in* §. Vnd wenn nun die Sachen/ *in verb.* Wo aber der Friedbruch den Lehenherrn beschehen wird/ so soll derhalben/ was hierin das Lehenrecht vermag vnd gebräuchlich ist/ gehalten werden/ etc. *argum. dict. lib. 2. feudor. tit. 24.* §. *denique, & lib. 2. feudor. tit. 37. & 38.* Item si feudum sub hac clausula à Domino Vasallo datum fuerit, ut etiam ad extraneos heredes transeat; & tum etiam bona feudalia ad fiscum pertinent, cum enim ex investituræ pacto feudum hoc ad extraneos pertineat, nulla ratio est, cur non etiam ad fiscum pertinere debeat. Siquidem fiscus extranei heredis loco est. *l. 1. C. de bon. Libert. l. 2. C. ad L. Jul. de vil. 9. eorum. ff. ad L. Jul. Majest.* Nec movet, quod *Fachin. in lib 9. contr. 20.* affert *ex lib. 2. feudor. tit. 48.* quod licet feudi natura in uno sit alterata in cæteris tamen naturam suam feudum retinere, sed d. regula. *lib. 2. tit. 48. feud.* pertinet ad causas amittendi feudum, non vero ad feudi amissi translationem, de qua hic agimus, ad quem scilicet feudum amissum pertinere debeat, quæ sanè sunt diversa, uti patet ex *lib. 2. feud. tit. 24.* §. *deniq; & libr. 2. feudor. tit. 37. & 38.* Deindè hic non proponitur casus diversus ab eo, quo alterata est hujus feudi natura, sed est casus planè idem & eodem sub genere continetur, quippe cum & fiscus sit sub genere & in numero extraneorum heredum *d. l. 1. C de bon. libertor. l. 2. ad L. Jul. de vi. l 9. eorum ff. ad L. Jul. Majest.*

An pœna teneat filios? Q. 1.

18. Et cum hoc delictum sit pernicies tristissima Reipub. ideò non modò in ipsos Patres hujus criminis reos, verum etiam in eorum filios pœna insultat, & furit ita illos à materna & avita, omnium etiam proximorum hereditate atque successione excludat, neq; ex testamento extraneorum quicquã capere possunt; sint perpetuò egentes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos prorsus honores, perveniant, iis egestate sordenibus mors solatium sit, vita supplicium. *l. 5. §. 1. C. ad*

C. ad L. Jul. Maj. auth. bona damnatorum. C. de bon. proscr. Nov. 134. c. ult. Güldene Bull *in pr. verb.* Sollen auch Mütterlich vñ aller nehesten Freundschafft vnd Nachfolg jhn entfrembdet/von anderñ Testamenten nichts empfahen / sondern der Väterlichen Unläumat allwege nachfolgen/ sollen auch zu keinen Ehren/oder Eyden nimermehr gelassen/darzu mit Armut ewiglich geschmähet werden / vñ am letzten in solcher schändlichẽ Dürfftigkeit seyn/das d' Todt jhr Trost/vñ das Leben jhre Pein sey/ꝛc. Et hoc æquè statuimus in filiis matrum hoc crimen comissarum. *l. 5. in pr. ibi quisquis. C. ad L. Jul. Majest. juncta l. 7. in pr. & §. 1. ff. de jurisd l. 16. ait Divus ff. de jur. fisc.* Nec video rationem diversam in matre, quam eam, quæ in patre: Idem ergò jus statuendum de matre ꝙ constitutum de patre *Clar. §. læsa Maj. n. 13. Harpr. ad §. 3. n. 59. Inst. de publ. jud.* & Imperatores *in d. l. 5. quisquis. C. ad L. Jul. Maj.* utuntur verbo quisquis ꝙ tàm masculos, quam fœminas complectitur. *l. ff. de V. S.* Güldene Bull. *Caroll. IV. tit. 24.* Von der Bischoffe Segen/ etc. *in pr. verb.* Wer mit Fürsten / Rittern/ Besondern/oder welcherley Person des gemeinen Volcks/ etc. Et pronunciatio sermonis in sexu masculino, ad utrúmque sexum plerúmq; porrigitur *l. 159. pronunciatio in pr. ff. de V. S.* Quia etiã sexus masculinus continet fœmininum. *l. 62. qui duos in fin. de leg. 2.* non tantum in favorabilibus, sed & in odiosis & pœnalibus *l. 1. §. 1. ad L. Jul. de adult. l. 16. Divus ff. de jur. fisc. l. 8. qui domum. ff. de adult.* Rationes autem tres hujus severissimæ pœnæ statuimus. (1) Ut Charitas liberorum parentes Reipub. amiciores redderet, & ab hoc nefando scelere deterreret. *arg. l. 9. isti quidem. §. fin. quod met. caus. Cic. in Epist. ad Brut. στοργὰς, Mœnoch. consf. 99. num. 219. lib. 1.* Tangit & hanc (2) rationem. *Alexander Magn. in orat. contra Hermolaum;* ut majus sit morientium supplicium. Non oportet, inquit, vos scire, quid de his statuissem, quo tristiores periretis; Quia eos infamia paterna semper comitatur, ad nullos honores, admittuntur, ut perpetua egestate, & infamia sordentibus, mors sit solatium, & vita supplicium. *l. 5. §. 1. Cod. ad L. Jul. Majest.* Güldene Bull. *Carol. IV. tit. 24.* Von der Ertzbischoffe Segen/ in Gegenwertigkeit eines Keysers. (3) Quia in filiis here-

Q. 2.

hereditarii criminis radices præsumuntur, ejúsque exemplæ metuuntur. *l. 5. §. 1. C. ad L. Majest. argum. c. si quis. 10. dist. 56.* non tamen peculio castrensi vel quasi castrensi privantur. *§. 1. Inst. per quas pers. cuiq. acq. § fin. Instit. de milit. test.* Privantur autẽ feudis; licet alterius quam patris successione obveniant. *argum. libr. 2. feudor. tit. 24. §. denique, & lib. 2. feudor. tit. 37. Boss. pr. crimin. tit. de publ. del. num. 68. & 71. Dec. tract. crim.*

Q. 3. *lib. 7. c. 41. n. 24.* (2) Nec refert an natus, vel nasciturus sit filius ex ratione *d. l. 5.* quod videlicet præsumantur patris imitatores futuri, quæ tàm obtinet in filiis natis quam nascituris cum omnis filius, quocunque etiam tempore sit natus, portio sit viscerum paternorum, ex istis etiam rationibus, quas in præcedentibus posuimus. *l. fin. vers. ult. Cod. de bonis proscr.* Güldene Bull. *tit. 24.* Von der Ertzbischoffe Segen/ *in pr. verb.* Aber aus Keyserlicher Mildigkeit vergönnen wir jhren Kindern/ *& in verbis seqq.* In dem die Exempel. Väterlicher/das ist Erblicher Laster anfangen/ etc. *Bocer. tr. crim. c. 3. n. 60 & seqq. Gomez. tom. 3. var. resolut. cap. 2. num. 16. Gigas dict. tract. de pœn quos filii &c. quæst. 5. Decian. tract. crimin lib. 3. c. 41.*

Q. 4. *num. 8.* (3) Bona autem illa paterna vel materna aut pro quinquorum, cum filii habeantur in capaces omnis successionis deferuntur successoribus legitimis, sive proximis heredibus ab intestato venientibus & testamentariis, si qui fuerint, quia illis personis non ex scelere, sed alieno scilicet patris denegatur hereditas, & sic non ut indignis quæsita auferuntur; sed tanquam in capacibus quærenda impediuntur. *l. 5. §. 1.* alieni & ibi nihil capiant. *C. ad L. Jul. Majest l. 1. Cod. de her. Instit.* necullibi habetur, ea fisco acquiri. *l. 10. ff. de jur. fisc. argum. l. 5. ff. de probat. l. 19. illum ibi, eò quod nulla constitutio. C. de coll. l. 46. aufertur in pr. ubi Dd. comm. ff. de jur. fisc. Gilb. c. 2. tit. 2. n. 9. Decian. tract. crimin. 7. cap. 40. num 26. Facb. q. contr. 36. Gomez. 3. resol. 2. num. 14. Cont. ad l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Majest.* Dissent. *Cyn. Alb. & Salyc. ad l. 5. C. h. t.* eò, quod in *d. l. 5. uxores. C. ad L. Jul. Majest.* fiscus dicitur, auferre à filiis perduellis, quod à matre habituri sunt, sed loquitur ille textus de illis bonis quæ rebellis fuerunt,

ideò

Ideò & hæc ad filium pertinere debent. Nec ibi bona donata fuerunt uxori irrevocabiliter, sed revocabiliter, nimirum, ut si ad secunda vota mater transiret, tum ea restituere deberet filiis primi matrimonii. *l. 3. fœmina. C. de secund. nupt.* Reliquæ quæ nobis objici possunt, vide apud *Bocer. de regalib. cap. 3. num 99. 100. 111. Harpr. ad. §. 3. Inst. de publ. jud. num. 36. 37.* (4) Nec liberi salvam habent legitimam, cum bona patris ob perduellionis crimen confiscantur? *per l. 5. in fin. princ. in verb. omnia bona perduellionis fisco addici, & juncto. §. ad filias ejusdem. Cod. ad L. Jul. Majest. Cujac. obs. lib. 6. 23. vide Petr. Theodoric. in Colleg. crimin. thes. 6. lit. D. in alleg.*

Q. 5.

19. Ad filias tamen quotquot numero sunt falcidia ex bonis maternis, pervenire jubetur, & sic non æquè pœna hæc extenditur ad filias, ita & participes etiam maneant avitæ hereditatis, aliorúmq; sive propinquiorum sive extraneorum successionis, hæc paterna eas comitatur infamia. *l. 5. §. 3. ad filias. C. ad L. Jul. Maj.* Quæ *d. l. 5. quisquis*, discretivè loquitur de filiis & filiabus: ubicunq; constitutio discretivè loquitur de filiis & filiabus, tunc quod dicitur de filiis id nunquam extenditur ad filias *Hieronym. Gigas. d. Rr. de pœn. quas filii incurr. clem. crimin. læsæ Majest. Bl. in leg. in multis ff. de stat. homin. Jul. Clar. in dict. §. læsæ Majestat. crimin. num. 10.* Et hic notabile. *gl. si ita, in verbo, natus. ff. de injust. rupt. testam.* notandum: quod sub exheredatione filiorum non censeantur comprehensæ filiæ. Sic in proposito sub exclusione filiorum ab hereditatibus extraneorum non debent censeri filiæ, cum specialiter exclusæ non reperiantur. Cum itaque diversa ratio militat in filiabus quam in filiis, utique dispositum in filiis non trahendum erit ad filias. Ideò *Bl. in leg. quicunque. Cod. de servit. fugit.*

An teneat filias? Q. 1.

fug. dicit quod si statuto caveatur, ut filii rebellium expellantur de civitate, ejusmodi statutum non extendi ob filias, quia cessat ratio: Rationem autem specialitatis in filiabus hanc damus, sexus sc. infirmitatem, quæ facit, ut suspicio hereditarii criminis, ac successionis in pravitate paterna deficiat. Magis specialiorem ponit *Gædd. ad l. 1. ff. de V.S. n. 59. Theodoric. in Coll. crim. th. 6. lit. K.* damnationem scilic. memoriæ paternæ. Quod sc. per filias quæ nubendo familiam amittunt, memoria ac patris nomen non conservetur: Quia non ideò memoria damnari dicitur, quasi nomen ipsius omnimoda obliviore delendum; ita ut nulla in posterum neque honorifica neq; dedecorosa sit recordatio, siquidem è re vel maximè Reip. est improborum probra non minus, ac bonorum præconia manere immortalia, ut belle Sidon, *Boc. de regal. c. 3. n. 110.* ( )adeò ut & dos filiæ maneat salva, quæ ipsi data ante crimen comissum, si enim post illud detur, res, dubio caret. *l. 5. § 4. C. ad L. Jul. Maj.* quia dos hæc profectitia publicationi bouorum eximitur. *d. l. 5. §. 4. C. ad L. Jul. Majest. l. 6. §. 1. ff. de usufr.* & filiæ proprium patrimoniū esse dicitur. *l. 16. eam. ff. de relig & sumt. fun. l. 4. de collat. l. 13. §. 5. de minor. l. 2. C. de solut. matr.* Güldene Bull *Carol. IV. tit. 24.* Von der Ertzbischoffe Segen in Gegenwertigkeit eines Keysers/ *in pr. verb.* Darnach heissen wir ohne Gnad zu mercken/daß die für sie zu bitten versuchen/auch ihren Töchtern/wie viel ihr an der Zahl seynd/so soll allein der vierdte Theil oder Falcidia d' Mutter Gut/ es sey mit oder ohne Ehegeschäfft/damit die Ehe/ein mittelmässige Töchternahrung weder ein gentzlich Nothdurfft oder Erbensnahmē verfolget/ rc. *Scipio Gent. lib. 1. de conjur. c. 5. p. 99.* (2) Nec nepotes tàm ex masculis quàm ex fœminis oriundi, ullo modo tenentur ex avorum delicto, ut est humanior & æquior sententia Dd. com *in l. 220. liberorum. ff. de V.S. l. 20. patri. ff. ad L. Jul. Maj.* Ex illo fundamento: Nam si pœna traheretur ad nepotes duplex inconveniens sequeretur. Primò ex parte delinquentis, qui puniretur in filiis, & in nepotibus, & sic pœna traheretur ultra suos limites. Secundò & fortius ex parte filiorum, qui sine culpa plectuntur, punirentur duplici pœna. Primò pœna infamiæ & in-

incapacitatis quantum ad se ipsos secundo punirentur, altera pœna graviori propter punitionem filiorum suorum, & sic pœnæ severitas maximè temperanda ut in eo, qui non deliquit, extenderetur, quod revera esset contra omnem æquitatem & justitiam. *Br. in l. 220. liberorum. ff. de V. S.* (3) Nec propria filiorum appellatione continentur nepotes. *l. 6. quod si nepotes. ff. de test. tut. §. 5. Inst. qui test. tut. dar. poss. vers. caterum*, sed ex solo, eáq; justa interpretatione & extensione quadam. *l. 201. ff. de V. S.* Tunc enim vel maximè appellatione filiorum non continentur nepotes, quando verbum filius profertur cũ adjuncto, utpote quando dicitur filiis suis vel ejus, ut dicit *d. l. 5. quisquis. in verb. filiis. & sic d. l. 5. quisquis. §. filii verò. 1. C. h. tit.* loquitur tantùm de filiis non etiam de nepotibus, Ergò quoniam est pœnalis restringenda. *argum. c. 15. de R. J. in 6. l. 19. in fin. ff. de lib. & posth. Scip. sent. d. tr. c. 3.* Ita etiam *Aurea Bulla. tit. 24.* Von der Ertzbischoffe Segen in Gegenwertigkeit eines Keysers/ vocabulum filii *in d. §. 1. l. 5.* explicat, per filios propriè ita dictos *in pr. verb.* Aber aus Keyserlicher Mildigkeit / vergönnen wir jhren Kindern das Leben / &c. & *in seqq. verb. ibi:* Da auch jhren Töchtern / & *in verb.* Es were denn die Söhne allein nach dem / oder den Töchtern verliehen / *in verb.* Die soll jhren Kindern behalten / &c. & *ibi:* Dadere Kindern nach dem Rechten / & *in verbis:* Allein den Töchtern / vnd nicht den Söhnen / das von genanten Kindern / *etc.* Quæ nobis obiici possint admodum levia sunt, ideò remito me ad *Harpr. in Inst. §. 3. de public. judic. n. 34. & 35.* (4) Nec uxor ob mariti crimen hoc punitur, ideò dotem suam recipit, donationis verò titulo, si quid à viro hac lege, ut liberis reservetur, accepit, id omne, tempore quo ususfructus absumitur, fisco infertur, ex æquo tamen filiabus falcidia relinquitur. *d. l. §. 5. uxores. l. 2. ob maritorum. & t. t. C. ne uxor. pro marit.* ubi generaliter text' loquuntur, nec hic specialis datur exceptio Güldene Bull *Carol. IV. tit.* Von der Ertzbischoffe Segen / in Gegenwertigkeit eines Keysers / *in fin. pr. in verbis:* Aber zu jüngst Entfrembdung / die aus derselben Zeit mit Vntrew oder Recht beschehen / so balde von der obgenandten

Q. 3.

Q. 4.

Mißthaten gedacht worden were/ setzen wir kein Krafft haben/ auch der obgenandten ehelicher Haußfrawen/ die jhr Heyrath-Gut erlanget/; wo sie in solcher Eigenschafft weren/ daß sie von jhrem Manne mit einem Theil der Gaben ichts empfangen hetten/ die soll jhren Kindern behalten zu zeiten/ so die Frucht-niessung abgenommen/ die alle unserm Fisco zu erlassen/ da den Kindern nach den Rechten der vierdte Theil oder Falcidia zugehörig were/ etc. (4) Et licet filius ob delictum patris pœnam sentiat hujus criminis, ideò etiam propter relationem dicendum esset, patrem filio committente hoc crimen easdem pœnas debere sustinere, quas filius ob delictum patris: Negativa tamen sententia rationi juris magis est consentanea, maximè cum constitutio *d. §. filii verò l. 5.* contineat odium gravissimum, dum filius ex facto patris punitur. Ergò extra suos terminos non erit extendendum: Cum aliàs in causis pœnalibus benignior interpretatio facienda, *l. pen. ff. de pœn. l. 155. §. in pœnalibus. ff. de R. J. Gig. d. Rr. de pœn. quas fil. incur. q. 12. Salycet. ad l. 5. quisquis. §. filii verò. C. ad L. Jul. Maj.* Et quia in patre cessat ratio successionis sanguinis improbati; tùm etiam quia *d. l. 5. quisquis. §. filii verò. C. ad L. Jul. Maj.* non modò est nova, sed & alii juris dispositioni contraria. *l. sancimus. 22. de pœn.* Ut proindè strictè accipi debeat, de his tantùm personis, de quibus nominatim *d. l. 5.* loquitur. Nec legitima quam aliàs filius speraret post mortem patris ipsi; sed fisco cedit. *l. 1. §. 21. si impubes. ff. de coll. bon. arg. l. 7. si qua pœna ff. de his, qui sui vel alien. jur. l. 35. Etsi condemnatus ff. de noxal. act.* Güldene Bull *Carol. IV. tit. 24. in pr. verb.* Aber aus Keyserlicher Mildigkeit/ vergönnen wir jhren Kindern das Leben/ ob gleich dieselben mit Väterlicher Peen verderben solten.

Q. 4.

Majestatis crimen in specie.

20. Majestatis in specie dicti criminis pœna, regulariter gladii pœna, seu capitalis ultimum scilicet supplicium. *l. 3. in pr. ibi; capite punire. ff. ad L. Jul. Maj. l. ult. ff. ibid.* cósque tamen regulari bonorum confiscatione, ut mollior est. *Bocer. tr. crim. læs. Maj. c. 3. num. 115. & seqq.* aliorum opinio. *arg. l. 9. ff. ad L. Jul. Majest. & arg. auth. bona damnatorum, in*

Q. 1.

verbo

verbo de substantia mariti. C. de bon. proscr. est deportationis vel relegationis pœna, in levioribus scilicet speciebus locum habere potest. *l. 24. l. 40. ff. de pæn. Bocer. cl. 3. disp. 1. th. 24.* ut & hodie pœna privati carceris arbitraria pro ratione circumstantiarum, uti sunt detentio & apertio literarum Principis animo scilicet, eum offendendi facta. *Theodor. in Colleg. crim. th. 4. lit. i. & th. 6. lit. a. Damboud. pr. crim. 62. Decian. 7. tr. crim. 33. Clar. §. lesa. Maj. n. 1.* Nec movet, quod *in d. l. 5. pr. C. ad L. Jul. Maj.* gladii pœna constituta, per gladium autem *Scipio Gent. 1. de conjur. 2.* tantum intelligit capitis amputationem. *arg. §. 3. Inst. de publ. jud. l. 3. in pr. ff. ad L. Jul. Majest.* Sed notandum quod per capitis pœnam quodvis supplicii genus intelligatur. *l. 6. §. 4. l. 7. de re milit. l. 8. §. 2. l. 38. §. 1. & §. 12. ff. de pæn.* omneque supplicium significatur. *argum. l. 3. de jurisdict. l. 31. ff. ad L. Jul. de adult. l. omnes. C. Theod. eod. tit.* adeo ut & combustionem non solùm in Pandectis. *l. 8. §. de pæn.* sed & in Codice. *l. 9. C. de re milit. l. un. C. Nili agg. non rump.* denot. Eo, quod gladius insigne fuerit in judiciis rerum capitalium, unde sæpussimè jus gladii pro jure vitæ ac necis, ut pro coërcitione criminis, & sic non materialiter, sed formaliter accipiatur. *Scip. Gent. de juris. 3. Cam. op. success. cent. 1. cap. 76.*

Q. 2.

Q. 3.

DISCURSUS QVADRAGESIMUS PRIMUS,

De

POTESTATE PRINCIPIS,

Quam

Permissu & authoritate Nobilissimi JCtorum Ordinis in illustri & florentissimâ SALANA,

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Consultissimi Viri

Dn. GEORGII Frantzken J.U.D.
Fautoris sui plurimùm colendi.

Publicè tuebitur in Auditorio JCtorum

CHRISTIAN Bessel.

THESIS I.

POtestatis verbum variè usurpatur; modò enim ad jus privatum refertur, & tùm quidem vel ad personas, vel ad factum; Ad personas, quæ alieni juris sunt, easque vel liberas, quæ sunt in patria potestate, vel ad servas quæ sunt in dominica. *tt. ff. de his qui sui vel alieni jur. & t. de patr. potestat.* ut cum dominus se servos suos in potestate habere dicit, vel de potestate dimittere, pro quo dici consuevit manumittere, unde Ausonius:

Capta manu sed missa manu, nescivit herile
Imperium Domina, vult Domina esse manu.

2. Ad res consideratum vocabulum potestatis significat, quæ in præsentia & ad manum sit, facultatem, veluti in judicio noxali, quo tenetur etiam non Dominus servum, quem in potestate habet aut exhibere aut noxale judicium pati. *l. quoties. 21. §. 3. de nox. act. Alciat. ad l. potestatis. 215. num. 6.*

3. Ad jus publicum relatum interdum refertur ad Magistratum, & significat Imperium, illúdque vel merum vel mixtum contradistinctum jurdisdictioni. *d. l. potestatis de V. S. l. 3. de jurisd. Scip. Gent. lib. 2. de jurisd. c. 2.* Sed quia illa potestas omnis Magistratuum partiatim dependet à suprema Principis; ideò καθ' ἐξοχὴν eidem etiam simpliciter attribuitur, quippe quam absolutè & simpliciter exercet. *Godd. Wehn. & Dd. ad d. l. potestatis de V. S.* Et describi potest quod sit *jus in Principem à populo collatum ad societatem civilem rectè administrandam & conservandam.*

4. Subjectum potestatis hujus est vel Activum vel Passivum.

5. Activum est ipse Princeps.

6. Princeps à principio dictus, sive quod cæteris præsit & dominetur. Non uno autem modo vocabulum hoc usurpatum est. Olim enim in armata militia Principes dicebantur, centuriones primorum de singulis cohortibus, item qui in principiis collocati militabant. *Calvin. in Lexico v. Princeps.* In togata verò militia sumitur pro eo, prout quisque primum locum tenet, hinc Princeps Senatus Princeps civitatis &c. Tandem mutato Reipubl. statu, summa rerum uni concessa in Republ. Romana Imperatores soli hoc titulo insigniti sunt. Et inde etiam quoties in Jure Civili Principis mentio fit, tantùm de Imp. accipitur, *l.31. de LL.l.1. de Constit. Princip. §.6. Inst. de Jur. Nat. Gent.& Civ.* & hodie in Gallia de Rege, supremo moderatore, non de Principe feudi cujusdam *Knichen. de Saxon. non prov. jur. v. ducum cap. 4. num. 10.* & ita passim politicis Princeps est, qui superiorem non agnoscit, etsi usu illud ad inferiores tractum, *Knich. d.l.*

7. Est verò Princeps supremum caput Reipublicæ neminem nisi Deum superiorem recognoscens.

8. Etsi verò subditi priores sint ipso Principe, utpote à quibus in communis societatis faciliorem administrationem & conservationem constitutus est, de quo postea pluribus, tamen postquam jam electus & constitutus est, dignitate & ordine perfectionis antecedit, & sic prius consideratur. Sicut non in absimili Aristoteles, civitatē naturā priorem quam familiam & unumquemque nostrum esse asserit, etsi tempore illa omnia præsupponat, ex quibus conflata est. *lib. 1. Polit. cap. 2. & 18. Heinsius p. 16.*

9. Quo ipso respectu haut absurdè quoque asseritur, subditos magis pendere à Principe, quàm Principes à subditis, non saltem ratione exempli & vitæ probioris, qua subditis prælucere debet, juxta illud:

— — non sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quam vita regentis.

Verum etiam respectu obedientiæ & reverentiæ, quatenus legitima præditus potestate à Deo per subditos ipsi concessa, in omnes imperium exercet.

10. Quod

10. Quod si verò non eminentiam spectemus, sed necessitatem communis conditionis humanæ, quam subditi juxta primam rerum publicarum originem eligendo sibi Principem intuentur, verum quoque est, Principem quoque propter subditos existere, utpote quorum felicitatem & bonum tenetur procurare, & quorum saluti se suámque vitam consecrare, uti opt. *Cicero 1. de offic.*

11. Ut inde tanto absurdior fœdiórque existat Machiavellistar. hypothesis, quando dicunt: *subditos simpliciter esse propter Principes, atque esse ex Principum semine primitus natos, atque iccirco Principis esse mancipia, in quæ illi possint pro libitu dominari, tanquam in id, quod ne esset quidem, ni illi essent,* Keckerm. *l. 1 syst. Polit. cap. 1. can. 1.* Lamb. Dan. *1. Polit. c. 4.*

12. Videndum nunc est de persona Principis, tùm constituendi tùm constituti.

13. In constituendo Principe potissimum consideranda est dignitas: quæ consistit partim in bonis naturæ, partim fortunæ.

14. Bona naturæ vel corpus respiciunt vel animum.

15. Ad bona corporis referimus sexum, ætatem, & externam constitutionem.

16. Quod sexum attinet, Principis personam masculinus decet, utpote quem natura non saltem fortiorem & laboribus multis assuetiorem, verùm etiam prudentiorem longè produxit, cum contra fœmininus sexus & imbecillitatibus & varietatibus perpetuis obnoxiús sit. Cum enim hi, qui rerum potiti sunt sunt in adversis graves, in prosperis circumspecti esse debeant, fœminas verò natura ita comparavit, ut, cum res sint in vado, seséque in portu jam navigare putant, superbiant, paulò pòst verò cum mare Reipub. parumper turbidum existit, desperare incipiunt.

17. Unde eleganter Aristoteles *1. Polit. 8.* inquit: *Mas est quàm fœmina ad imperandum natura aptior*: secundum paraphrasin Heinsii, *ita à natura comparatus, ut authoritate antecedat fœminam, ideoq; magis quoq; ad imperandum est idoneus. Estq; hoc perpetuum profectò, nisi sicubi natura aberravit.*

ravit. Unde & eo ipso potestati maritali subest per naturam, *Aristoteles ibidem.*

18. Quam tamen planè subverti consequens esset, si fœminam talem in supremo fastigio collocatam aliquando nubere contingeret. Quod abundè testatum fecit Maria Scotorum Regina, quæ Henrici Stuarti, cui nupta erat, nomen, non modò in diplomatis Regiis vel aliis subscriptionibus primò postposuit, deinde etiam, ne apponeretur, obtinuit, Rizio quodam ei substituto, verum etiam ut habent verba Thuani *lib. 38. histor. part. 3. pag. 675. omni dignitate spoliatum ad majorem contemtum asperrimâ hyeme Peblium ablegat; ut procul à consilio & publicorum negotiorum conscientia abesset & omnium beneficiorum gratia ad ipsam solam redundaret.* Et paulò pòst. pag. 681. *Rex verò tanquam molestus otii interpellator procul ablegabatur, & si quando contingeret, eum visendi causa adesse, ipsa & comites sic vultum sermonémque componebant, ut nihil magis timere viderentur, quam ne Rex non intelligeret se Reginæ fastidio, adventum conspectúmque suum omnibus ingratum esse.*

19. Accedit consiliorum & sententiarum summa levitas, quam vasta muliebris animi impotentia plerumque parturire solet. Annotatum in Annalibus pro monstro, inquit Tholosan. *lib. 7. de Republ. c. 11.* quod sub solo primum Heliogabalo mulier in Senatum admissa est, nempe ejus mater Semiamurica, quam & sententiam in Senatu admissam, rogari jussit, permisitque eam habere senatulum mulierum, unde & prodierunt SC. ridicula de legibus, quæ & quo vestitu incederent, quæ & ad cujus oscula venirent, & de simillibus ejusmodi farinæ. Quod postea Heliogabalo cum matre necato penitus profligatum fuisse Lampridius testatur. Keckerm. *in cursu Philosoph. disp. 29. quæst. 7.*

20. Hinc apposite Tacitus, *Fœmina,* inquit, *Roma dominatur, in tantum non modò à libertate, sed etiam à servitute degeneravit.*

21. Qua ipsa ratione & jure civili fœminæ à muneribus publicis repelluntur, *l. 2. de R. J.* nec postulare pro alio. *l. 1. §. 5.*

§.5. *de postul.* nec judices esse. *l.12. §.2. de judiciis*, nec similibus civilibus officiis fungi possunt. *l.1. §.1. l.2. §.1. ad SC. Vellej.*

22. Et sicubi fœmina ad imperium evehitur, hoc fit, ut supra ex Aristot. diximus, præter naturam, hoc est, si supra sexum fœmineum ascendat & in corpore fœmineo mascula corda gerat.

22. Ætatem quod attinet, ea nec nimis sit juvenilis; quia ea destituitur judicij maturitate & variarum rerum usu, &

— — *seris venit usus ab annis.*

24. Hinc quoties Deus gentem aliquam vel extrinsecus hostili machinatione voluit evertere, vel intrinsecus intestinis motibus labefactare, puerum Principem constituit. Unde illud Prophetæ, Væ genti, cujus Princeps puer est. Ut cætera taceamus; patrum nostrorum memoria luculentissimum extat exemplum in Regno Galliæ, quod quantum sub Regibus pueris Francisco II. & Carolo IX. civilibus bellis conquassatum & tantùm non funditus ferè deletum, Thuanus & alii satis prodiderunt.

25. Corporis quoque elegans structura & concinna membrorum delineatio in constituendo Principe attendenda, quatenus teste Curtio lib. 5. de reb. gestis Alex. M. *plerisq; gentibus in corporum majestate veneratio est, magnorúmq; operum non alios capaces putant, quam quos specie eximia & egregia donare, natura dignata est:* & secundum Stobæum serm. 63. *Reverendum quid & admiratione dignum continere videtur pulchritudo corporis.*

26. Bona animi potissimum sunt, propensus erga subditos amor & benevolentia. Cum enim bonus Princeps nihil distet à bono patre, uti hujus summa virtus est liberos amore prosequi, & ita eos educare, ut non tanquam mancipia pro libitu coherceantur, sed ut liberalia ingenia affectu paterno benignè regantur: ita & illius est clementia, mansuetudine suis potiùs præesse, quàm Tyrannorum more imperium in bona conscientiásque sibi vendicare. Huc pertinet, quod passim apud Aristot. legitur, & ab Agasicle

Rege Spartæ pronunciatum fuit, *Reges imperare tanquam patres filiis, Tyrannos tanquam dominos servis*, Jun. Brut. *in vind. contr. Tyran. q. 3. p. 104.*

27. Unde execranda est sententia Machiavelli. Utilius esse Principi metui quam amari, quando in Principe *c. 17. in fin.* inquit, *dico, cum homines ad arbitrium suum ament, metuant autem ad Principis voluntatem: Princeps, qui sapientia valet, eò quod sua est, non aliena facultatis, niti studeat.* Et non melius proverbium Caligulæ: *Oderint dum metuant.* Sueton. *in Calig. c. 30.* Meliùs longè *Cicer. 1. offic. Malus*, inquit, *diuturnitatis custos metus, cum oderint quem metuant? & quem quisque odit, periisse expetat*, optimè Antimachiav. *lib. 3. commentarior. de reg. aut qu. princip. rect. adm. theor. 9.* Jun. Brut. *in vindic. advers. Tyrann. quæst. 3. p. 103.*

28. Ad hanc classem referimus etiam virtutes tàm intellectuales quàm morales, de quibus quatenus à Principe exercendæ; vide alios prolixè disserentes.

29. Bona fortunæ sunt, Nobilitas, Opes, Potentiæ, quæ sicut alia superiora, non minus attendenda sunt, ita tamen, ut ad bona animi primariò respiciatur, secundariò verò & minus principaliter ad ea, quæ vel corpus contingunt, vel in variabili fortunæ vicissitudine hinc inde consistunt.

30. Fuit persona Principis, ut constituenda, considerata, sequitur ut constituta. Ea potissimum consideranda est in legitima Reipubl. administratione & potestatis sibi concessæ usurpatione, de qua, cum infra pluribus dicendum erit, labore illo hic supersedemus.

31. Subjectum sequitur passivum subditi scilicet.

32. Sunt verò subditi secunda Reipubl. pars obediens & superiorem agnoscens.

33. Obedientia prima & summa subditorum virtus esse debet, ut Magistratui suo à Deo constituto obediant, etiamsi aliquando rigida & dura sint mandata, attamen non iniqua, sed legi Dei consentanea. An verò & quatenus subditi resistere possunt Principi injusta præcipienti docetur disputatione sequenti.

34. Ob-

34. Objectum est tùm commune ut Respub. tùm proprium, ut singulæ hominum actiones: In hoc enim Principi concessa est potestas, ut salutaria monita & præcepta generaliter sanciendo Reipubl. totius salutem intendat & specialiter deinde singulis factis accommodet.

35. Fundamentum seu causa Efficiens potestatis hujus est vel remotior vel propinquior.

36. Remotior est Deus Opt. Maximus. Per eum enim, inquit ejus Sapientia, Reges regnant & Principes judicant terram. *Sap. 6. v. 1. Proverb. 8. v. 18. 1. Chron. 9. v. 8. 2. Chron. 29. v. 23.* Quod & Nabuchodonosor ipse quantumvis Ethnicus & potens Monarcha profitetur, quem cum Daniel Regem Regum vocaret, cui Deus cœlorum, regnum, potentiam & gloriam dedisset, *Quin imò, ait, ô Daniel, verè Deus tuus est Deus Deorum & Dominus Regum, qui regna tradit quibuscunq; vult vel omnium hominum vilissimis.* Danielis. *c. 2. v. 37. c. 4. v. 14.*

37. Propinquior est, vel Interna vel Externa. Interna est inclinatio naturæ humanæ ad societatem ineundam. Quod præter alios eleganter exprimit Seneca: quando ait Epist. 9. *Qualis tamen futura est vita sapientis, si sine amicis relinquatur in custodiam conjectus, vel in aliqua gente aliena destitutus, vel in navigatione longa retentus, aut in desertum littus ejectus? Qualis est Jovis, cum resoluto mundo & Diis in unum confusis paulisper cessante natura acquiescit sibi cogitationibus suis traditus: Tale quiddam sapiens facit: In se reconditus; secum est, quamdiu quidem, illi licet suo arbitrio res suas ordinare, se contentus est, & ducit uxorem se contentus, & liberos tollit se contentus, & tamen non vivet, si fuerit sine homine victurus. Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio; Nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiæ. Quomodo solitudo in odio est, sic in dulcedine appetitio societatis. Quomodo hominem homini natura conciliat, sic inest huic quoq; rei stimulus, qui nos amicitiarum appetentes facit,*

 38. Ve-

38. *Verum igitur illud est*, ut ait Cic. in Lælio, *quod à Tarentino Archyta, ut opinor dici solitum, nostros senes commemorare audivi, ab aliis senibus auditum: si quis cœlum ascendisset, naturámq; mundi & pulchritudinem syderum perspexisset, insuavem illam admirationem illi fore, quæ jucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset. Sic natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliquod, tanquam adminiculum annititur, quod in amicissimo quoq; dulcissimum est.*

39. Interna est, populi consensus. Cum enim naturâ homo sit animal politicum & sociabile multiplicatus sanè & diffusus per plures familias, cum à semetipso regi gubernarivè non posset, natura monstrante caput sibi certum elegit, & ut eò commodiùs societatem communem administraret, certam potestatem ipsi attribuit, quâ potissimum præcepta legésque communiat adversúsque improbos & refractarios executioni demandet, aliàs enim illæ ipsæ idem passuræ sunt, quod telæ aranearum, quas quæ fortiores sunt, muscæ, impunè perrumpunt. *Arnisæ. 2. de jur. Majest. cap. 3. pagin. 257.*

40. Unde patet, quando potestatis hujus originem ad Deum referimus, ideò populi consensum non excludi, Deus ipse, etsi Saulem precibus populi elegisset, quem Samueli substituerat, voluit tamen eum populi suffragiis in Regem creari & sucipi. *1. Sam. 10. & 11.*

41. Sic David etsi Rex à Deo ipso primùm electus esset, noluit tamen regni administrationem suscipere, nisi prius & suffragiis & libero tribuum Israëliticarum consensu confirmatus. *2. Sam. 2. v. 5.*

42. Hinc Absoloni occasionem paternum regnum usurpandi, captandi; Cusai amicus Davidis prudenter respondit: *Nequaquam, sed quem elegerit Deus & populus iste, nempe universus Israël, illius ero & cum illo manebo. 2. Sam. 16. vers. 18.*

43. Consensus ille vel est expressus vel tacitus.

44. Expressus est in electione, in hac enim populus per suffragia expresè in Principe consentit, eúmq; sibi præficit.

45. Ta-

45. Tacitus seu præsumptus, in successione, ubi populus hæreditarium sibi Principem constituens expressim quidem in primum acquirentem, tacitè vero & in hæredes posterósque consentit. Unde etsi in regnis successoriis Princeps Principem immediatè excipere dicatur, hoc tamen non fit, nisi concurrente tacito populi consensu, qui simpliciter in prima fundatione positus, nunc non minùs ac expressus in electione efficaciter incipit operari.

46. Hinc in plerisque regnis, ut Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Sueciæ hæreditariis, sunt Principes sanguinis, respectu primi acquirentis ita dicti, quod in universam ejus posteritatem, ut ad eandē Regni dignitas devolvatur, ita cōsensum sit.

47. Quo ipso patet electionem antiquiorem esse successione, quod ut constat ex Aristot. *3. Polit. c. 10. & 5. Polit. c. 10.* Heroicis temporibus seu melioribus annis Regna iis delata fuerint, qui populum magno aliquo beneficio demeriti fuerant, vel in bello, ut habet in paraphrasi Heinsius *ad d. li. 3. c. 10.* clara aliqua victoria, vel in pace rei alicujus necessariæ inventione & arte. Postquam verò virtutis propagationem præsumserunt in liberis aut ipsi Principes oblatos Principatus contra vota civium in arctiorem dominatum mutare cœperunt, tùm demùm evilescentem electionem excepit successio. *Arist. d. l. Arnis. l. 2. relect. Polit. c. 2. n. 38.*

48. Finem potestatis nostræ constituere possumus duplicem, alium communiorem seu remotiorem, alium proprium seu proximiorem.

49. Ille est, quod debeat dirigi ad gloriam Dei & rectum ejus cultum.

50. Sed quia hic finis communis saltem est, & ab alia facultate, Theologia scilicet, regitur, propriè etiam potestati Principis adaptari nequit. In genere enim ait Apostolus, *sive edatis, sive bibatis, sive quodcunq; feceritis, omnia facite ad gloriam Dei. 1. Cor. 3. v. 10.*

51. Et si cultus Dei & religionis dijudicatio finis esset hujus potestatis, necesse quoque esset in disciplina politica, ad quam ea pertinet, inveniri & explicari media ad eum effi-

 ciendum,

ciendum, hæc enim est natura finis adæquati ut media legitima ipsi in disciplina quadam substernantur. Quod quidem sine manifesta disciplinarum distinctarum confusione fieri minimè posset. Arnisæ. *lib. 2. relect. Polit. cap. 1. num. 2. & seqq.*

52. Sunt quidem Principes nutritii Ecclesiæ Esaiæ 49. & ad muros illius ædificandos obligati. *c. ult. dist. 96. c. Principes. c. administratores. 23. q. 5.* Sed non ut sibi ipsi de religione judicium sumant, aut externa vi gladii, aut aliorum tormentorum suam sententiam prosequantur, sed ut videant, postquam jam verè constituta est religio, quomodo purè conservetur, & ne ex ejus temeraria mutatione per intestinos motus læsio publicæ tranquillitatis oriatur, aut si jam dissensio vel clandestina vel publica in ea exorta est, quomodo salutaribus monitis per concilia libera vel componatur, vel, si aliter fieri nequeat, ita, ne subindè labefactetur Reipublicæ quies, toleretur.

53. Aliàs quod præclarè prudentissimus Thuanus in præfatione historiæ suæ ad Henricum IV. Regem Galliæ scribit: *Experientia satis edocti sumus, ferrum, flammas, exilia, proscriptiones irritâsse potius quàm sanâsse morbum menti inhærentem; ad quem proinde curandum, non iis quæ in corpus tantùm penetrant; sed doctrina & sedula institutione, quæ in animum leniter instillata descendit, opus esse. Alia quippe omnia pro arbitrio civilis Magistratus, atq; adeò Principis sanciuntur, sola religio non imperatur, sed ex præcepta veritatis opinione accedente divini numinis gratiâ benè præparatis mentibus infunditur.*

54. Et ut truculentam Hispanici jugi inquisitionem omittamus, de sua Gallia idem Thuan. ib. paulò pòst candidissimè testatur, *Protestantes*, inquit, *apud nos qui per pacem numero & authoritate indies minuebantur, inter arma & dissensiones semper crevisse, & sive præpostero religionis ardore, sive ambitione ac rerum novarum studio à nostris longè perniciosissimo errore peccatum esse, qui bellum intestinum contra Protestantes sæpiùs susceptum ac compositum, toties infaustis Galliæ auspiciis magno religionis ipsius periculo renovarunt.*

55. Adæquatus igitur finis potestatis hujus est, bonum & salus publica, in quam promovendam unicè illâ uti debet Princeps; quippe societas publica, ut supra dictum, ideò caput certum sibi elegit, ejusque potestati se subjecit, ut legitimo modo gubernata, eò tranquillior degat & diuturnior existat. Quod si Princeps magis suum spectet commodum, tantò magis intentione sua societas publica frustratur, quantò fœdius Princeps potestate abutitur.

56. Quantò præclariùs de Pertinace refert Herodianus, *Id quoque*, inquit, *laudibus ejus accedebat, quod cum plurima omnium administrasset, esset tamen omnium pauperrimus*.

57. Ut igitur Medica ars & Nautica non diriguntur ad commoda possidentis vel utentis, sed aliorum quibus inserviunt: per accidens tamen & Medicus semetipsum curat, ait Aristot. *2. Phys. c. 1.* & ex eventu se vehit nauta, dum alios absens vehere nequit: sic & Princeps salutem populi promovendo, ejus ipsius quoque, cum pars nobilior populi sit, expers esse nequit. Arnisæ. *d. c. 1. n. 12.*

58. Hinc perpetua commendatione dignum est proverbium Adriani, quod persæpè in Senatu usurpavit: *Ita se Rempubl. gesturum, ut sciret, populi rem esse, non suam.* Sicuti enim Imperialis benevolentiæ proprium est, commoda subjectorum investigare, & eorum calamitatibus ingenti curà mederi, ita etiam Reipubl. bonum statum ac dignitatem Imperii omnibus privatis commodis præponere. *c. imperialis 1. de probib. feud. alien. per Lothar. 2. Feud. 52. leg. 3. C. de primipil. lib. 12.* velut Justinus Imperator, Cordi nobis, ut semper animi nostri curas rebus communibus avidissimè impendere, *Const. de emend. Codicis in pr. Nov. 1. n. pr. adde Guevar. in Horolog. Princ. cap. 54. Coras. 1. de jur. Civil. in artic. redig. cap. 21.*

59. Hinc boni Principes non erubuerunt se publicos Reipubl. administratores vocare. Sic enim Fridericus I. ad Status Italiæ scribit: *Imperii Romani apud nos administratio, penes vos vero, qui optimates regni estis, authoritas residet.*

Ca-

Carol. Sigon. *lib. 12. hist. Ital.* Eodem sensu & Alexander Severus se publicum Dispensatorem ferebat, cùm scriberet: *nefas esse à publico despensatore prodigi, qua provinciales darent*, Lamprid. in Alex. Quæ omnia breviter est complexus Claudianus, quando Honorium ita alloquitur:

Tu civem patrémq; geras, tu consule cunctis
Non tibi, nec tua te moveant sed publica damna.

60. Adjuncta potestatis Principis sunt I. quod illa vel sit laxior, ut in statu puro, vel constrictior, ut in statu Reipublicæ mixto.

61. Laxam dum nominamus, non ita intelligimus cum impurissimis Principalis fastigii adulatoribus, ac si Deus sibi cœlum retinuerit, dehinc suam omnem in Reges authoritatem contulerit, terrámque agendam ferendámque pro libitu illis tradiderit. Dignum vel olim Martiale, quando Domitiani edicta vocat *Domini Deiq; edicta*, vel hodiè parasitis Pontificiæ superstitionis, *quod* ut ait Herdesianus in Cynosura juris Canonici p. 9. *satis edocuerunt*, *vel nostros oculos moderno* Paulo V. *Borghesia impressa palatiorum umbonibus in Italia ac librorum frontibus planè sine fronte inscriptiones.*

Paulo V. Vice-Deo Christianæ Reipubl. Monarchæ Invictissimo, Et Pontificiæ Omnipotentiæ Conservatori Acerrimo.

62. Audi Princeps, ait Lansius Consultat. de Principat. inter Provinc. Europæ in Orat. pro Britannia. pagin. 493. ex Huntingdonens. Candem. in Belg. p. 198. Sapientiam Canuti & una aulicos istos Placentinos animitus mecum detestare. *Sedile suum Canutus (verba sunt Historici) in litore maris, cum ascenderet statui jussit, dixit autem mari ascendenti: Tu mea ditionis es, & terra, in qua sedeo, mea est: nec fuit, qui impunè meo resisteret imperio. Impero igitur tibi, ne in terram meam ascendas, nec vestes nec membra dominatoris tui madefacias. Mare verò de more conscendens pedes Regis sine reverentia madefecit. Ille igitur resiliens ait: Sciant omnes habitantes orbem, vanam & frivolam Regum esse potentiam, nec Regis quempiam nomine dignum, præter eum, cujus nutu cœlum, terra, mare legibus obe-*

obediunt aternis. Nec unquam postea sibi coronam imposuit, &c.

63. Sed intelligimus talem potestatem, cujus vigore Principi soli jura Majestatis Reipublicæque administratio commissa est, non quod ita pro lubitu exercere, sed ad publicam salutem solus dirigere debeat.

64. Uti ex diverso, mixta potestas est, quâ optimates vel status Reipubl. simul participes facti, tàm jura Majestatis quàm Reipubl. administrationem communiter exercent.

65. Jurium enim Majestatis agglutinatio, uti, si apud unum sit, Monarchiam efficit, si apud paucos vel omnes, Aristocratiam vel Democratiam; ita si eadem jura partim Principi partim Optimatibus aut Ordinibus Reipubl. communicentur, ut illic simplicem, ita hic comparatam formam Reipubl. & dehinc potestatem Principis oriri necesse est.

66. Quæ quidem inde facilè dignoscitur, si ordines non simpliciter consulendi, sed etiam insimul prohibendi polleant facultate & Princeps illorum vel consensum vel dissensum, cæteris tamen paribus, sequi teneatur. Besold. *1. Pol. 8. §. 1. n. 3.* Vide ita sentientes ex antiquis Aristotel. *lib. 2. Polit. c. 1.* Polyb. *lib. 6.* Halycarnass. *lib. 7. & 8.* Justin. *libr. 2.* & quos plures refert Arnisæus *lib. 2. select. Polit. c. 6. sect. 1. nu. 1.* Ex neotericis Arnis. *d. loc.* Besold. *d. lib. 1. Polit. c. 8. §. 1.* Paul. Busium 2. *de Repub. 6.* Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerump. lib. 5. c. 20.* Schönborn. *1. Polit. 16.* Casum *in Sphæra civit. lib. 3. cap. 5.* Keckerm. *2. syst. Polit. c. 4. & seqq.* Michaël. Piccart. *in comment. ad lib. 4. Aristot. Polit. c. 9.* Althusium *cap. 39. Polit. per tot.*

67. II. Adjunctum est, quod competat potestas hæc vel Ordinariè vel Extraordinariè: Ordinariè per electionem vel per successionem.

68. Electio alia est principalis, alia minus principalis.

69. Principalis est, quando per consultationem & suffragia Magistratus regni inferiores, sive Proceres accedente re-

reliquorum subditorum consensu, Regem sibi eligunt. Keck. *lib. 1. syst. Polit. c. 4. p. 117.*

70. Minus principalis est qua vel sorte vel alio aliquo fortuito casu eligitur. Dicitur minus principalis, quoniam ea perrarò utendum est, & nisi ubi duo candidati regni concurrunt virtute & aliis requisitis pares. Tholos. *lib. 2. de Rep. c. 14.* Alias certè tentare fortunam, ubi consilio locus est temerarium judicari debet; Bodin. *lib. 6. de Republ. cap. 5.*

71. Successio est, quando jure hæreditario seu successionis immediatè Rex seu Princeps constituitur. Immediatè; imperium enim & potestas hæc unius familiæ continuata hæredum serie ita nectitur, ut altero propediem priore succedente vix unquam obitus Principis sentiatur. Quod ipsum Bodinus *lib. 6. de Republ. cap. 5.* de sua Gallia prodidit. *Id*, inquit, *ab avorum extrema memoria contrito proverbio didicimus, nunquam Reges apud nos interire. Quod* subdit d. cap. 5. p. 1137. in fine, *magis perspicuum fit in Regali sepultura. Etenim Regia vestes, arma, sceptra, stemmata, sepulta Rege projiciuntur; præco voce maxima ter ingeminans, R*EX*, inquit, M*ORTUUS *est, idem repentè labarum, in quo stemmata Liliorum genti propria signantur; erigens,* VIVAT REX, *inquit*, N. EIQUE VITAM DIUTURNAM AC FELICEM DEUS LARGIATUR.

72. Hic tractanda venit celebris quæstio, an electio præferenda sit successioni? Et quidem, si per se electionem consideremus, quia illa innititur virtuti, quæ certior semper dux quam natura, & habilitatem unicè respicit, successio contra indeterminatè quemque & cujusque conditionis admittit, procul dubio præferenda erit.

73. Quod non dissimulavit Adrianus, quando de salute dubius convocatis Senatorii ordinis Principibus Aurel. Antonium tali oratione successorem designat: Mihi quidem, charissimi Viri, natura filium non dedit, vos verò lege dedistis. *Multum autem interest, nascatur an adoptetur filius, propterea, quod is qui nascitur, talis est, qualem cum Dii*

Dii immortales esse voluerunt. Eum verò, qui adoptatur, unusquisq; sibi eligit: Ex quo fit, ut ille sæpè nascatur mutilus & demens: hic (quod certo judicio fit) integer & sana mentis deligatur: Quamobrem ego ante Lucium commodum unum ex omnibus delegeram, qualem ne nasci quidem optare potui. Sed cum eum mortis fata premerint, alterum pro illo vobis inveni, eúmque vobis do nobilem, mitem, mansuetum, prudentem, qui nihil temerè propter senectutem negligenter potest facere, &c. Dion. & Xiphil. in Adrian. referente Arnisæo lib. 1. releɫ. Polit. cap. 2. num. 20. ubi per tot. plura pro hac sententia eleganter deducit.

74. Sin verò relatè utrámque speciem spectemus, causa interdum esse potest, cur postponatur electio, præferatur successio, & contra.

75. Nempè hoc contingere potest in Monarchia, quam vocant, absoluta, cui accommodatior videtur esse successio, & propter durationem & absolutæ potestatis conservationem.

76. Eo ipso enim, dum constituentes Monarchiam puram, perpetuam eam esse volunt, simul modum & guberbernandi & continuandi talem intendunt, per quem durabiliter talis constitutio Monarchiæ conservetur.

77. Quandoquidem verò ubi electione Regna deferuntur, electis ubique duriores præscribi leges soleant, quemadmodum Tacitus in Senatu adjuratus fuit, *se non aliquem liberorum, sed optimum ex omnibus in possessione principatus post se relicturum*, Vopisc. in Floro, fieri non potest, ut potestas hujusmodi, quam puram diximus, eo ipso non temperetur & restringatur.

78. Et experientia quotidiana videre est: pleraque regna ad arbitrium Electorum dilapsa in mixtas Respubl. degenerâsse, & quod novellum & precarium ab initio Regem subinde durioribus alligaverint conditionibus illi, qui sub nomine Ephororum rerum summam ad se trahunt: Unde cum tantum illis ipsis potestatis accrescat, quantum recens electo de-

deceſſit, diuturna hujuſmodi forma Reipubl. exiſtere non poteſt.

79. Huc referri forteau poterit Nervæ dictum, quod citat *Everhardus à Wey, hanc quæſtionem peculiari ſcripto tractans.* Nihil intereſſe: Genueris an elegeris Principem, niſi quod æquiore animo ferant homines, quem Princeps parùm feliciter genuit, quàm quem malè elegit populus, *vide Keckerm. in curſu Philoſ. diſp.29. th.18. in fin.*

80. Ita ex diverſo Electio longè convenientior ſtatui Reipubl. mixto futura eſt, quàm ſucceſſio; quod ipſum Rerumpublicarum Romani Imperii, Regni Poloniæ & ſimilium exempla ſatis atteſtantur.

81. Extraordinariè poteſtas hæc competit jure belli, de quo paſſim politici.

82. Tantùm de Subjecto, Objecto, Cauſis, Adjunctis poteſtatis principalis. Effectus conſentanea & oppoſita docebit Diſputatio ſequens.

DISC. XLII.

DISCURSUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS,

De

POTESTATE PRINCIPIS,

Quam

Permissu & auctoritate Nobilissimi JCtorum Ordinis in illustri & florentissimâ SALANA,

SUB PRÆSIDIO

Clarißimi & Consultißimi Viri

Dn. GEORGII FRANTZKII J. U. D.

Publicè discutiendam proponit in Auditorio JCtorum

ERHARDUS LOBARTH REG. BORUSS.

THESIS I.

SIc fuit disputatione priori, subjectum, objectum, causæ & adjuncta potestatis principalis, sequitur nunc ut de effectis & oppositis agatur.

2. Effectus iste, qui ex concessa summi regiminis potestate oritur, est jus universale omnia & singula administrandi in Republ. ad publicam salutem tàm integro quàm affecto Reipub. statu.

3. Et potissimùm sese exerit in negotiis, rebus & personis consociationis politicæ: Estque aliud ordinarium, quod tempore Reip. libero exercetur, aliud extraordinarium, quod necessitate efflagitante nonnunquam observatur.

4. Negotia quæ utrumque hoc jus respiciunt, sunt vel Ecclesiastiaca vel Secularia.

5. Prioris generis negotia ad summam potestatem spectant ratione religionis tùm introducendæ tùm conservandæ.

6. Etsi enim religionis dijudicatio adæquatè ad potestatem Politicam non pertineat: nihilominus tamen cum ejus alteratio & immutatio Rempub. afficere soleat, ut nisi rectè instituatur facilè destrui possit, eo sensu rectè potestati Principis subjicitur.

7. In religione plantanda Princeps adhibeat media leniora, nempe personas idoneas eligat, qui munere publico docendi fungantur verámque Dei agnitionem & alia ad animæ salutem necessaria procurent.

8. Religionis autem introductæ conservatio, consistit potissimum in fidorum ministrorum institutione, Scholarū fundatione, & ne vitia in utrámque irrepant diligenti provisione,

fione, ad quam potiffimum fpectat vifitatio, quæ mala & vitia quæ vi irrepferunt annotat; & Synodorum feu conventuum Ecclefiafticorum celebratione, quæ vitia annotata communi deliberatione emendat, & illa, quæ Ecclefiæ incremento impedimento funt, vel effe poffunt, tollit. De quo vide alios & præfertim Clarifs. Theolog. D. Johann. Gerhard. *tom. 6. Loc. Theolog. de Magiftr. Polit. cap. 6. fect. 5. num. 1.*

9. Tametfi verò fummè quidem religionis veritatem & unitatem intendere Princeps, & quantum fieri poteft diffenfiones omnes præcavere debeat; nihilominus tamen, fi tàm altas jam egerunt radices, ut fine concuffione Reipubl. evelli nequeant, tolerare & pacem inter diffidentes, majoris mali evitandi caufa fervare potiùs, quam adhibita vi armorum & omnis generis tormentorum in confcientias hominum imperium fibi fumere præfumat.

10. Præterquam enim quod hoc poteftatem Principis excedat, verendum infuper eft, ne ex nimio fæviendi rigore, non falus modò & tranquillitas Reipubl. conturbetur, verum Principis etiam ipfius religio manifefto periculo fubjaceat.

11. Cætera quidem omnia pro arbitrio ait Thuan. in præfat. fuper Hiftor. ad Henricum IV. *civilis Magiftratus atq; adeò Principis fanciuntur: fola religio non imperatur, fed ex præcepta veritatis opinione, accedente divini numinis gratia benè præparatis mentibus infunditur.* Audire eft operæ pretium, fubdit paulò pòft ibid. Thuan. quod unus ex iis dixerit feceritque cum igni cremandus ad palum alligaretur, cum carnifex ignem poft tergum ne confpiceretur immittere vellet, huc, inquit, accede & ante oculos accende ignem, fi enim illum timuiffem, numquam ad hunc locum quem fugere licuit, acceffiffem.

12. Unde appofitè Maximil. II. ad Lazarum Suendium fcribit: Es ift in der Warheit nichts anders als jhr vernünfftiglich fchreibet / daß Religionsfachen nicht wollen mit dem Schwerdt gehandelt vnd gerichtet werden / kein Erbarer / Gottfürchtiger

fürchtiger vnd Friedliebender wird es auch anders sagen. Idem in Epistola de seditionibus Belg. referente Dn. Gerhard *dict. loc. num. 98. Eorum*, ait, *actiones, qui suppliciorum crudelitate, sectionibus & ustionibus hanc rem confici posse defendunt, mihi minimè placent, nec unquam adducar ut eos laudem, nisi fortè, quod tamen seriò deprecabor, ne fiat, Deus permittat, ut in furorem prolabar.*

13. Tantò facilius sanè dissensiones illæ tolerandæ videntur quantò certiùs constat, eas non per se afferre mutationes in Republ. sed per accidens, quatenus nempè vel ipse Princeps inveteratam suam opinionem, absque discrimine & recto judicio, rejectis reliquis per vim pertinacius fovet & tuetur; Camer. *part. 1. horar. subcis. c. 58. p. 261.* vel quatenus sub specie religionis quæritur suppressio subditorum; vel denique quatenus inter subditos aliqui sunt, qui sub religionis specioso titulo, occultis aut fraudulentis machinationibus turbant statum Politicum.

14. Quod benè intellexerunt Cæsares & Ordines Imperii Romani, quando motuum intestinorum pertæsi & majorum malorum admoniti, libertatem religionis Augustanæ & Pontificiæ, Passavii Anno 1552. & posteà in Comitiis Augustan. Anno 1555. die 25. Septembr. sanciverunt.

15. Cujus quidem pacificationis beneficio Germania salutari pace fructa est, neque ita horribilibus laniehis vexata ut Anglia, Gallia, Belgum. Inde videre licet, ait Camer. *d. loc.* nonnullis in locis conjuges in religione dissentire, parentes & liberos, fratres & sorores, nec non & consanguineos diversa sacra sequi, sed tamen in Politicis & domesticis rebus concordes vivere, & suum officium absque dissensione facere.

16. Institutum hoc Germanorum Ordines Poloniæ quoque imitati sunt sancita confœderatione religionis Anno 1573. cujus confirmationem in inauguratione Henrici Andini electi Polonorum Regis, tribunitia quadam potestate ursit Palatinus Cracoviens. Cum enim post rem divinam peractam in theatrum (verba sunt Thuani *lib. 57. Histor.*) ad

id

id in meditullio templi extructum, Rex ascendisset & in eo esset Archiepiscopus Gnesnens. ut preces de more conciperet, Cracoviens. qui aderat inopinatò surgens & ad suæ factionis homines identidem respectans torvo vultu, nequaquam, inquit, & ipse & omnes hic præsentes liberi sumus, si flagitioso silentio id agitur, ut deinceps serviamus, ac justa tot procerũ vota, tot æqua postulata Rex frustretur: conditiones propositæ in ejus adventum remissæ sunt, nunc ille advenit, & tamen jam collatis ferè omnibus regiæ dignitatis in ipsum ornamẽtis, de iis altum est silentium, non patiar ultra rem differri: aut accipiendæ sunt conditiones & in eas verbis conceptis jurandum, aut me huic inaugurationi intercedere ajo ac palàm profiteor.

17. Sic fuerant negotia Ecclesiastica: sequuntur Secularia, quorum quædam sunt togata, quædam sagata.

18. Togatorum præcipuũ est legislatio, in qua maximè potestas Principis occupata esse debet. In illa enim consistit fundamentum totius Reipubl. Lex enim est communis Reipubl. sponsio, rerum divinarum atq; humanarum regina, regula justorum & injustorum *l.1. & 2. d. ll.* Illius virtus est præcipua vetare & punire *l.7. eod. t.* quo ipso differt à salutarib. præceptis & sententiis Philosophorum, quæ quidem etiam suadent honesta & justa, dissuadent inhonesta, quia tamen destituũtur vel coactiva, quæ à suprema potestate proficiscitur, patiuntur plerumq; idem quod telæ aranearum, quas, quæ fortiores muscæ sunt, impunè perrumpunt.

19. Leges hic non intelligimus fundamentales seu pactiones expressas vel tacitas, sub quarum respectu Respub. & fundata & Principis potestas constituta est; sed administrationis ad civilem Reipub. gubernationem necessarias. Quandoquidem verò lex lata vel dubia vel obscura esse solet, ejusdẽ potestatis quoque est eandem interpretari. Nemo enim melius isto munere defungitur, quàm qui eam ex scrinio pectoris sui produxit & omnem intellectus plenitudinem hausit. Novell. 101. *l. final. C. de. ll.*

20. Et quia leges civiles mensuræ actionum humanarum

 sunt

ſunt, ſæpè etiam contingit ut propter cauſarum, locorum perſonarum, temporumque creberrimam varietatem, vel corrigantur vel etiam mutentur. Totum enim hoc in ſumma hac Principis poteſtate ſitum eſt, non aliter ut ſecundum Sext. Cæcil. in gubernatoris poteſtate ipſa gubernacula, quæ eſſent inutilia, niſi ad omnem cœli faciem & opportunitatem moveri & converti poſſent, Hœnon. *diſput. 3. Polit. theſ. 44. pagin. 123.*

21. Unde patet cum poteſtas hæc neque ius divinum neq; naturæ, neque commune gentium afficiat, ſed ad ſolam Reipub. adminiſtrationem referatur, conſequens eſſe Principem non minus ac aliis earundem obligationi ſubiacere. Sicut nec ſeſe extendit ad leges fundamentales; ſiquidem fundatio Reipub. ab eiusdem admiaiſtratione longè differt, hæcque ab illa planè dependet. Unde ſi poteſtas hæc leges iſtas mutare poſſet, ſemetipſam quæ inde originem ſuam trahit, eo ipſo deſtrueret neceſſe eſſet.

22. Vera igitur ſolutio legum Principis perſonam reſpiciens in poteſtatis eiusdem conſideratione unicè quærenda eſt, quæ prout eſt latior vel reſtrictior, ita etiam plus vel minus ſibi licere arbitrabitur.

23. Sagatum negotium eſt belli & armorum adminiſtratio. Nulla enim Reſpublica eſt quæ non propter extremam hominum malitiam & inſitam libidinem dominandi vel intrinſecus rebellionis motib. concutiatur, vel extrinſecus hoſtili inſultu petatur, non minus igitur ad mala iam illata avertenda, uſu armorum, quam nondum illata cohibenda, auctoritate legum opus fuit.

24. Uſus iſte armorum poteſtati huic tantum ſubjicitur, niſi enim ad unum aliquod ſummum referatur, nunquam quieſcet Reſpub, à turbis & bellis civilib. quia nunquam deerit, vel ſeditioſa civitas, vel impatiens Princeps, qui excogitata veriſimili quadam cauſa bello laceſſere vicinum ſuum non audeat, Arniſæ. *lib. 2. de jur. Majeſt. c. 5 num. 1.* Unde & olim Imperatores à ſubditis jus hoc abſtulerunt *l. unica C. ut armor. uſus inſc. princ.* ſibique attribuerunt Novell. *105. in prin.* ut non imme-

immeritò dehinc lege Julia majestatis teneatur, qui iniussu Principis bellum gesserit, delectum habuerit exercitumque comparaverit *l. lex duodec. 3. ad L. Jul. majest.*

25. Sic fuerunt negotia in quæ sese potissimum potestatis hujus jur. sese exerit, dispiciendum nunc est de rebus.

26. Res istæ vel sunt animatæ vel inanimatæ.

27. Animatæ sunt animalia fera, terrestria, aëria, aquatilia, ad quæ potestatis hujus effectus non minus sese exerit.

28. Tametsi enim jure naturæ & gentium illa nullius sint & consequenter occupanti concedantur *l. 1. § fin. l. 3. § 1. de acquir. rerum domin. § 12. Inst. eod.* Nihilominus tamen ut in aliis compluribus juris articulis: ità & hic jus naturæ & gentium ex parte restrictum est *argum. l. 6. de J. & J.* non quidem propter longi temporis præscriptionem conjuncta subditorum patientia, qua Principes hoc ius suum fecerint: illi enim contra Principem imperio & potestate utentem ius suum defendere non potuerunt, ut proinde illa præscriptio & ratio iuris communis, qua adversus non valentem agere nulla currit præscriptio, asseri defendive vix possit.

29. Etsi illa præscriptio admitteretur, tamen venatio habile obiectum præscriptionis non erit argumento *l. 45. de usucap. juncta l. 13. in fin. de injur.* cum ex iure gentium descendat, nec in possessione aut patrimonio cuiusvis dici possit, vid. Bacch. *ad vol. 2. Treutl. disp. 20. th. 3. lit. a.*

30. Jure igitur potius superioritatis & publicæ utilitatis, quæ non rarò utilitati privatorum præfertur *argu. l. 1. de usuc. § 1. Inst. eod.* venationes huiusmodi interdictæ sunt, ne privati à rebus agendis abducti otio indulgeant, & ad latrocinia, quibus alioquin nemora infesta esse solent, delabantur. Præsertim cum absque armorum usu, qui alias privatis interdictus est *t. t. C. ut armorum usus*, venatio cõmodè fieri non possit, accidereq; possit ut promiscuæ istius libertatis dulcedine allecti non saltem ab artificiis & agricultura, quam aliarum artium parentem atq; nutricem nominavit ille, qua benè habẽte cætera valeant, neglecta verò terra mariq; iaceant omnia

Gerhard *decad.3.q.4.* avocarentur, verum brevi etiam totum ferarum genus ad internecionem usq; depopularentur, quas & similes rationes ulterius explicatas vide apud Wesemb. *in parat. de acquir. rerum dom. n 7.* Heig. *part.1.q.15.*

31. Uti vero potestatis hujus fuit, venationem sibi appropriare, ita vix subsistere potest, quod ex nonnullorũ sententia in transgressores subditos capitali supplicio animadvertere possit cum pœna omnis delicto convenire debeat *l. 11. de pœn.* ac ad modum culpæ, ne Stoica delictorum æqualitas introducatur, moderanda sit. Fur quidem suspenditur ob quinque solidos: at non rectè furtum dicitur fieri feræ, quæ dum in naturali libertate moratur, non magis Principis quàm alterius subest dominio, Dn. Oswald. Hilliger. *lib.4. Donell. Enucleat. cap.8. lit.f.*

32. Unde notandus est elegans textus in jure Saxon. *lib.2. art.61.* Da GOtt den Menschen schuff gab er jhm Gewalt vber Vogel/Fisch vnd alle wilde Thier/darumb haben wir dessen ein Vrkund von GOtt/das niemand sein Leben an diesen dreyen verwircket hat: vide Kniche. *de Saxon. non provoc. jur. c.5. n.268.* Copp. *lib.1. observ. pract. in Instit. q.72. num.21.*

33. Inanimatæ res sunt, vel publicæ vel privatæ.

34. Publicæ, vel naturales vel artificiales.

35. Naturales sunt, aqua & terra.

36. Respectu aquæ potestas Principis sese exerit in mare & aquam profluentem. Licet enim & horum usus omnibus pateat de jure gent. *l.51. de contrah. emt.* nihilominus tamen necessarius & moderatus intelligendus est. Sicut enim nemini licet inficere aerem, quamvis omnium rerum maximè communem, quia cuiusq; regionis jurisdictione proprius censetur. Ita nec aliæ res publicæ aut communes omnium libidini temerè servire debent, sed potest earum usus prohiberi jurisdictione & potestate præsidentium Reipub. Heig. *part.1.q.41. n.155. & ad §.1. Inst. de rerum div. n.24.*

37. Eo sensu non absurdè asseritur & mare ipsum Principis potestati subesse. Unde non rarò accidit, ut pyratæ & genus latrocinijs infame hominum mari arceantur, quatenus

scil.

sc. per illos & usus navigationis & mercium vicinis Principũ territoriis importandarum copia impeditur. Unde intelligimus quod ait Celsus JCtus *in l. littora 3. §. 1. ne quid in loco publ. vel. item.* Maris quidem usum esse communem omnib. hominibus sicut etiam aeris sed tamẽ eum usum concedendum non esse, si ex eodem littoris marisve usus deterior reddatur.

38. Cum autem hoc fiat respectu saltem jurisdictionis quæ usum communem planè non tollit, sed abusum tantum restringit, aliàs verum est illud Poetæ:

Quod prohibetis aquas usus communis aquarum est.

Et alius:

—— Littusq; rogamus

Innocuum & cunctis undamq; auramq; patentem:

Ideò minus subsistere potest, quando Venet. & Genuenses maris propinqui usum suum esse asserunt: aut Lusitani, Hispanique ex arbitrio Alexandri VI. Pontificis vastissimi Orientalis & Occidentalis maris navigationem alios prohibere satagũt, *vide l. l. 13. §. fin. de injur.* Vasq. *lib. 5. illust. controv. c. 51. nu. 13.* Heig. *d. loc.* Quod & in pangendis induciis Ordines Belgarum Hispanis graviter exprobrant, apud Domin. Baud. *lib. 2. de induc. bell. Belg. pag. 101. & seq.*

39. Idem ferè de fluminibus asseri debet, nisi quod illa & proprietate & iurisdictione potestatem hanc contingant argum. *§. 2. & 4. Inst. de R. D. & acq. R. D. l. 14. ff. eod.* Forcat. *in Netyom. dialog. 84. num. 5.*

40. Respectu terræ, jus habet in littoribus & similibus. Unde littora dicuntur populi Romani *d. l. 3. ne quid in loco publ.* jurisdictione sc. per ea quæ diximus th. præced. Cujus vigore ne quod opus in littore sine permissu suo fiat, Princeps interdicere potest argumento *l. 2. §. 10. ne quid. in loc. publ.* quoties scil. usus littoris marisvè deterior inde redditur *d. l. 3. & 4. eod. tit. l. 50. de acquir. R. D.* Eodemque jure tractus littoris potestate Principis defenduntur: veluti in Borussia collectio electri & similium.

41. Nec tamen exinde omnia promiscuè Principis arbitrio cedere debent, ut impurissimi olim assentatores Domitiano Cæsari persuadebant, de quibus Juvenalis:

Si quid Palphurio si credimus Armillato
Quicquid perspicuum pulcrumq; est æquore toto
Res fisci ubicunq; natat.

42. Eodē enim minimè referenda sunt, quæ levandæ navis causa proiciuntur ad littusque maris appelluntur: non enim potest id videri pro derelicto habitum quod salutis causa interim dimissum est *l.12.§.2. de acquir. vel amitt. poss.* cum qui res illas proiiciunt, non hanc mentem habent, ut pro derelicto habeant: quippe si invenerint eas, ablaturos: & si suspicati fuerint in quem locum eiectæ sint, requisituros, ut perinde sint ac si quis onere pressus in viam rem abiecerit, mox, cum aliis reversurus, ut eandem auferret, ait Julian. *in l. 8. ad L. Rhod. de jact.*

43. Multò minus bona naufragorum in hanc classem referenda, quæ tamen maritimis in oris passim prava consuetudine vindicantur Dominis territoriorum quæ mare alluit. Quod de Galliæ consuetudine testatur Bodin. *lib. 1. de Repub. cap.10. pag.267. & seq.* Cum enim, inquit, Legatus Cæsaris coram Henrico II. Francorum Rege, questus esset duas naves ad littus eiectas & ab Jordano Ursino captas esse, easq; restitui postularet: Annas Momorantius magister equitum respondit ea quæ ad littus fuissent deiecta, gentiū iure ad Principes qui littoribus imperant, pertinere: causam si quæris, pergit, error ius facit, at si non peccatur errore, sed scientia, scelus est, quod erroris specie prætenditur. Quasi verò error iura [illegible] faciat quod consensu & scientia æquitatis potissimum constat, cui error planè contrarius argumento *l.39.d.ll. l.15. de jurisdict.* Vide Anton. Fabr. *lib.1 jurisprud. Papin. tit.1. p.1. illat. 3. confut.1.*

44. Quas proinde consuetudines omnes tanquam irrationabiles sustulit iam olim Frideric. II. Imp. *Auth. navigia C. de furt.* & Carol V. in der Peinlich: Halsg: Ordn: *art.* 218. Adde Gail. *1. observ. 14. per totum.* Knichen. *dict. loc. num. 159. & seq.*

45. Res artificiales pertinent ad Principis potestatem ratione ædificiorum publicorum tàm separatim quàm conjun-

ctim

ctim consideratorum, quæ vel pacis vel belli tempore usui esse possunt, de quibus vide Keckerm. *lib. 1. syst. Polit. c. 19.*

46. Hactenus de rebus publicis, sequuntur privatæ quæ tametsi singulorum sint propritetate, iurisdictione tamen & protectione ad summam potestatem quoq; referuntur gloss. *in l. benè à Zenone §. scimus in verbo omnia princ. C. de quadrienn. præscript.* quam communem omnium opinionem esse dicit Arnis. cum pluribus ibi allegatis *lib. 3. de jur. majest. cap. 1. num. 4.* Quod breviter complexus est Symmachus quando scribit ad Imperatores *lib. 10. Epistol. cap. 4. Omnia regitis, si suum cuiq; servatis.*

47. Respectu igitur istius & iurisdictionis & protectionis potestas Principis certos sibi reditus reposcit. Cùm enim Reges crearentur, aliquas illis opes attribuere necesse fuit, quibus cum Regium decus servarent, tum verò maximè onera regni sustinerent. Unde vectigalia *pacis ornamenta & belli subsidia* Cicero vocat pro L. Manil. Et Tacitus lib. 4. annal. *neq; quietem ait gentium sine armis, neq; arma sine stipendio, neq; stipendia sine tributis haberi posse.* Quæ omnia nervosè complexus est Justinian. *in Novell. 149. c. 2.* quando inquit: *Impossibile est ut sacris tributis non illatis alioqui Respub. conservetur. Militares namq; copiæ assignato sibi salario inde percepto hostibus resistunt, & collatores à barbarorum incursionibus & truculentia vindicant: denique agros atque civitates à latronum alioque modo incompositam vitam sectantium vi & irruptionibus agendis excubiis defendunt.*

48. Reditus autem illi generaliter considerantur vel respectu exactionis vel dispensationis.

49. Utraque ex salute Reipubl. æstimanda est. Jus enim omne quod potestati supremæ in bona supra dicta competit, nō alio respectu quàm quà potestas est, id est, quatenus Rempub. gubernat ad salutem omnium subditorum, consideratur Heig. *part. 1. q. 17. num. 6.*

50. Un-

50. Unde ex diverso patet, quicquid alio fine & præter necessitatem flagitant Principes, contra jus & æquitatem exigi. Quid enim ait Arnisæ.*d.lib.3.c.2.n.3.* cogitari potest iniquius quam quod pauperrimo cuique subditorum ereptum est, vel in magnifica ędificia, vel in assentatores aulicos, vel in epularum viscerationes, Iudorum venationumque apparatus prodigere. Equidem jura hæc fiscalia, quorum subtilitate jurium transitus quidem fieri videtur in patrimonium Regis, tamen quia dotis loco habentur, & Regi conceduntur propterea ut Rempubl. sibi despondeat, revera non auferuntur populo in totum, nec ita propria fiunt Regis ut ea pro lubitu dilapidare possit argum.*l.30.C.de jur.dot.*

51. Sic fuerunt rei sequuntur nunc personæ: quæ considerantur vel respectu subjectorum vel modi subjiciendi.

52. Subiectio est universalis non saltem Secularium verum etiam Clericorum, qui omnes seculari potestati Principis respectu personarum & bonorum de iure subsunt, non ratione tantùm defensionis, sed & constitutionis remotionisque. Quod præter testimonia veteris testamenti *1.Paral.24.v.3. & 6.c.25.v.1. & seq.1.Regum.2.v.26.2.Paral.17.v.8. 2. Paral. 34. v. 4.1.Maccab.4.* etiam ex novo patet: ubi omnis anima potestati Principis subjicitur *ad Rom. 13.v.1.* (*Si omnis*, ait Bernhard. in Epist.42.ad Archiepisc.Senon. *& vestra, quis vos excepit ab universitate? Si quis tentat excipere, conatur decipere.* referente Arnisæ.*in tract.de exemp.cleric.c.3 num. 1.*) Et quidem propter Deum & conscientiam. Si igitur illa potestas in Clericos competiit Ethnicis Imperatoribus, cur non & Christianis *cum*, ut ait Barclaius in tract.de potestat. Pontif. cap. 34. *lex divina neminem privat suo jure & dominio, privaret autem si per eam jus temporale, quod Principes antequam fierent Christiani, in Clericos habebant, invitis auferretur.*

53. Et certè cum negari non possit & Clericos esse membra societatis Politicæ, quod & ipsum concedit Bellarm. *lib.1.de Cleris.c.28.* meritò temporali potestati Principis subiiciuntur, si aliàs vel illi cives manere debent vel Princeps jura Maiestatis, quæ ipsi in omnes competunt, salva retinere velit.

54. Nec

54. Nec major poteſt eſſe pernicies Reip. quam iſta Clericorum exemptio. Sive enim de oneribus communi Reip. nomine præferendis quæſtio incidat, exemptionem prætendunt in bonis & fundis quos poſſident latiſſimis, ſive obedientiæ munus exigitur; ſeſe ſubtrahunt exemptionis munimine confiſi: ſi pro ſalute Principis pugnandũ abnuente Pontifice recuſant, ſi Principi reſiſtendum, ultrò præſto erunt vel unica juſſione Pontificis, quam erroneam & injuſtam eſſe non poſſe, firmiter perſuaſum habent, incitati.

55. Hinc tot nefanda parricidia Imperatorum, Regum, Principum: tot abominandæ jactationes: *Reges potius ſervos eſſe quam dominos: ſubjectos non ſolum Pontificibus, ſed & Epiſcopis, ſed & Presbyteris atq; adeò etiam Diaconis. Quod Imperatorem non gravatè bibere oporteat, non ſolum poſt Epiſcopum, ſed & poſt Presbyterum. Quod Regum auctoritas atq; functio non immediatè ex Deo deſcendat, nec ex jure Divino, ſed duntaxat ex jure Gentium. Obedientiam Papæ deberi Propter conſcientiam: Regi verò non alio reſpectu quam propter ordinem Politicum. Obedientiam, quam Clerici tribuunt Regibus etiam in minimis, non eſſe à neceſſaria aliqua ſubjectione, ſed tantum ex diſcretione & propter obſervationem boni ordinis atq; moris.* Quæ & ſimilia bona fide collegit ex ſcriptis Bellarm. Jacob. Rex. Magn. Britan. *in apolog. pro juram. fidel. in operib. Reg. pag. mihi 271. & ſeq.*

56. Quantò rectiùs veteres Pontifices ſubjectionem hanc ultrò agnoverunt, quod per plura exempla demonſtrat Barcl. *dict. tr. de poteſt. Pontif. adverſus Bellarm. cap. 3. pag. 14. cap. 8. pag. 34.*

57. Hoc ipſum jus per complurimas ætates Imperatores inviolatum retinuerunt, quos longa ſeriè refert idem Jacob. Rex *pro juram. fidelitat. ad omnes Chriſtianos Monarchas in operibus regiis pag. 295. & pluribus ſeqq.* adde Arniſæ. *de exempt. cleric. per tot.* Barcl. *d. loc.*

58. Modus ſubjectionis reſpicit potiſſimum libertatem quæ vel naturaliter conſiderari poteſt, vel civiliter.

59. Naturaliter, reſpectu vitæ & acquiſitionis bonorum.

60. Jus vitæ & necis non aliter competit Principi, quam legibus in convictos & damnatos.

61. Poteſtas enim Principis publicæ utilitatis cauſa conſtituta eſt, cui nihil magis conſentaneum, quam ſi ſontes puniantur inſontes abſolvantur qui ſemper tales præſumuntur donec legibus delicti alicujus convincantur.

62. Quem ordinem ſi Princeps invertat ſalutem Reipub. oportet evertat. Tyrannorum ille mos fuit, ut ſolus nutus ad condemnationem ſufficiens eſſet argumentum. *Nobilitas*, inquit Tacitus lib. 5. Hiſt. *opes, omiſſi geſtiq́ honores, pro crimine & ob virtutes certiſſimum exitium.* Qua ipſa de cauſa illuſtriores quique è medio tolluntur: ut non immeritò referat idem *Tacit. lib. 13. annal.* tanquam raram fortunam L. Voluti qui ſub Nerone egregia fama conceſſerat, *cui tres & 90. anni ſpatium vivendi precipuaq́ opes bonis artibus, inoffenſa tot Imperatorum malitia fuerint.* Et L. Piſonis Pontificis ſub Tiberio: quod fato obierit *rarum in tanta claritudine* lib. 6. annal. Vide Arniſ. *lib. 2. relect. Polit. c. 3. ſect. 8. num. 17. & ſeq.* Rectius Princeps poteſtatis ſuæ eſſe exiſtimabit:

Conſulere patriæ, parcere civibus,
fera cæde abſtinere, mores regere,
reddere orbi quietem, ſeculo pacem ſuo.
Hæc ſumma virtus, petitur hac cælum via.

63. Bonorum à ſe acquiſitorum moderatores & arbitri ſubditi exiſtunt, nec ea omninò poteſtas Principis in ſuum dominium tranſcribit, undè prudenter ab Agathocle Spartanorum Rege pronunciatum fuit: Reges imperare tanquam patres filiis, Tyrannos, tanquam dominos ſervis, qui nihil proprii habent.

64. Et tametſi non iniquum ſit, ut qui hoſtes juſto ac legitimo bello fregerit ac domuerit perſonarum ac rerum dominus ſit, quoniam jure belli & gentium ferè omnium moribus ita receptum videmus, ut victi cum vita, libertate, adeoq; bonis omnibus ſuis cedant poteſtati victoris, illa tamen omnia potius dominatui, quàm veræ & regali poteſtati Principis videntur convenire, & longè veriora exiſtimantur in populis & nationibus barbaris, quam manſuetudine & humanitate quadam natura imbutis.

65. Undè & Aristoteles secundum naturam esse ait dominatum: non quibusvis nationibus, sed barbaris magis quã Græcis, Asiaticis quam Europæis *lib.3. Polit.c.10.* Quia nimirum illi, quam hi ad servitutem sunt procliviores. Utilis igitur illis est dominatus non solum, sed & gloriosus: ita enim Artabanus Themistoclem Græco more Persarum Regem cõvenire nolentem removet & facti culpam excusat, quando inquit: *Laudabile est, Themistocle, suũ cujusq; gentis institutum. Vos Græci, libertatem & imperii æquationem amplexari consuevistis, nos verò nihil tam naturæ consentaneum esse ducimus: nihil tam decorum quam Regis nostri majestatem, ut Dei Opt. Max. veram in terris imaginem adorare ac revereri*, Plutarch. *in Themist.* referente Bodin. *lib.2. de Rep.c.2. pag.306.* Ad eundem modum vivitur hodiè apud Turcas, Tartaros, Moscovitas & similes gentes, de quibus Bodin. *d.loc.*

66. Econtra si dominatum istum referas ad gentes mansuetiores non modo moribus ipsarum repugnat, sed & in manifestam tyrannidem evadit, ut Arist. *d.l.3.c.ult.* testatur. Etsi igitur jure belli multa victorib. liceant, tamen si ea non sit gẽtis devictæ indoles ut serviles conditiones accipiat, propter facilimam defectionem & multiplicem seditionem satius erit si & ipsis libertas relinquatur. Saxones, tametsi victi, nunquã quieverunt, à Carolo M. pro servis habiti, donec à Ludovico ejus filio justorum civium loco reputati fuerunt. Vide Arnisæ. *lib.2. relect. Polit.c.2. sect.5. num. 14.*

67. Civiliter libertas considerata, est, quæ consistit in quadam prærogativa dignitatum & honorum, quæ potestati Principis non modo non adversatur, sed & illustrem ipsam maximè reddit, quandoquidem tantò major & potentior quisque habetur, quantò meliorib. & illustriorib. præest, ut ait Justin. *in Nov.15. in fin. pr.* eoq; nobilior existimatur, qui sublimius habet subjectum, Arist. *1. Polit.c.5. & 8.*

68. Et cum Principes imago quædam Dei in terris sint, curare potissimũ debent, ut quemadmodum Deus Angelorum Hierarchiis in diversos ordines, gradus atque officia distributis imperat, sic ii penes se viros nobilitate atq; virtute habeant

Et quoniam Princeps unum pluresve arbitratu suo di vitii cumulare quidem potest, sed antiquum creare nobilem non potest, ideo, cum in aliquem nobilium harum plantarum ramum arescentem incidit, purgare ipsum ut succrescat & conservetur, opem ferre necesse est. Scipio Amirat. *lib. 2. discur. in Tacit. c. 8. per totum.*

69. Hactenus de jure ordinario potestatis Principis, sequitur extraordinarium.

70. Ut enim Physici duplicem naturæ intentionem considerant: universalem & particularem, quarum hæc vergat tãtum ad conservationem individui: illa ad specierum & ad imitandam æternitatem primæ causæ: ita & Politici duplicem potestatis civilis rationem faciunt, ordinariam alteram, qua utitur Princeps tempore Reipub. libero, secundum cujusque ordinem, observando ad amussim jura etiam privatorum: extraordinariam alteram quam propter favorem publicum & necessitatem inevitabilem nonnunquam contra jura privatorum exercet, non minus ut universalis naturæ intentio interdum à communi serie deflectit & ad corruptiones etiam dilabitur, ut universum salvum conservetur.

71. Nimirum salus publica & ejus conservandæ necessitas causa tota est juris. Ad quam cum non semper ex æquo possit adaptari jus commune; restrictionem quandam patitur à jure hoc dominationis. Ut enim naturæ jus persæpè corrigitur à jure gentium, jus gentium à iure civili, quod eleganter deducit Scipio Amirat. *lib. 12. discurs. in Tacit. c. 1. pag. 158.* ita ius civile iterum corrigitur, sibiq; veluti frenum iniici patitur à iure regni seu dominationis Klapmar. *lib. 4. de arcan. Rerumpubl. c. 1. in fin.*

72. Jus civile est: nemini, qui reus non est, exilium a civitate indici debere, imo patriæ benefacientibus præmia danda esse: & nihilominus tamen infelix patriæ benefactor Tarquinius Collatinus, quo adiutore, Brutus reges urbe eiecerat, ob universale bonum, quatenus, dum ex ea stirpe aliquis in civitate remansisset, nunquam Rempub. tutam fori Romani existimabant, cum uxore liberisque excedere urbe cogitur Liv. *lib. 2. in princ.*

73. Ita lex est: Imperio nemo uti debet, cum lege agere potest Tacit. *lib. 3. annal.* Non inficiabor tamen, inquit Amirates *dict. loco pag. 165.* quoties necessitas flagitat, licere Principi limen iuris ordinarii excedere, & de facto reum capi & incognita iudicibus causa eum necari iubere; si modo viam ordinariam damnosam esse, vel indubitatum periculum afferri posse cognoverit. Quod tamen temperaverim: modò abundè Principi de delicto constet. Qua ipsa fortasse ratione se tutum præstitit Henricus III. Rex Galliæ à Duce Guisio & fratre Cardinale, quos indicta iudicibus ordinariis causa intra conclave proprium confodi iussit, vide Thuan. *lib. 95. Hist.*

74. Ex hoc iure Princeps publica utilitate suadente domum subditi sui domiliri, aut eius fundum urbi vel civitati propinquum pro dilatandis fossis civitatis, vel extruendo propugnaculo occupare, item suburbia ne hostis eò se recipiat, destruere potest *l. 9, l. 14. Cod. de operib. publ.* Gail. *lib. 2. observ. 65. num. 2.*

75. Quando vero hoc ius sit exorbitans: etsi invito etiam subdito exerceri possit: commodius tamen longe Princeps fecerit, si procuret, ut unusquisq; non illibenter, neq; gravatim, sed spontè ad ea descendat concedenda, quæ sibi damnosa in publicam utilitatem flagitantur, prudenter Amirates *dict. loc.* Quod observavit Brutus Consul quando Collegam Tarquinium ita apud Liv. d. loc. alloquitur: *Hanc tu tua voluntate, Tarquini, remove metum. Meminimus, fatemur ejecisti Reges absolve beneficium tuum: aufer hinc regnum, nomen, res tuas, non solùm reddent tibi cives tui auctore me, sed si quid deest munifice augebunt, amicus abi, exonera civitatem vano forsan metu: ita persuasum est animis: cum gente Tarquinia regnum hoc abiturum.*

76. Cæterum tametsi hoc ius omnibus aliis humanis deroget, infinitum tamen ipsum non est, sed terminos aliquos agnoscit, hinc religionem & conscientiam, inde fidem & pudorem.

77. Quod benè novit Metellus apud Valer. Max. *lib. 1. c. 1.* inquiens: *Omnia namq; post religionem ponenda semper civitas*

nostra duxit, etiam, in quibus summa majestatis decus conspici voluit: quippe non dubitaverunt sacris imperia servire, ita se humanarum rerum futura regimen existimantia, si divina potentia bene atq; constanter fuissent famulata.

78. Nec minus Atheniensium legati contra Philippum Regem Macedoniæ in Concilio Ætolorum apud Liv. *decad. 4. lib. 1.* testantur quando dicũt: *Non id se queri, quod hostilia ab hoste passi fuerint, esse n. quædam belli jura, quæ ut facere ita pati sit fas. sata exuri, dirui tecta, prædas hominum pecorumq; agi, misera magis quam indigna patẽti esse. Verum enim verò id se queri, quod is qui Romanos alienegas & barbaros vocet adeò omnia simul divina humanaq; jura polluerit, ut priori populatione cum infernis Diis: secunda cum superis nefarium bellum gesserit.* Quasi dicerẽnt etiamsi belli jure superiora illa omnia licita erant, non tamen fas esse cum Diis infernis & cælitibus bellum gerere; nempè templa, simulacra, monumentaq; violanda, quæ omnia fusius ibidem Liv. persequitur, vide & supr. Amirat. *dict. loco.*

79. Quod si terminos hosce jus egressum fuerit: amplius jus non erit sed scelus, & ut Tacitus appellat, flagitium dominationis Clapmar. *lib. 4. de arcan. Rerump. c 4. in fin.*

80. Tantum de effectu. Cognatum potestatis civilis est imperium Oeconomicum patrisfamilias in liberos, quod & ideò regale appellat Aristoteles *lib. 1. Polit. cap. 8. in pr.* & societatem domesticam, monarchiam *1. Oecon. 1.* Vide Keckerm. *in curs. Philos. disp. 28. q. 8.*

81. Collationem paternæ potestatis cum regia, vide optimam apud Jacob. Regem Britan. *in jure libera monarchia in operib. regiis pag. 180. & seq.* Unde Augustus hac voce nullam unquam gratiorem audisse dicitur, cum à M. Valerio Messala Senatus populique iussu patriæ parens est appellatus, Sueton. *in August. c. 58. Cætera enim cognomina*, inquit Seneca lib. 1. de clement. c. 4. *honori data sunt. Magnos & Felices & Augustos diximus & ambitiosæ majestati, quicquid potuimus, titulorum congessimus illis hoc tribuentes: patrem quidem patriæ appellavimus, ut sciret, datam sibi potestatem patriam, quæ est temperatissima liberis consulens, suaq; post illos ponens.*

82. Op-

82. Opposita potestatis, vel sunt in excessu, vel defectu.

83. In excessu est adulatio, quæ potestatem Principis supra omnem modum extollit. *Perpetuum malum regum, quorũ opes sæpius, quam hostiũ evertit* Curt. *lib. 8. de reb. gest. Alex. M.*

84. Homines enim ac potissimum Principes seipsos immodice amant. Undè fit ut eorum quæ apperunt judices incorrupti & æqui esse non possint, sed falsissima quæque sibi licere laudum ista titillatione deliniti existimant. Antimach. *lib. 1. de administ. regn. theorem. 2. in pr.* Tales fuerunt Consiliarii Cambysis, qui consilium rogati à Rege, utrum lege Persarum liceat sororem uxorem ducere? nulla quidem id lege cõcessum, responderunt, sed apud Persas aliam legem reperiri qua ius esse dicatur, quicquid regi placuerit Herodot. *lib. 3.*

85. Et peior his omnibus Anaxarchus Philosoph. alioquin qui Alexandr. M. ob cœdem Clyti nimiopere consternatum apud Plutarchum in vita Alexand. M. ita alloquitur: *En Alexander ille in quem orbis conjicit oculos, en, abiectus instar mancipii jacet legem & probra exhorrescens hominum, quibus ipse lex esset terminus esset deberet, si modò ut imperaret & rerum potiretur vicit, non ut victus ab inani gloria serviret, nescis, inquit, assessorem Jovi justitiam & fas esse, quo quicquid actum abs dominante fuerit, id jus & fas esse.* Vide Arnisæ. *lib. 1. de jur. majest. cap. 3. num. 13.*

86. In defectu opponitur potestati huic nimia eiusdem restrictio vel totalis ablatio.

87. Illa perspicitur, in resistentia immatura & præpostera seditione; hæc in abdicatione, qua Princeps ab imperii gubernatione removetur, & alius in ipsius locum substituitur.

88. Utramque intelligimus si vel nulla de causa vel non legitimo modo suscipiatur.

89. Causa nulla est, non tantum, quando iusta verboque Dei consentanea Princeps pręcipit, sed etiã quando interdum iniqua & mala edicit. Ut enim illud ambabus manibus ultrò amplexari, ita hoc ultrò fugere debent. Nec tamen quia sic Magistratus præcepit, ideò armata manu insurgere ipsumq; solio administrationis publicæ deturbare debent.

90. Et-

90. Etsi enim ut temeraria huiusmodi voluntas Principi coerceatur, dignum & necessarium videatur, quia tamen, si hæc impunè sibi licere plebs sciret, occasio daretur rebellandi & vel ob nullas vel exiguas admodum causas Principes contemnendi. *Date*, ait Cicero in orat. pro domo sua, *plebi licentiam, & intuemini paulisper animis juventutem, & eos maximè qui imminere jam cupiditati videntur in potestatem regiam, Collegia, medius fidius, plebis tota reperientur, hoc jure firmato, quæ coëant de Regum bonis & vita, præda præsertim populari & spe impunitatis oblata.* Vide Arnisæum *de potestat. Princip. in subdit. cap. 2. num. 1.*

91. Utenim in gravissima hac quæstione strictim procedamus; distinguendum videtur omninò cum Arnis. *d. loc. 1. n. 4.* inter Principem potestatis absolutæ & certis pactis conditionibusq; conscriptæ.

92. Illa exercetur in Monarchia absoluta, hæc in Repub. mista, quæ uti sub certis legibus & capitulationibus in Principem collata est, ita ex iure pactorum & contractuum meritò diiudicanda est, id est, si fidem datam non servet impunè ipsi quoque non servatur. Tale est regnum Suecorum, qui sub pœna periurii nō tenentur fidem servare regi degeneri, Chytræ. *lib. 2. Chron.* referente Arnisæ. *d. loco*, quod superioribus annis comprobatum fecere in abdicando Rege Erico Anno 1568. de quo vide Thuan. *lib. 44. Histor.* & Danorum, qui in removendo Christierno II. de Anno 1537. vide Thuan. *lib. 1.* Et Germanorum. Ita enim Episcopus Moguntinus cum ageretur de abdicatione Henrici IV. aiebat. Quem meritò investivimus, quare immeritum non devestiamus. Hermold. *in Chronic. Sclavon.*

93. Longè altior est indago de absolutis regnis imperiisque, ubi 1. venit annotandum, quando absolutum vocamus, non intelligi immensam infinitamque potentiam, per quam omnia, quæcunque Principi lubeant, liceant; aut quâ in vitas subditorumque bona pro libitu sævire patiamur, quam supra dominatum diximus. Qui etsi olim frequens apud barbaras gentes & hodieq; compluribus in locis, in Christianis tamen regnis

regnis locum sibi minimè vendicat, Bodin. *lib. 2. de Repub. c. 2. num. 3.* sed talem dicimus, respectu administrationis, quam solus exercet Priceps, nec, ut in statu mixto, ordinum consensum vel dissensum tenetur sequi.

94. Distinguendum hîc ante omnia est inter pravum Principem & Tyrannum. Neque enim David ideò Tyrannus appellandus, etiamsi gravissimè peccaverit, quod innocentẽ Uriam nihil tale cogitantem, quo uxore ejus potiretur Joabo perfidè mactandum transmiserit 2. *Reg. 11.* Nec Theodosius, quod Thessalonicæ, ad vindicandam Præfecti unius necem, septem millia innocentum civium & hospitum trucidari jusserit. Niceph, *lib. 1. c. 40.* Arnis. *d. loc. c. 4. n. 5 pag. 94.*

95. Nempè, ut Tyrannis vitium potestatis publicæ est; ita etiam non nisi ex publicis actionibus & flagitiis mensuranda & à privatis Principum delictis distinguenda est. Potestas enim Principis publicâ Reipub. salute terminatur, eamque semper respicit. Tyrannis igitur ex opposito erit, quæ bonum privatum solummodo intendit & publici subversionem meditatur.

96. Qua ipsa de causa ab Aristotele definitur 4. *Polit. 10.* imperium summum, unius in pares & meliores ad salutem privatam, non publicam. Ideoq; in invitos exercetur.

97. Tales fuêre Caligula, qui cum privatorum cœdibus satiari non posset, optavit, ut populus Romanus una cervice sustentaretur, quæ sua manu foret detruncanda, Sueton. *in Caligul. c. 30.* Idem de conditione temporum suorum queri solebat, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur: atque subinde exercituum cœdes, famem, pestilentiã, incendia hiatum aliquem terræ optabat, Sueton. *cap. 31.* Et pejor Tiberius ejus Avus, qui eo consilio nepotem ad imperium evexit, quod sciret pessimè ipsum victurum, sua flagitia obumbraturum, & quod ipse in reliqua parte Senatus trucidanda præstare nequiverit, perfecturum, Camer. *part. 3. horar. subjecis. c. 22.*

98. His ita præmissis, si ad primam regnorum originẽ respiciamus: cum omnis societas certum sibi caput eligens potestatemq; ipsi concedens, id unicè intendat, ut tranquilliter

administrata, eo felicior diuturniorque existat: certum sanè est, Principem potestate illa abutentem & societatem publicam evertere conantem, tantò indigniorem sese administratione Reipub. facere, quantò secius primò constituentium voto & expectationi correspondet. Ac proindè vinculum illud obligationis propria culpa dissolvere, & potestatem sibi antea concessam amittere.

99. Si enim aliàs nulla civilis constitutio, ea, quæ jus naturæ concernunt, tollere potest: quis existimat defensionem & conservationem sui ipsius adversus truculentos insultus & machinationes Tyrannorum Principum per hanc potestatis translationem omninò esse extinctam: præsertim si humilimas preces & admonitiones subditorum spreverint, & in tam fœda voluntate obstinatè perseveraverint.

100. Tametsi ante omnia, leni via procedendum. & post seriam Dei invocationem, non nisi cautè ad arma deveniendum. Quorum usurpatio & cura non cuivis è plebe, sed nobilioribus ordinibus committenda est. Potissimùm cū constet: tyrannidem nullam esse diuturnam & facillimè per se, quippe, quæ invitis imperat & violento modo in perpetuo metu & suspicione versatur, extingui.

101. Crudelitatis verò suæ Tyrannus, etiā qui toleratur, sat graves pœnas dabit conscientiæque flagellis & surdis animi verberibus punctim quasi ictus cruciatus gravissimos persentiet, uti de se Tiberius in Epistola quadam ad Senatum missa testatur apud Tacitum *lib.6. annal. pag. mihi 189. Quid scribam hoc vobis P. C. aut quomodo scribam, aut quid omninò non scribam hoc tempore: Dii me Deæq; potius perdant, quā perire quotidiè sentio, si scio. Adeò*, subdit Tacitus, *facinora atq; flagitia sua ipsi quoq; in supplicium verterant. Neq; frustrà præstantissimus sapientia firmare solitus est, si recludantur Tyrannorum mentes, posse aspici laniatus & ictus, quando ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis animus dilaceratur.*

DISC.

DISCURSUS QUADRAGESIMUS TERTIUS.

De CAPITULATIONE CÆSAREA *Sive de,* LEGE REGIA GERMANORUM.

AUTHORE

BENEDICTO CARPZOVIO, J.U.D.
& Scabinatus Electoralis Lipsiensis Adsessore.

Cap. I.

NOMINE, CAUSA, ORIGINE ET ALIIS GENERALIBUS CAPITULATIONIS.

Summar.

1. Quodnam boni Principis officium.
2. Mali Principis quæ sint notæ.

 3. Ele-

3. *Electio an Succeßio in Principatu præferenda.*
4. *Qualis Princeps eligendus.*
5. *In Electione Princeps arctioribus constringitur legibus quàm in Succeßione.*
6. *Capitulatio unde dicatur.*
7. *Quid Capitulatio.*
8. *Capitulatio lex fundamentalis Imperii & Regia.*
9. *In Galliâ Lex salica fundamentalis.*
10. *Capitulatio an contraria juri Regio de quo 1.Samuel 8?*
11. *Ratio & causa Capitulationis.*
12. *Angliæ Regis.*
13. *Scotiæ Regis.*
14. *Regis Poloniæ.*
15. *Regis Ungariæ.*
16. *Regis Hispaniarum.*
17. *Regis Galliæ.*

(12.–17.) *potestas limitata.*

18. *Origo Capitulationis Cæsareæ.*
19. *Imperator ad Capitulationem vi juramenti astringitur.*

20. *Jurat*

20. Jurat etiam Imperator in Coronatione.
21. Imperator populo purè, hic autem illi ſub conditione obligatus.
22. Juramentum an Majeſtatem Imperatoris diminuat.
23. Status Imperii Majeſtatē quoq; habent.
24. Hodie longè alius ſtatus imperii quàm olim.
25. Quænam majeſtas in Imperio noſtro realis.
26. Imperator an poßit tollere capitulationem.
27. Capitulatione quidem Electorum conſenſu tolli poteſt.

BOni principis eſt officium juſtitiam adminiſtrare, Rempublicam benè curare, commodum ſubditorum & ſalutem Imperii omnibus modis promovere *Heig.part.1.quaſt. 10. n. 6. Arnold. Clapmar. de arcan. Rerum. public. lib. 5. cap. 12. Caſpar. Ens in theſauro politico. tom. 1. c. 1.* Ut enim tutela, ſic procuratio Reipublicæ ad utilitatem eorum, qui commißi ſunt, non eorum, quibus commiſſa, eſt gerenda *Cic. lib. 1. off.* Unde Rex tanquam populi ſui tutor præſcriptam tutoribus Regulã ſervare debet, ut tum deniq; pro domino habeatur cum pupillis providet, hoc eſt cum ſalutem & incolumitatem populi tuetur. *Nicol. Berſius de pact. famil. Illuſtr. pag. 154. Chriſtoph. Beſol-*

1.

dus de appellat.cap.1.n.4. Sicut enim ſubditi principi ſuo obedientiam & fidelitatem debent, ita hic ad illorum defenſionem & potectionem obſtrictus, id quod haud obſcurè confirmat *l'autheur d'utile & ſalutaire advis au Rey pour bien regner.* quando inquit. To ut ainſi que tes ſubjects te doivent obeiſſance, ſervice & fidelitè auſſi tu leur dois ſupport, defenſe & protection contre toutes oppreſſions & contre tous outrages, & que tu l'as ainſi promis & jure en ton ſacre. *pag.19.* Hoc princeps cum advertit regiam vitam agit, regium officium facit, hocque modo ſibi ipſi proſpicit cum ſubjectorum commodum principis proprium dicatur, teſte *Juſtiniano in l.un.§.14.C.de Cadaue. tollend.* Quo regio officio functus eſt Eberhardus 1. Dux Würtembergiæ, qui tanta cum laude imperium tenuit, ut Trajanus aliquis in memoriæ templo tabellam ſuſpendere hac inſcriptione potuiſſet. Quinquenniũ Neronis longiſſimè abfuiſſe â principatu Eberhardi, *Thomas Lanſius in orat.pro illuſtri Collegio ad Duces Würtemb.* Unde à ſubditis ſuis tali encomio ornatus. Wann Gott nicht wehre / wer ſolte billicher Gott ſein/denn unſer Herr von Würtenbergk *Herman.Latber.in tract.quib. modis, principes legitimè fiſcum poſſint augere.cap.1.* eoq; modo illos tum fideles ſibi reddidit, ut cum in quodam conventu nonnulli Principes Saxoniæ & Bavariæ ſuas provincias laudibus exornarent, *Eberhardus* verè dixerit, de multis commodis meæ Regionis gloriari nequeo, hoc tamẽ ſcio, quod in cujuslibet Subditi mei ſinum caput reponere & tutus dormire poſſim, *Franciſc. Carol. Dux Wurtemb.apud Frid.Achil.de princip.inter provinc.Europ.in orat. pro german.* Contra, hoc qui negligunt officium boni principis, tyrannidem affectant, cujus antiqui Philoſophi tres notas conſtituêre, quarum tertia numeratur, ſi non ad civitatis & ſubditorum, ſed ad ipſius dominantis commodum atque arbitrium omnia referantur, *Hottom.in Franc. gallia cap. 12.* Id quod ſæpius etiam faciunt Potentiſſimi juxta illud *Pictardi*: Quo quiſque potentior, eo turpius abutitur ſuâ potentiâ *in obſervat.hiſtor.polit.decad.2.cap.1.* Quibus acceptum Caligulæ reſponſum: Memento mihi omnia, in omnes licere

Eraſm.

Erasm. apophth. lib. 6. Quibus probabilis jactantia Neronis: Neminem principum ante ipsum scivisse quid sibi liceret. Quibus haud ingrata ejusdem vox arrogans; Ego vitæ necisque arbiter, quid Cuiq; mortalium fortuna datum velit meo ore pronunciatur, Nulla pars usquam nisi volente me floret *Senec. de clem. c. 1.* Quibus jucundæ & suaves Tyrannicæ vel voces vel cogitationes: si lubet, licet, an nescis te Imperatorē esse C. LL. dare non accipere, *Spartian. in Caracalla.* Non similes hi Antigono Macedonum Regi, qui cuidam dicenti: Omnia regibus justa honestaq; esse, sunt per Jovem *Respondit*, Barbarorū duntaxat Regibus: At nobis ea tantum honesta sunt, quæ honesta sunt sui sc. natura, & ea tantum justa, quæ justa sunt *Vasquius in præfat. lib. 1. quæst. illust. c. 103. Christophor. Besoldus disp. polit. 2. Class. 1. th. 44.* deque hisce verum, quod alias minus verè de omnibus principibus Scurra quidam inimicus protulit: Omnes bonos Principes in uno annulo posse depingi. *Johan. Baptista in observat. polit.* Neronis itaque vestigiis ne principes insistant ejusq; gubernationem nec ament nec teneant, Tyrannicam scilicet & diabolicam omnibus modis præcavendum: Id quod faciliùs in regno Electivo fieri potest. Etsi enim diu varieque à variis discussa nec tamen decisa sit quæstio: Subditis ac Reipublicæ an magis expediat, per suffragia, ut ascendat ad Imperium Princeps, an Jure Successione? de qua *Besoldus in certam. prærogativæ, quod Electioni cum Successione est ante tract. de success. & elect. regia. Bodin. de Republ. lib. 6. cap. 9. & meth. histor. cap. 6. Lips. 2. polit. 4. Herman. Kirchner. disp. de Republ. 4. th. 2. Keckerman. 1. politic. 4. Jacob. Aleman. in palestra consultat. cap. 4.* Schönborner *2. polit. 9. Petrus Gregor. Tholos. 7. de Republic. 4. num. 10. Reinhar. König. apud Goldast. in polit. Imper. part. 14. pag. 653. Zecbius 1. polit. 3. num. 1. & 2. Arnis. lib. 2. polit. relect. c. 2. sect. 4.* Galli quoque licet Rempublicam suam quietam jactitent, eò quod Galliæ Reges non moriantur *Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 8.* Quod & Reginæ Mariæ inopinatâ Martti morte cōsternatæ & exclamanti: Heu, heu Rex mortuus est: Cancellarius respondit. Non

3.

tionum jur. Canon. cap. 29. Non enim in electione respectus maior habendus ad divitias, ad potentiam & antiquitatẽ generis quam ad eas animi facultates ingeniiqeu vires, quæ primario ad gubernationis felicitatem requiruntur *Petr. Greg. lib. 7. cap. 13. 16. & 17. Lamb. Danaus lib. 6. polit. Girolam fracbetta dict. c. 2.* juxta consilium Friderici Sapientis Elect. Saxon. quod in hanc sententiam protulisse in conventu Electorum prædicatur: Non esse in legendo Imperatore rationem habendam divitiarum, non familiæ potentioris, sed potius earum virtutum, quas Imperii administratio à Principe maximè desideret *Herm. Kirch. de Republ. disp. 4. th. 3.* Elector quoq; Moguntinus in electione Rudolphi 1. asseruit, sapientiam divitiis & potentiæ præferendam esse *Buxdorff. ad A. B. Concl. 30.* Hocq; iuramento Electores promittere tenentur. *Adam & Nicol. Heyden. in hist. de elect. & inaugurat. Maximil. II. Georg. Sabinus. de electione & coronat. Caroli V. Goldast. in polit. Imper. de elect. Maximil. p. 91. Caspar. Ens in libello de elect. inaugurat. Regis Roman. cap. 1. & cap. 2. Onuphr. Panvin. de comitiis Imper. cap. 10.* Cuius summa est, Ego Elector & c. iure quod per fidem, quâ Deo & sacro Imperio sum astrictus, secundũ omnẽ discretionem meam & intellectum meum, cum Dei adjutorio eligere volo temporale caput populo Christiano, hoc est, Regem Romanorum in Cæsarem promovendum, qui ad hoc existat idoneus, in quantum discretio & sensus mei me dirigũt & secundum fidem prædictam, vocem meam & votũ electionis præfatæ dabo absq; omni pacto, stipendo precio vel promisso, seu quocunq; modo talia valeãt appellari, sic me Deus adjuvet. *Henning. Göden. de elect. Regis Romanor. cap 5.* Et hoc juramentum fidem Electorum stringit in tantum, ut Fridericus Elector Saxoniæ cum delatum sibi imperium ad Carolum V. suffragio suo detulisset, à Caroli legatis 30. millia florenorum ablata constãtissimè rejecit, cumq; urgeretur ut tantum 10. millia pateretur dari ministris, Accipiant, dixit, si velint, attamen nemo valebit prostridiè apud me, qui vel aureum acceperit *Johan. Sleidan. lib. 1. hist. Erasm. lib. 4. Epist. 13.* Quamvis optimo jure hanc summam pecuniæ Elector acci-

pere potuisset, cum juramentum non loquatur de eo, quod post electionem datur spontanea voluntate.

Præterea quoq; & electio hoc emolumẽti habet, ut ad gubernaculum evectus ardiorib. constringatur legibus, qui & ideò minus contra Regni utilitatem moliri ejusvè dominatum ad se suosvè pertrahere aut subditos minimè affligere poterit, *Chistoph. Besold. in dict. cert. prærogat, quod elect. cum success. est, Keck. in syst. politic. lib. 1. cap.* 4. Idque exemplo principum Imperii, quorum cum alii successione ut seculares, alii verò electione, ut Ecclesiastici ad principatus deveniunt, hi non ea libertate suos, quâ illi sibi subjectos constringere possunt, legibus enim, quibus astricti, impediuntur, penes eos siquidem, quorum in manu eligere quos velint, jus est atq; potestas, electos quibus velint constringere legibus ac certis conditionibus, quibus Princeps ad Imperium evehitur. *Buchan. de jur. Regn. apud Scotos p. 53. Paurmeister lib. 1. de jurisdict. cap. 17. Anton. Gothofr. in disp. anti-Vultejan. de potestat. imper. apud Goldast. in polit. imper. part. 13. Rich. Dieter. de summa Imp. potest. concl. 45.* Quare Electores quoque in imperio nostro Regem Romanorum electum ad gubernationem imperii, non nisi sub certa pactione & lege admittere solent, quâ potestas Cæsarea veluti frenis sistitur ac retinaculis, *Caspar Ens in libell. de elect. & inaugur. Regis Roman. cap. 1. Georg. Sabin. de elect. & coronat. Caroli V. Melch. Goldast.* in Reichssatzungen *1 part. 2. sub anno 1519. 1520. & in latina editione politicorum Imperial. part. 12. sub anno 1575. Wolffgangus Fridericus à Pappenheim apud Arum. tom. 5. jur. publ. disc. 33. Besold. de jurisdict. Imp. Rom. quæst. 10. & de elect. ac success. regia lib. 2. Differt. 2. num. 17. De qua Julius Pflugius Episcopus Naumburgensis* ita loquitur: ad hoc institutum, inquit, accessit alterum, non minus bonum ac salubre, ut qui in illo excelso honoris gradu collocarentur, ne durius, quàm oportet, regnarent, antequam aliis imperare inciperẽt, eas leges quodammodo imponerent sibi, nihil ut contra Ecclesiã Christianam atq; Rempublicam nostrã ejusq; libertatem facerent, *in orat. de Republic. germ. curand.* Hæc autem Pactio vulgò Capi-

6.

tula-

tulatio dicitur, ab iis sc. quibus constat capitulis, variis ac conditionibus *Anton. Coler. de jure Imp. german. sect. 33.* Hinc Ulricus Dux Würtembergiæ Ob es aber je geschehen/ *inquit* als wir der Gerechtigkeit nach nicht Hoffen wollen/ so were solche acht/ vns in Rück/ auch vnser vncittieret/ vnerfordert vnd vngehört geschehen/ vnd also wieder des Heiligen Reichs ordnung/ das gemeine Recht/ auch die Capitel/ so Käyserliche Majestet in ihrer Wehlunge/ zu der Römische Konig. Kron gnediglich verwilliget hat etc. Ein ausschreiben an alle Stände/ in der wiedereroberung des Hertzogthumbs Würtembergk halben/ quod extat apud Friederich Hordtledern *tom. 1. lib. 3. cap. 9. de bello german.* Unde etiam id nomen ei, non peculiare sed commune est cum multis aliis id genus legibus ac pactis, capitula vel articulos varios in se continentibus. Ut cum capitularibus & capitulis. Caroli Magni atq; aliorum variorũ Imperatorum quæ Goldastus exhibet, *Const. Imper. tom. 2. & 3.* Capitulis Corradi *tit. 11. F. 2.* Capitulatione Sequestrationis Ducatus Brunsuicensis, Capitulatione deditionis Ulrici Würtembergici, Hassiæq; Landtgravii Capitulatione captivitatis Electoris Saxonis &c. quas refert Friederich Hordtleder *tom. 1. de bello germ.* ita etiam *Justinianus Imp.* se diversis capitulis derogasse dicit *in l. f. §. f. C. de jur. delib.* & novæ constitutionis capitulum clariori interpretatione sanciviſſe in *l. 2. pr. C. de bon. qualib.* Hoc loco nihil aliud est capitulatio quã Lex Regia, vel lex Imperii, qua Regimenta populi in Imperatorẽ designatum transferuntur certis conditionibus seu capitulis, Leges quidem alias omnes à regibus latæ Regiæ dicuntur, quarum fit mentio *in l. 2. §. fuit autem 36. ff. de Orig. jur. l. negat. lex 2. ff. de mort. infer.* quod & animadvertit *Joan. Coras. miscell. juris Civil. lib. 6. c. 8.* Ejusque appellationis originem eleganter docet Pomponius *in d. l. 2. ff. de Orig. jur.* Nam *in §. postea. 2.* ita loquitur: Et ita leges quasdam & ipse (Romulus) curiatas ad populum tulit tulerunt & sequentes. Leges quæ omnes conscriptæ exstant in libro Sexti Papirii. Is liber appellatur jus civile Papirianum & *in §. fuit autem 36.* Fuit autem inprimis peritus Publicus Papirius, qui leges Regias in unum contulit: ex quorum §. §. collatione liquet, à Papirio

pirio Leges Regias in unum collatas, inde nomen traxisse suum quod à Regibus fuerint latæ, quæ & curiatæ appellatæ sunt, *dict. §. 2. Carol. Sigon. de antiquit. jur. civil. Rom. lib. 1. cap. 5. Francisc. Connan. Comm. jur. civ. lib. 1. cap. 12. Thom. Lansius in disc. de lege Regiâ concl. 2. Matth. Steph. de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2 part. 1. cap. 1. num. 66.* Verum alio sensu hic legem Regiam accipimus, ut quæ à potestate Regia sic dicta de Regno sive imperio principis agit, & ab Alexandro lex Imperii dicitur. *l. C. de testam. Matth. Stephan. dict. cap. 1. num. 68. Thomas Lans dict. disc. concl. 2.* At aliis lex fundamentalis, sub qua nostrum imperium est consti-

8. tutum & tanquam fundamento innititur, *Johan. Altbus. pol. cap. 6. Lamb. Danaeus 3. polit. Christ. cap. 6. Keck. polit. lib. 1. cap. 6.* Idque exemplo aliorum populorum, qui ad conservationem suorum Regnorum Leges quasdam posuerunt certas & immotas, quas fundamentales appellitant, quæ non sunt uniusmodi, sed pro diversitate Rerumpublicarum vel pauciores vel plures, prout status Imperii cujusque Monarchicus purior est & liberior, vel Aristocratico aut Democratico temperamẽto restrictus, aut hisce vel aliis eversionibus obnoxius. *Gothofr. Anton. in disput. apologet, de potest. Imper. & hodierni Imper. statu. adversus Herm. Vult. concl. 11,*

9. *apud Goldast. in polit. Imper. part. 13.* In gallia sanè lex Salica (hoc est gallica; galli enim sæpissimè vocantur in lingua sua Saliens, *jean. de serres tom. 1. de l' inventaire de l' histoire de france foli. 41.*) est fundamentalis, quæ feminam Regno præesse vetat, *Johan. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 8.* Hæc ejusmodi verbis posita est: *En la terre salique auc une portion. de l' heritage ne vienne ala femelle: Ains le sexe viril acquiert la possession.* Quam ita explicat jean de serres: les masles sont seuls capables de la courronne de France: Les femelles en sont du tout forcloses, & par consequent, les Leurs, qui ne peuvent avoir plus de Droict, qua leur, Merers *dict. tom. 1. fol. 39.* Ne scilicet summa Regni ad aliquem externũ principem deveniret. Reginæ enim exemplo Mariæ, Reginæ Angliæ nubere volentes non subditis nuberent, sed ad peregrinos animum adjicerent, & sic per

con-

consequentiam Imperium ad exterum perveniret; Quinimò Cleopatræ Ægyptiacæ, Messalinæ & Faustinæ Imperatricum ac Fredegundis gallicæ, quæ omnes flagitiorum sordidæ fuerunt Cloacæ infelix memoria nigrum theta feminis Sceptris in gallia præfixit *Joach. Ernest. Dux. holsat. apud Frider. Achill. in orat. pro gallia.* Quam legem fundamentalem si violari fas esset, violassent illam filiarum gratia Philippus Longus, Carolus Pulcher. Ludovicus XII. iisq; regnū dotale reliquissent. *Rich. Dieter. de summ. Imp. potest. concl. 41.* Fundamentalis quoq; Lex est in gallia: Ne Regi jus sit, ullam Dominii sui partem sine publici Concilii auctoritate alienare, *Ian de serres en inventaire general de l' histoire de france dict. tom. 1.* Quippe quod ei ad tuendam tantum Regiam dignitatem datum est, ut parem in eo potestatem habeat atq; marito in Uxoris dote conceditur, Unde Anno 1399. Cum Rex Carolus IV. Comiti Sampaulino particulam quandam sui dominii sive donasset, sive alia ex causa cessisset, Senatus Parisiensis pro vetere veteris Parlamenti jure, intercessit ac pronunciavit, alienationem Regii dominii nullius esse momenti, nisi cujus autor Senatus ille Parisiensis fuisset, *Melch. Goldast. Haim. in polit. Imp. part. 14. pag. 647.* Anglia quoq; suas peculiares habet leges fundamentales quas ex parte refert, *Polydor. Vergil. lib. 11. histor. Angliar.* Aliorum populorum leges fundamentales profert *Goldast. dict. part. 14.* Simili modo iu imperio nostro fundamentalem legem habemus Capitulationem hanc Cæsaream. Quæ potestatem imperatoriam limitat, ipsamque principem arctioribus vinculis constringit, ut minus contra Regni utilitatem moliri queat utq; sciat, sibi in populum non tantum licere, quantum adulatores auribus suis melle diluto veneno infundunt *Julius Pflug. in orat. de Republ. germ. curanda*, quam falsam Martini, qui Bononiæ jus civile professus, contrarium docentis sententiam confutavit *Andr. Alciat. in libello de formula Romani Imperii.* At hoc si verum. Nonnè lex Regia germanorum contraria juri Regio quod Israelitis Regem sibi dari postulantibus. *1. Sam. 8.* proponitur. Quodq; scriptum fuisse in libro testatur *idem Samuel lib. 1.*

10.

cap.10. Cum tamen *Vultejus* Legem Regiam ad jus istud Regium referendum putet *ad §. sed & quod principi 6. instit. de jur. nat. gent. & civ*. Nec convenientiam Legis Regiæ Romanorum & juris regii à Samuele descripti negat *Thomas Lansius in disc. de lege Regia concl. 11.* Lutherus quoque ea quæ Cæsaris sunt. *Matth.22.* dicit esse jus illud Regis, quod à Samuele describitur. *In Postill. domest. super. Evang. 23 post Trinitat.* Ea vero quæ Christus Cæsari tribuit lege Regia germanorum sive capitulatione Cæsarea limitata esse aut prorsus ablata, asserere impium esset. Ideoque jus istud Regum quidem esse affirmat *Strigel. super c.8. lib.1. Samuel. c. 27.* sed in extrema demum necessitate (ubi tàm principes, quam subditi patriæ debent parere omnes, *l. 2. de just. & jure*) usurpandum, id quod etiam approbant *Waremundus ab Erenberg. in tract. de subsidiis Reg. c.7. num.13. & seqq. & c. 9. num. 8. & seqq. c. 10. num.21. Albert. Gentil. disp. regia. 1. fol. 18.* Etsi enim Gemitus pauperum boni non sint, eos tamen nonnunquam non princeps sed necessitas exprimit. Et agros, Vineas, Oliveta subditis auferre injustum quidem, sed vel eadem refuso justo pretio, Urgente inprimis publica necessitate, vel proventus ex iis sumere (Sicut *v. 15. semen & vinea pro proventibus inde natis sumuntur.*) ad sustentationem militum & suorum necessaria ex causa, injustum non est. *Rever. Dn. Johan. Gerhardus in Explicatione Evangelii Domin. 23. post Trinitatis.* Quod verum etiam de jure civili, quo Majestas suprema Civibus res suas, earumque dominium publico commodo suadente, refuso pretio auferre potest. *l. 13. ff. comm. prædior. Christoph. Besoldus disp. polit. 2. de polit. majest. class.1. th.46. §. 2. Friedev. Bruckman. de regal. cap. 4. effect. 5. Vasq. lib.1. illust. controv. quæst. 5. Gail. 2. observat. 56.* Quamvis aliàs hoc non permissum *Nicol. Bersius pact. fam. illustr. fol. 515. Freber. ad P. de Andlo fol. 187.* Bornitius *de majestate cap. 10. fol. 76. Pinell. part. 1. rubr. cap. 2. de resc. vendit. Bruckman. dict. loco. Bodin. de Repub. lib. 1. cap. 8. Hotom. illustr. quæst. 1. Arnis. de jurib. majest. minor cap. 1. Thom. Lansius in disc. de lege Regia concl. 91. Zas. ad l. princeps 31. num. 13. & seqq. ff. de*

f. de ll. Alii tamen magni nominis Theologi pariter ac politici ius illud Regis. *1. Sam. 8.* non de iure & privilegio, sed de iniuria & tyrannide accipiunt, ac Regis futuri mores ibi describi, non qui ipsum deceant, sed qui Monarchis ut plurimum sint familiares, existimant; *Johan. Brentzius ad c. 8. Samuel. 1. Lucas Osiand. in Bibl. dict. cap. 8. Buchanan. de jure regni apud Scotos. Marta in tract. de jurisdict. part. 1. cap. 36. Christoph. Besold. in polit. cap. 2. de polit. majestate.* Non enim Samuel eo in loco Regem instituit, sed populum alloquitur, & officium populi erga Regem docet, non quod pio Regi ea tyrannide in Subditos suos grassari liceat, sed quod Subditi Regem super se eligentes & dominium ipsi conferentes iure talem tyrannidem ferre debeant, nec liceat eis resistere. *Brentius dict. loco.* Unde finis sermonis erat dehortatorius enumeratione malorũ & dominũ hæc dixisse, putât, ut deterreret populum à petendo Rege. Pii siquidẽ regis officium longè aliter à domino describitur *Deut. 17.* Quod videlicet Rex non debeat habere argenti & auri immensa pondera, nec debeat cor eius elevari in superbiã super fratres suos, Etsi illud veri Regis ius & officium fuisset, quod depingitur. *1. Samuel. 8.* Achabus ob Nabothi vineam direptã absq; dubiô reprehensus & punitus non fuisset 3. *3. Reg. 21.* nec posteritas eius gravissimas facti illius pœnas dedisset *4. Reg. 10.* Neque aliud innuit sanctæ linguæ proprietas, vocabulum enim Misphat eo loco significat morem & consuetudinem, pro ut accipitur. *1. Samuel. 27. v. 11.* Et hoc erat iudicium, id est, mos & consuetudo & ratio Davidis omnibus diebus, Et *1. Sam. 2. v. 14.* Hæc erat ratio filiorum Eli, hoc est / Hæc erat prava consuetudo & quotidiana iniuria *Gen. 40. v. 13.* Dabis Calicem Pharao in manum eius secundum iudicium pristinum, id est: Veterem consuetudinem *2. Reg. 17. v. 34.* Usque in præsentem diem sequuntur iudicium (morem) antiquum, Tantum itaque abest, ut hæc pactio inter principem summum & status Imperii iuri divino sit contraria, ut & huic similis, apud populum iudaicum fuerit usitata, quando in constituendo Rege duplex fœdus sive pactum iniebatur, primum inter Deum, Regẽ & populũ: Secundum inter Regem & populum: In primo fœdere pietas

in

cap.10. Cum tamen *Vultejus* Legem Regiam ad jus istud Regium referendam putet *ad §. sed & quod principi 6. instit. de jur. nat. gent. & civ.* Nec convenientiam Legis Regiæ Romanorum & juris regii à Samuele descripti negat *Thomas Lansius in disc. de lege Regia concl. 11.* Lutherus quoque ea quæ Cæsaris sunt. *Matth. 22.* dicit esse jus illud Regis, quod à Sameele describitur. *In Postill. domest. super. Evang. 23 post Trinita*: Ea vero quæ Christus Cæsari tribuit lege Regia germanorum sive capitulatione Cæsarea limitata esse aut prorsus ablata, assere re impium esset. Ideoque jus istud Regum quidem esse affirmat *Strigel. super c. 8. lib. 1. Samuel. c. 27.* sed in extrema demum necessitate (ubi tàm principes, quam subditi patriæ debent parere omnes, *l. 2. de just. & jure*) usurpandum, id quod etiam approbant *Waremundus ab Erenberg. in tract. de subsidiis Reg. c. 7. num. 13. & seqq. & c. 9. num. 8. & seqq. c. 10. num. 21. Albert. Gentil. disp. regia. 1. fol. 18.* Etsi enim Gemitus pauperum boni non sint, eos tamen nonnunquam non princeps sed necessitas exprimit. Et agros, Vineas, Olivera subditis auferre injustum quidem, sed vel eadem refuso justo pretio, Urgente inprimis publica necessitate, vel proventus ex iis sumere (Sicut *v. 15. semen & vinea pro proventibus inde natis sumuntur.*) ad sustentationem militum & suorum necessaria ex causa, injustum non est. *Rever. Dn. Johan. Gerhardus in Explicatione Evangelii Domin: 23. post Trinitatis.* Quod verum etiam de jure civili, quo Majestas suprema Civibus res suas, earumque dominium publico commodo suadente, refuso pretio auferre potest. *l. 13. ff. comm. prædior. Christoph. Besoldus disp. polit. 2. de polit. majest. class. 1. th. 46. §. 2. Frieder. Bruckman. de regal. cap. 4. effect. 5. Vasq. lib. 1. illust. controv. quæst. 5. Gail. 2. observat. 56.* Quamvis aliàs hoc non permissum *Nicol. Betsius pact. fam. illustr. fol. 515. Freher. ad P. de Andlo fol. 187.* Bornitius *de majestate cap. 10. fol. 76. Pinell. part. 1. rubr. cap. 2. de resc. vendit. Pruckman. dict. loco. Bodin. de Repub. lib. 1. cap. 8. Hottom. illustr. quæst. 1. Arnis. de jurib. majest. minor cap. 1. Thom. Lansius in disc. de lege Regia concl. 91. Zas. ad l. princeps 31. num. 13. & seqq. ff. de*

ff. de V. Alii tamen magni nominis Theologi pariter ac politici ius illud Regis. *1. Sam. 8.* non de iure & privilegio, sed de iniuria & tyrannide accipiunt, ac Regis futuri mores ibi describi, non qui ipsum deceant, sed qui Monarchis ut plurimum sint familiares, existimant; *Joban. Brentzius ad c.8. Samuel. 1. Lucas Osiand. in Bibl. dict. cap. 8. Buchanan. de jure regni apud Scotos. Marta in tract. de jurisdict. part. 1. cap. 36. Christoph. Besold. in polit. cap. 2. de polit. majestate.* Non enim Samuel eo in loco Regem instituit, sed populum alloquitur, & officium populi erga Regem docet, non quod pio Regi ea tyrannide in Subditos suos grassari liceat, sed quod Subditi Regem super se eligentes & dominium ipsi conferentes iure talem tyrannidem ferre debeant, nec liceat eis resistere. *Brentius dict. loco.* Unde finis sermonis erat dehortatorius enumeratione malorũ & dominũ hæc dixisse, putat, ut deterreret populum à petendo Rege. Pii siquidẽ regis officium longè aliter à domino describitur *Deut. 17.* Quod videlicet Rex non debeat habere argenti & auri immensa pondera, nec debeat cor ei⁹ elevari in superbiã super fratres suos, Etsi illud veri Regis ius & officium fuisset, quod depingitur. *1. Samuel. 8.* Achabus ob Nabothi vineam direptã absq; dubiõ reprehensus & punitus non fuisset 3. *3. Reg. 21.* nec posteritas eius gravissimas facti illius pœnas dedisset *4. Reg. 10.* Neque aliud innuit sanctæ linguæ proprietas, vocabulum enim Misphat eo loco significat morem & consuetudinem, pro ut accipitur. *1. Samuel. 27. v. 11.* Et hoc erat iudicium, id est, mos & consuetudo & ratio Davidis omnibus diebus, Et *1. Sam. 2. v. 14.* Hæc erat ratio filiorum Eli, hoc est! Hæc erat prava consuetudo & quotidiana iniuria *Gen. 40. v. 13.* Dabis Calicem Pharao in manum eius secundum iudicium pristinum, id est: Veterem consuetudinem *2. Reg. 17. v. 34.* Usque in præsentem diem sequuntur iudicium (morem) antiquum, Tantum itaque abest, ut hæc pactio inter principem summum & status Imperii iuri divino sit contraria, ut & huic similis, apud populum iudaicum fuerit usitata, quando in constituendo Rege duplex fœdus sive pactum iniebatur, primum inter Deum, Regẽ & populũ: Secundum inter Regem & populum: In primo fœdere pietas

in

in obligationem veniebat, in secundo justitia, illo promittebat Rex sæpè obediturum Deo hoc, se juste imperaturum populo: Illo se gloriam Dei hoc utilitatem populi curaturũ in illo inerat conditio: Si legem meam, observaveris: in hoc si jus suum unicuiq; tribueris *Steph. Jun. Brutus in vindiciis contra Tyrannos q.3.p.126.Thom.Lansius in disc.de lege RegiaConclus.99.*

11. Utq; Imperatorum potentia loris & frenis quibusdam constringeretur, suasit non vana ratio, nam cum nemo facilè tanta præditus sit sapientia, ut possit in summa rerum omniũ potestate modum tenere *Herodot.lib.3.* Nec effæta hæc mundi natura Principes ferat semper optimos nec ut sint optimi ita lynceos ac beatos, ut in tantis, quibus circumvallantur tenebris, nusquam vel ipsi incurrant, vel inpellantur ab aliis, quos Aula interdum nutrit Consiliariis improbis qui bonum ac probũ in nefas præcipitant, inscientem venduntq; Imperatorem, ut non dubitet *Hospitalius* Scribere:

Miretur nemo, Reges peccare quibus tot Peccandi auctores, tot causas esse videmus. Natus Pannonia Cæsar dictare solebat. Conveniunt multi Nebulones ac Parasiti, Unũ ut decipiant, nil prorsus tale verentem Securũ, incautũ! Non restitit ipse duobus Alcidês *Illustr. Dux. Sax. in orat. Super. capit. Rudolp. II. apud Goldast. in polit. imp. part. 12.* Ipse quoq; princeps cũ à cunabilis nihil aliud quã assẽtationes audiat aulici quippe inter laudũ & placentiã non a. Veronã versus ambulare solent ut olim Pius Pontifex ad ducem Ferrariæ scripsit *Petr. de Gregor. de concess. feudi in proam.* adeoque difficile sit, in tanta rerum licentia principem recto tramite incedere, ideò majores nostri secũ perpendentes, Optimo quidẽ principi tutô permitti posse omnia at mediocri non omnia, malo autem nihil. *Erasm. in lib. de inst. princip.* absolutam summi magistratus potestatem salubriter definiendam & injecto legis Regiæ quasi freno moderanda putaverũt, ita ut non solus omnia sine procerũ consilio & consensu agere possit. *Auct.* des wohlmeinenden *disc.* warumb die Catholischen in Teutschland sich von den Spaniern und Jesuiten absondern sollen *pag. 180. Iulius* Pflug *in orat. de Rep. germ. curanda, pag. mihi 25. Auct.* des wache

frühe

frühe auff den Frantzosen vnd andern benachbarten / *Rich. Dieterus de summa Imp. potest. concl. 74.* Hoc quam sapienter ita constitutum, apparet ex eo, quod Imperatores veteres Romanorum, circa illa quæ statum publicum concernunt sponte in saluiem communis patriæ à jure suo, quo plenaria potestate agere poterant, recesserunt *Melch. Goldast. in polit. Imper. part. 14. pag. 648.* ita Augustus non omnia proprio consilio egit, inquit *Dio Cassius* sed multa publice deliberanda proposuit, ut si quid aliis displiceret, id corrigere posset: Omnes vero adhortatus est, Ut suum sibi consilium aperirent, si quid rectius invenirent, libertatem omnem eis concedens: Eorumque motus sententiis, quædam retractavit: Ex magistratibus etiam singulos, ex senatoribus sorte 15. delegit, qui per 6. menses consiliarii sui essent, ita ut videretur, per hos etiam reliquis omnibus ea, quæ statueret communicare *hactenus Dio lib. 53. hist. Rom. fol. 510.* Hæc fuit Augusto generalis Imperii administrandi ratio & optima quidem, nimirum ne uno ictu veterem Rom. Reipubl. gubernationem evertendo, populum tyrannide opprimere videretur. Pariter Thedos. Aug. leges à se latas non aliter vim habere voluit, quam si probarentur Sc. cui Senatores omnes acquivissent *l. humanum C. de lib.* Sic Alexand Sever. nullam promulgavit legem, quam Senatus prius non approbasset *Lamprid. in Alex.* Nam multitudo ferè melius quam singuli de reb. omnibus judicat, singuli enim quasdam habent virtutum particulas, *inquit Buchanan. in dial. de jur. Regni apud Scotos*, quæ simul collatæ unam excellentem virtutem conficiunt. Quod in medicorũ pharmacis, ac inprimis in antidoto eo, quod Mithridaticum vocant perspicuè cerni potest, in eo enim pleraq; res per se noxiæ ubi confusæ fuerint, salutare adversus venena remedium afferunt, similiter in hominibus, aliis tarditas & cunctatio, aliis præceps temeritas obest. Hæc in multitudine commixta temperamentum quoddam, & quam in omni genere virtutis quærimus mediocritatem pariũt. Et hæc causa inter alias quoque non minima Encomii istius egregii Imperii nostri germanici Das man Gott lob im Teutschlande

Vvv ein

ein Hochlöbliches vnd Heiliges Regiment hat / welches von den Hochgelahrten vorfahren / so weißlichen verfasset / & in capita & membra auff alle fälle mit hochvernünfftigen Constitutionibus vnd Cautelis dermassen clausulieret vorsehen vnd verwahret / daß sich viel Hochgelahrte / Weltweise leute auch bey den exteris darüber verwundern *Auct.* des discurs, ob es heilsam vnd nützlich sey, im heiligen Römischen Reich Uniones vnd Bündtnüssen Anzurichten.

Neque in Imperio nostro hoc novum aut primum, nullus enim ferè hodiè in toto orbe Christiano Rex vel summus princeps, cujus potestatem non comprimat & circumcidat, inita cum ordinibus certa pactio, capitulationum nexu non constringatur. *Waremund. ab Erenb. c. 11. n. 40. de Regn. subsid. Christoph. Besold. de appellat. cap. 1. fol. 18.* Friederich Hordtleder *in disc. de lege Regia german. apud Goldast. part. 12. Steph. Jun. Brut. de vind. contra Tyran. quaest. 3. Auct.* des Wohlmeinenden discurs warumb die Catholischen in Teutschland sich von Spaniern vnd Jesuiten absondern sollen / *pag. 80. Arnis. de maiest. cap. 6.* ita ut quod statum Regni attinet, nihil sine consiliis, deliberationibus & consensu procerum ac ordinum ratum atque firmum habeatur. *Goldast. in polit. Imper. part. 14. pag. 648. Auct.* des wacht frühe auff / den Frantzosen vnd andern benachbarten / In Anglia sanè hanc esse administrandi

12. Regni formam testis est *Polydorus. Verg. lib. 11. histori: Anglicar.* ubi vitâ Henrici XI. Regis exponit: Ante hæc tempora *inquit,* Reges non consueverãt populi conventũ consultandi causa nisi perrarò facere: adeò ut ab Hẽrico id institutũ manasse jure dici possit, quod tã altis defixum, radicib. semper stetit, ut deinceps quicquid ad Rempublicam benè gerendã, ejusq; conservationem deliberandũ foret, illud ad Consiliũ referretur: Et si quid Regis a. populi jussu decretũ factumq; esset, id totũ pro nihilo habere tu nisi ejusmodi Concilii auctoritate foret comprobatum, ac ne imperitæ vulgi multitudinis, cujus proprium est, nihil sapere, judicio Concilium impediretur, certa lege exceptum fuit à Principio qui ex Sacerdotum cœtu, quivè quotvè ex reliquo populo vocari deberent ad concilium

more

more gallico vulgo parlamentũ vocãt, quod unusq; Rex initio sui Regni habere solet: Ut ibi si quod ex antiquis institutis legibusq; tollendum, ac rursus condẽdum sit, id de concilii sententia fiat. Qui & deinde quoties res postulat, suo arbitratu, illud ipsum convocat *hactenus Polyd. Verg.* Et consuetudinem Angliæ esse, ut leges extra Comitia & sine ordinum consensu promulgatæ, quæ ad rempublicam pertinent, nihil valeant, docet *Hott. in Franco gallia c. 12. ex scriptoris Angliæ antiqui libello cui titulus: Alexarned. commendat. c. 36. Anon JCtus Westphal. de jure principat. concl. 5.* Nullam quoq; Rex Angliæ potestatem habet tributa exigendi sine ordinum & statuum consensu. *Philip. Cominaeus lib. 4. comm. de reb. gest. Ludov. XI. Regis Galliæ*, proprioq; motu, sine consensu procerum, ne quid faciat statim cum in[illegible]tur, juramẽto promittere tenetur, se leges patriæ minim[illegible] violaturũ *Bod. de Rep. lib. 1. c. 8.* Scotiæ quoq; Regibus nihil, quod totius Regni statum attinet, inconsultis ordinibus permittitur, *Buchanan. lib 8. rer. scoticar.* Idq; probat exemplũ Roberti II. Regis Scotorum, nã cum ex induciis in spem pacis inter Francos & Anglos per Pontificẽ & vicinos principes ventum esset, ea lege ut utriusq; partis amici adscriberentur Anglorũ videlicet Lusitani Francorũ, Scoti & Hispani Castellanenses, Robertus Rex omnibus suis repugnantib. unus assentiebatur, Neq; enim ipse pacem vel inducias facere poterat, nisi ex sentẽtia publici convẽtus, neq; firmas polliceri sine publico decreto *Buchanã. lib. 9. rer. scoticar.* Sanctè quoque promittunt Reges Scotorum populo universo, cũ publicè inaugurantur, se leges & majorum ritus, veteraq; instituta servaturos, eoq; jure, quod à majoribus acceperunt usuros. *Idem Buchanan. in dial. de jure Regni apud Scotos.* In regno Polonico idem observari, apparet ex ritu in Henrici Andegavensis electione ac Coronatione observato, inprimis cũ conditio de utraq; Religione tũ Evãgelica, tũ Romana cõservãda apposita fuit, quã conceptis verbis ter stipulantib. procerib. ter Spopõdit, *Steph. jun. Brutus in vind. contra Tyran. q. 3.* Quin etiam in Ungariæ Regibus idem videre licet apud *Ant. Bonfinium decad. 4. lib. 9. rerum Ungaricarum in vita Vladislai II. Regis Ungar.*

13.

14.

15.

 ubi

ubi inter cæteras leges Ungaricæ Uladislao hæ proponuntur. Ne quando Moraviam, Silesiam & Lusatiam, quas Matthias Rex olim in provincias redegerat, ab huiusce Regni ditione alienari patiatur, sed sub Ungarica ditione retineat. Quid si fortassis ipse sine liberis humanis excederet, quod dii prohibeant, ante diem extremum ita perspiciat, ne quo illæ prætextu abalienētur. Pecunia omnis una cum Sacra Corona in Rep. usum & utilitatem pariter asservetur, nulloq; modo sine patrū procerumq; consensu à Rege tractari & erogari queat sed ad extrema pericula & regni defensionem recondatur. Præterea ne Austria cum plerisq; Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæq; civitatibus à Matthia in provinciam redacta publicoque consensu parta, ab Ungariæ Regno, inconsultis patribus & optimatib. abdicetur. Imò pertinacius pro nostra Reipubl. retineatur & propugnetur. Nullaq; cū Cæsarea majestate citra senatus cōsultum & auctoritatem concordia ineatur, fœdusq; percutiatur: Quin etiam, si qua ultrò citroq; concordia iniretur & aliqua hinc oppida, possessiones, pecuniave Regi cederet, id omne Ungariæ ditioni adscribatur, *hactenus Bonfinius.* jurant quoq; Reges Ungarorum in leges Ungariæ Regnum suū ineuntes, Cuius juramenti Regii formulam Uladislao. II. Regi Bohemorum, Ungarorum Regi renunciato à Johanne Varadiense Episcopo propositam Anno Christi 1490. recitat. *Ant. Bonfin. dict. decad. 4. lib. 9. rerum Ungaricarum.*

16. De Rege Hispaniæ cum idem dicendum: Hic enim quamvis sit potentissimus & maximæ apud suos autoritatis, *Arum. de jur. publ. disc. 1. tom. 1.* ut cujus imperium decuplo magis quam Turcarum Imperatoris *Ioh. Bod. de Rep. lib. 2 c. 2. p. 292. Lips. de magn. Rom. lib. 1. c. 3.* & cuius terram aliquam quocunq; se die nocteq; Sol vertit, Semper collustrat, ita ut non alia de causa Reges portu galliæ, quorum potentia omnis hereditario jure ad Philippum. II. Hispan. Regem transiit, Sphæram mundi insignibus suis conjunxisse videantur, quam ut ostenderent, illorum Imperium in omnes mundi partes, in ortum & occasum, in Meridiem & septentrionem extendi. *Petr. Matth. in histor. Henrici 4. lib. 1. narrat. 4.* Unde longum illud titulorum agmen

agmen, Hispanici Imperii insigne summum: Philippus Dei gratia, Rex de Castilla, de Leon, de Aragon, de Scilia, de Jerusalem, de Portugal, de Navarra *Georg. Baro. Stubenbergii apud Frider. Achill. ducem Würtemberg. in orat. pro Hispan.* hisce tamen non obstantibus tributum non nisi ordinum consensu imperat; *Bodin. lib. 6. cap. 2. de Republ. Anton. JCtus Westphal. de jure princip. concl. 5. Auct.* der Politischen Schatzkammer *p. 2. lib. 2. disc. 2.* von macht vnd Gewalt des Königes in Hispanien. Et Nobilitas in Hispania, cum non nisi ex conventione Privilegiis suis firmata, pro provinciarum suarum defensione militet, raro Pyrenæum transcendit *Thuan. lib. 49. hist.* Quin etiam Regi Hispaniarum sub ingressu sui Regni certæ conditiones proponūtur, quibus jurejurādo se obstringere tenetur, in regno n. Aragonico peractis multis ceremoniis aliisq; legibus & conditionibus, quibus implendis obligatur, his tandem verbis Prioceres lingua vernacula Regem affantur: Nos qui nec virtute inferiores & potestate superiores te ipso sumus regem te creamus, his conditionibus legibusq;, ut unus aliquis plus habeat quam ut potestatis ac Imperii *Hottom. in Francongallia c. 12. Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 8. pag. 131.* ubi hunc modum initiandi Regis Aragonum jam pridem exolevisse, tradit, ne verò perfunctoriè aut cōsuetudinis antiquę observandæ causa jurasse putet tertiò quoq; anno in publico convētu hæc eadem verba repeti solent, quod si fidem datā negligit, ipso jure se indignum Imperio reddit, ita ut non pro eo amplius sed in eum preces concipiantur, ipsi verò sua fide & obligatione soluti sunt. *Juu. Brut. in Vind. contra Tyrann. q. 3.* Similiter in Regno Castellæ Concilio indictæ, Rex inaugurandus publicè primum admonetur sui officii, mox perlegūtur conditiones, tum jurat Rex se eas fideliter observaturum. Quod & in cæteris Hispaniæ regnis perinde observatur *Brut. dict. loco &c.* Aliud in Regno Gallico observari & absolutam potestatē Regem Galliæ habere & propria autoritate ll. condere putat *Bodinus* quando scribit *lib. 1. de Rep. cap. 8. pag. 151.* Ea verò quæ dicitur legum publicatio ac probatio in Senatu vel Comitiis, apud nos magnum habet ad leges tuendas pondus ac monē-

 tum

tum. Nō quia princeps hujusmodi probatione teneatur, aut legē sine senatus populivè autoritate vel consensu jubere per sese non possit, sed id Senatu probāte fieri, humanū est. *Et postea.*) Sed aliud est ultro, ac spōte quid facere, aliud ad id exsequēdū obligatione teneri, & *pass. in c. 8. dict. lib. 1.* Sed nimirum hæc profert Bodinus ut Regi suo blādiatur, & Galliæ Monarchiam probet cui tanti est patriæ caritas, ut etiā ab Asinorum majestate illius supremum præconium mutuetur, quādo cōtra Aristotelem negantem ex candescens & totus in fermento in tota ferè gallia ac potissimum in Agris Andium & Avernorum asinos robustos & mulos robustissimos nasci scribit, *in theatr. nat. l. 3.* Etsi n. gallorum Regis potestas magna, tanta tamen non est quantum alii opinātur, inquit *Rudolph. Maxim. apud Frid. Achil. in orat. contr. gal.* Regi siquidem nihil, quod ad statum Reipublicæ in universum pertineat, sine publici consilii auctoritate statuere licere, testis est *Hott. in Francogallia. c. 25.* Cujus rei, inquit, expressissimū & evidētissimum usque ad hanc ætatem nostram vestigium illud manet, quod senatus Parisiensis, qui veteris illius Parlamēti auctoritatem sibi magna ex parte ascivit, nullas Regis constitutiones, nulla edicta rata esse patitur, nisi, quæ apud se pro consilio cognita & consiliariorū suorum sentētiis comprobata fuerint. Hinc Ludovico XI. Curiæ parisiensi exitium, minitanti nisi leges à se latas promulgaret, purpurati patres constanter repugnarunt & rege ipso compellato, mortem ait Lavacrius præses, potius subibimus, quàm tuas leges iniquas ferri patiemur *Rudolph. Maxim. apud Frid. Achill. dict. orat. cont. gall. p. 291.* Neq; pactum à Rege initum ratum est, nisi cujus Parlamenti Parisiensis Cōsiliarii autorès comprobatoresvè extiterint *Hott. in francogallia c. 15.* Hinc cum Ludovicus XI. Galliarum Rex cum Carolo Burgundiæ duce pacem fecisset, petiit à Carolo, ut ejus voluntate sibi discedere liceret, quo in Senatu Lutetiæ curet pactiones recitari, Sic n. fert galliæ consuetudo, *inquit Phil. Comine,* & alioqui non sint ratæ futuræ, tametsi Regum potestas in iis rebus omnibus est singularis & eximia. *lib. 3. de reb. gest. Ludovici XI. pag. 416. & 417.* Bellum quoque Rex galliarum non

ex

ex suo arbitrio sed Parlamenti decreto suscipere debet, Unde Franciscus I. Bellum Carolo V. illaturus in Parlamentum venit parisiense & per advocatum suum expositis, quas ab illo factas sibi dicebat, iniuriis demonstravit, bellum sibi necessario suscipiendum esse, ut Flandriam & Artesiam, quæ nunc illius vitio & culpa ad se pertineant, recuperaret, & Galliæ rursus è qua prodiissent aliquando conjungeret; Amplissimā siquidem jurisdictionem habet Senatus Parisiensis, *ait Johan. Sleid.* cum in eum aliquando venire soleant ipsi Reges, quoties aliquid magni decernere volunt. *in illustr. rer. gall. descript. præfixa. comm. Com. de bello Neapolitano pag. 718. jean, de serres tom. 1. de l'inventaire de l' histoire de france fol. 484.* Neque Rex Galliæ monetam sine publici consilii autoritate mutare, Nec sine Parlamenti autoritate magistratum aliquem Regni exauctorare aut crimem abolere potest *Franc. Hott. in franco gallia cap. 25. Rudolph. Maxim. dict. orat. cont. gall. pag. 272. Auct.* der Politischen Schatzkammer *part. 1. lib. 2. disc. 12.* Estque parlamenti ea autoritas, ut decretis eiusdem acquiescere cogatur, inque controversiis non rarò causa cadat, neque suis adversariis, quibus cum litigat, præiudicare potest, Unde cum Henricus II. Italum servum in carcerem duci iussisset, & Sanctè iurasset in turpissimo scelere hominem à se deprehensum; iudices nihilominus fidem affirmandi Regi non habuerunt, & reum liberaverunt *Rudolph. Maxim. dict. orat.* Hocq; ipsum probat *Auct.* des wacht frühe auff / den Frantzosen vnd andern benachtbarten / quando scribit: Eben solche Gestalt des Gemeinen nutzes ist auch vorzeiten in Franckreich angestellet worden / also das die höheste gewalt nicht bey dem Könige allein stünde / sondern bey den dreyen Ständen / das ist bey den gantzen Reichs Rath oder Parlament also das auch kein König einen Krieg vornemen / oder New Zoll anrichten dürffte / wo nicht diese drey Stände solches bewilligten / nemlich die Justitia die Ritterschafft vnd das Gemeine Volck / Et verbis manifestis Auct. des Frantzösischen *Catonis ad Regem Gall.* das sich nemlich een E. May. der Rechtmessiger weise versamleter dreyer Stände jhres

König-

Königreichs schlus unterworffen. Hanq; politiam franciæ seu instituta & mores Regni *Hott.* non immerito frenum appellat quo Reges Franciæ coerceantur *in FrancoGall. c. 25.* quod confirmat *Auct.* des Frantzösischen *Caton.* oder nützlichen unterrichts / welcher gestalt der König in Franckreich seine Regierung nützlichen anstellen soll cum ait, E. May. vorfahren haben zu dem Ende des Parlament geordnet / damit sie durch dieses mittel ihr grosses ansehen / wie mit einem Zaum zurücke hilten/vnd den vbriegen gebrauch dessen abschnitten / als welcher dem Laster fast ehnlichen. Neque alia de causa *jean de Serres* Monarch. franc. adeò commendat, illamque ex omnibus justi & legitimi Imperii speciebus mixtam & temperatam scribit, & est (scilicet nostræ Monarchiæ) *inquit* un chef souverain avec une autorite absoluement souverain, mais affermie l'un pouvair si bien attrêpê par la contrebalance de ses subalernes autoritez, qu'on peut â bõ Droict. appeller la Royautè françoise temperature de tous les legitimes gouvernements delacho sepublique par une proportion du tout bien reglée, si les loix de son reglement sort bien observees. *in præfat. tom. 1. de l' histoire de frauce* Tantum itaq; abest, ut Bodino credamus Regem Gall. Ludovici XI. verbo pratum gallicum tondere posse, quoties ipsi libuerit, plenariam atq; absolutam habere potestatem, ut vel ipse *Bodinus* fateri cogatur: Regi nihil quod ad Reipubl. summam pertineat, sine equestris Collegii decreto suscipere licere *lib. 1. de Republ. c. 8.* Quinimò duas jurisjurandi formulas recenset, quarum priori Philippus I. Rex Francorum Henrici filius Regno sese obligavit: posteriorem verò ex antiquissimis Bibliothecæ Gergobiorum Archivis excerptam omnibus Regibus ad intuendum & ad imitandum proponit; *dict.* lib. 1. cap. 8.

18. Omnes ergò prudentes Nationes sive proprio sive alieno periculo edoctæ sapienter principum suorum potentiã certis conditionibus sive capitulis temperaverunt *Steph. Jun. Brut. in Vind. contr. Tyr. dict. q. 3. p. 159.* Quo tempore verò hoc fecerint Germani & quando de Imperio Cæsarũ lata sit germanorum lex Regia nemo est qui doceat, inquit Fried. Hortleder

ad

ad capitul. Cæsar. apud. Goldast. in polit. Imper. part. 12. In veteri quidem Republica Romanorum Imperatorum potestatem certis limitibus constrictam fuisse apparet ex juramento Augusti quod hac de re præstitit *Sueton. in Vita Augusti.* Simili modo Trajanus juravit & domum ac caput suum aliter si faceret, Deorum iræ consecravit, Unde *Plinius*, Vota, *inquit*, in quæ sint verba suscepta operæ pretium est annotare. Si bene Rempublicam & ex utilitate omnium rexeris digna vota quæ suscipiantur, semperque solvantur. Egit cum Diis, ipso te auctore, Cæsar Respublica, ut te sospitem, incolumemque præstarent, si tu cæteros præstitisses, si contra, illi quoque à custodia tui Corporis Oculos dimoverent. Et postea: Nam cum ita, Cæsar, excipias ut ita demum te Dii servent, Si bene Rempublicam & ex utilitate omnium rexeris, certus es, te bene Rempublicam regere, cum servent. *hactenus Plini.* Sed ex eo originem Capitulationis nostræ sumere qui velit, jus lege Regiâ Imp. Romanorum tributum imminutum fuisse, ut is doceat necesse est, quod quam difficulter fieri queat, vel exinde constat, quod jurata illa promissio quam Imperatores faciebant Romani, non specialem aut exorbitantis potestatis inducebat obligationem, sed modo eos id facere jubebat quod Regiæ Majestatis & potestatis proprium est; Summa namque Imperatorum Romanorum in veteri Republica, non obstante ulla promissione, extitit potestas *l. 1. ff. de constit. princip.* quæ Legis Regiæ beneficio in Cæsare Augusto tanta fuit, ut quæcunque ex usu Reipublicæ, divinarum, humanarum, publicarum, privatarumq; rerum esse censebat, agere poterat, *Sueton in ejus vita*, Nec promissio ista alio respiciebat, quàm ut Imperatores facerent id quod honestas exigit & commodum publicum, quod cum negligeret Nero & omnia pro libitu ageret, à Senatu hostis fuit judicatus, *Cuspin. in vita Neron. Sext. Aurel. Vict. de Cæsar. part. 2. Dionis. Gothofr. in histor. antiq. lib. 4. de vita Neron.* cujus tamen potestatem certis & specialibus conditionibus limitatam fuisse, ex historicis non apparet. Et de tali quoque generali promissione istud *Taciti* accipiendum, quod Regibus etiam

antiquissimis nunquam infinita aut libera fuerit potestas, *de mor. germ.* de illo nempe veterum Germanorum Regum loquitur jure jurando, quo in augurationis initio generatim fidem dabant, justè se regnaturos, facturosque nihil præter boni principis officium, *illustr. dux Saxon. in orat. de germ. lege regiâ.* Quale etiam præstitit Carolus Calvus in francia. Ego quantum sciero, inquit, & rationabiliter potuero, Domino adjuvante, utrumquemque vestrum secundum suum ordinem & personam honorabo & salvabo, & honoratum ac salvatum absque dolo malo ac damnatione vel deceptione conservabo, unicuique competentem legem & justitiam conservabo, & qui illam necesse habuerit, & rationabiliter potierit, rationabilem misericordiam exhibebo, sicut fidelis Rex suos fideles per rectum honorare & salvare, & unicuique competentem legem & justitiam in unoquoque ordine conservare & indigentibus ac rationabiliter petentibus rationabilem misericordiam debet impendere. Et pro nullo homine ab hoc quantum dimittit humana fragilitas per studium aut malevolentiam, vel alicujus indebitum hortamentum deviabo, quantum Deus intellectum & possibilitatem donaverit, Et si per fragilitatem contra hoc mihi susceptum fuerit cum hoc regno vero, voluntariè illud emendare curabo, *Henn. Arnis. de majest. cap. 6.* De eo quoque juramento & promissione generali verba juris Saxonici intelligenda: **Als man den König wehlet / soll er dem Reich Hulde thun / vnnd schweren / daß er die Warheit sagen wolte / vnnd alles vnrechte Kräncken / vnd das er des Reichs Gerechtigkeit beschirmen wolle / als beste er könne oder möge / Landrecht.** *lib. 3. art. 54.* Jurat siquidem Imperator antiquo more, *inquit. gloss* & jam inde usque à Carolo Magno ad nos deducto, *in dict. art. 54. & gloss. ad art. 8.* **Weichbild.** proinde nec à Caroli M. regiminis initio origo Capitulationis petenda, tantum enim abest, ut Lex Regia & potestas summa ac plenaria Imperatoribus tributa in persona Caroli M. fuerit imminuta, ut populus etiam omne jus suum & absolutam potestatem in ipsum transtulerit, *Avent. lib. 4. annal, Lup. de Babenb.*

de jure Imp. c. 12. & quis ipsi certas conditiones ac articulos quibus in administratione Reipublicæ obstrictus fuisset, præscribere aut voluisset aut potuisset, cum hic ab initio ante populi confirmationem & Leonis pontificis declarationem & coronationem jus istud Regium in Imperio germanorum bello obtinuit & ut proprium ac hæreditarium possidet *Albert. Grantz. lib. 3. Saxon. cap. 29.* Unde & successores postea in Imperio sibi constituit, deque eo ut de re propria disposuit, Extremo namque vitæ tempore, *inquit Eginhart.* evocatum ad se Ludovicum Aquitaniæ Regem, qui solus filiorum Hildegardis supererat congregatis solenniter de toto regno francorum primoribus, cunctorum, consilio consortem sibi totius Regni & Imperialis nominis heredem constituit: Impositoque capiti ejus diademate, Imperatorem & Augustum jussit appellari, *in vita Caroli M.* Eodemque modo, jure scilicet hereditario Ludovicus Pius Imperium in posteros & successores transtulit, quos legem certam de administrationis modo sibi poni passos fuisse, haud probabile est. *arg. l. in re mandata. C. mandat.* Itaque ut de origine vera constet capitulationis, ad id tempus respiciendum quo Imperium cepit esse electivum, id quod factum stirpe Carolinâ in Ludovico Arnolphi filio extincta, ubi libera Regni administratio jure gentium ad populum vicissim rediit, Et cum is Reipublicæ negotia tractare non posset, statim ad optimates, salva tamen populi libertate Regni jus deductum est, Cum & ipsi tantæ civitati, nisi per unum autoritate & potentiâ præ cæteris armatum consuli non posse animadverterent, principem creatunt, cui certis limitibus circumscripta potestas non perpetua & ad hæredes transitoria sed ad vitam administranda commissa est. Hoc igitur tempore Capitulationem sive legem Regiam germanorum natam primum, deinde tractu temporis magis magisque auctam, existimo In qua opinione me confirmat, quod populus & proceres germani stirpe Caroli M. sublata, in electione Conradi I. valde erant soliciti ut imperium committerent idoneo & tali qui rectè & justè sciret Rempublicam administrare, cum enim

universus Francorum & Saxonum populus, *inquit Cuspinian.* germanorumque procerum concursus ad Othonem Ducem Saxoniæ fiebat, eumque Augustum salutabant, excusatione usus: Si germanicis rebus, dixit, usui dextra mea esse posset, nullum corporis laborem, nullam animi solicitudinem, pro communi salute recusarem, sed cum imperium à familia Caroli translatum, magnarum rerum inclinationes ac ingentes motus facturum sit, duce opus est, qui sciat, possitque ac audiat inter tela volitare, exercitumque non consilio magis regere quam exemplo movere. Talis est itaque Vir vobis quærendus, non qui ex Imperio decus sibi expetat, sed Imperio afferat, id quod unicum possum, consilio vos, remque germanicam juvabo, Conradus Franconiæ dux & opibus & robore animi ac corporis, fide, existimatione ac majestate est sustinendæ ponderi hujus rei, quam mihi judicio vestro ultro detulistis, longè aptissimus, hunc vobis regem constituite, *hactenus Cuspinian. in vita Conradi.* Hisce othonis verbis persuasi proceres Imperii summum Imperii decus in conradum contulerunt, idque ut eo melius Reipublicæ prospicerent, non nisi sub certa pactione & lege cujus inter alia membra etiam hoc adjiciebatur, ut Conradus quidem Imperator salutaretur & sceptrum teneret, summa tamen rerum gerendarum administratio penes otthonem esset *Cuspin. Dict. loc.* Hæc pactio in electione Conradi nata, in Imperio recepta & confirmata est, ita ut subsequentes Imperatores sub eadem lege ad solum Regale admissos fuisse, conjecturare liceat, imò tractu temporis pactionis istius membra ac puncta quædam sublata, alia verò substituta & adjecta fuisse, probabile est. prout de electis, quibus summa rerum potestas committenda, proceres spem administrationis concipiebant, & sæpissimè eveniebat, ut quæ in Imperatore desiderabantur, subsequenti tempore Capitulationem ingrediebantur, cujus rei exemplum habemus in Henrico IV. Is enim adolescentiæ usus libertate, cum venationi & luxui operam dare, principes alios contemnere, nobiles opprimere, ignobiles efferre, filias illustrium obscurioribus conjugare, præsidia

ſidia non iis quibus debuit, committere, & omnia licentius agere cœperat, omnium inde in ſe traxit odia, ita ut plerique principes eum Regno privare ſtuderent, plerique vitâ, plerique apud ſummum pontificem maximis accuſationibus & graviſſimis querelis onerarét ac de ſimoniacâ pravitate redarguerent, *Cuſpin. in vita Henr. IV.* Unde cum ordines Imperii in comitiis Forcheimenſibus Anno 1077. propter immanem ſuam truculentiam ipſum deponere imperio, ac novum Imperatorem certis quibusdam conditionibus præſcriptis creare volebāt, & Legatus pontificius, q forte tunc ibi aderat, contra dicere, cumque creandi modum ut omninò novum & inſolitum oppugnare cœperat, non obſtante iſtâ Legati contradictione, cauſæ quædam, quas quod injuſtè viguerant, deberet emendare, ſpecialiter exceptæ fuerunt, Una: Ut Epiſcopatus nec prece nec pretio corruptus daret, ſed ut Eccleſiis electionem liberam permitteret, altera: Ut eligendi Cæſaris poteſtatem ordinibus concedens, dignitatem Imperii minime faceret hereditariam *Bruno in hiſt. belli Saxon. in hiſtoricis veteribus Marq. Freher. tom. 1. fol. 134.* Ex eo tamen, quod legatus pontificius hunc creandi modum ut novum & inſolitum oppugnabat, male concludunt, *illuſt. Dux Saxon. in orat. de Capitulat. Cæſar. & Frid. Hortled. ad capitul. Cæſar. apud Goldaſt. part. 12. polit. Imp.* ſub turbulento Henrici IV. Imperio demum hanc legem Regiam natam fuiſſe, cum non tàm ipſe modus Imperatorem ſcilicet non niſi ſub certâ pactione ad gubernationem admitti, qui jam tempore electionis Conradi, ut dictum, in uſu, quam conditiones quædam novæ ac inſolitæ Legato videbantur. Quibus tempore electionis Rudolphi Haſpurgenſis ad huc alias adjectas fuiſſe ex ſtatu Imperii, qualis tunc temporis erat facilè colligere licet, Non ſolum enim Gregorius pontifex, audiens congregatos eſſe Imperii principes & petiit & mandavit, ut ſynceræ puræque electioni intenderent, ac non tam Eccleſiæ, quàm Imperio providerent; cum jam Imperium tot annis ſciſſum ruinam minaretur, verùm & ipſi principes, an Rudolpho juramentum præſtare vellent ab initio non ſine

causa ancipites fuerunt, quibusdam absentiam quorundam causatis, id recusantibus, cui tamen ut præveniret Rudolphus, arrepto Crucis signo dixisse fertur. Ecce signum in quo salvatus est mundus, hoc sceptri loco utemur. Quâ re moti principes crucem exosculati fidelitatis juramentum absque dubio sub certâ lege præstiterunt, auxilia contra rebelles & qui Imperii loca violenter sibi usurparent, promittentes, *Cuspin. in vita Rudolphi.* Cumque Adolphus in Imperio omnia pro libitu ageret, principes Imperii negligeret, adulteria committeret, Virgines moniales, viduas vi constupraret, fidem & literis & sigillo roboratam violaret, & id genus multa scelera admitteret, adeò ut Imperio demum fuerit depositus, quod idem accidit Wenceslao qui luxui tantùm & crapulæ deditus ad libidines proclivis, ad immunitatem usq; sævus ac truculentus erat, quis negabit, illorum tempore, quasdam ad minimum particulas & novos articulos Capitulationi additos, & ita excessum dominationis causam strictioris formulæ ac obligationis fuisse. Quod & accidisse tempori Caroli IV. aut post ipsius obitum, præsumendum ex eo, quod Maximilianus I. Imparator de hoc dixerit. Eo pestilentiorem pestem germaniæ nunquam obtigisse, *Spiegel. lib. 5. comm. ad Ligur. Gunth.* quamvis aliâs hic princeps suâ laude non careat, Aliquas siquidem Imperii *inquit. Frider. Achill.* in musarum hortis jucundè pavit, purpuram & diadema inter Cathedræ subsellia scholastica submisit *in orat progerm.* Ex quibus omnibus manifestum, Capitulationem Cæsarem natam tempore Conradi 1. tractu temporis magis magisque auctam esse, increscente præsertim sub Carolo IV. dignitate Electoriâ quoad in eam quæ hodiè in usu est amplitudinem excreverit, ita ut de omnibus membris articulis & capitulis quo tempore adjecta fuerint non constet, cum ea quæ pulatim irrepere solent vix unquam percipiantur, nec nisi conversione secutâ sentiantur. *Bodin. lib. 2. de Repul. cap. 6.* imò adhuc pro statu præsenti aliæ atque aliæ conditiones & leges ab Electoribus novo designato Romanorum Regi præscribi solent *Casp. Ens. in libello de elect. & in aug.*

gur. Reg. Roman. cap. 1. Quamvis in generalibus fere hodierno tempore conveniant ut apparet ex iis capitulationibus quarum copias habere possumus, ut Caroli V. Ferdinandi Maximiliani II. Rudolphi II. apud *Sleidan. lib. 1. comm. Melch. Goldast. Haimins feldium. part. 2. sub Anno 1519. 1520.* in den Politischen Reichshändeln / *part. 5. sub Anni 1562. & in latinâ editione politicorum Imperial. part. 12. sub Anno 1575.* ita etiam Capitulatio invictissimi nostri Cæsaris D. Matthiæ, cui Deus vitam det longævam, typis impressa sub tit. Extract. der fürnembsten Articell vnd Puncten so Königliche Mayestet steiff vnnd fest zuhalten angenommen / bewilliget vnnd zugesagt hatt.

Utque eó minus contra conditiones præscriptas Cæsar quid facere possit, ad conservationem Capitulationis vi juramenti adstringitur. *Aut. anon. de stat. polit seu. civili lib. 4. disc. 10. Julius* Pflug *in orat de Republ. germ. curandâ* Unde hanc clausulam Capitulationibus Cæsareis videmus adjectam: Solches alles vnd jedes besonder / wie obstehet / haben wir obgenander Römischer König den gedachten Churfürsten geredet / versprochen / vnd bey vnsern Königlichen Ehren / würden vnd werden / im Nahmen der Warheit zugesagt / Thun dasselbe auch hiermit / vnnd in Krafft dieses Brieffs / immassen wir wir dann das mit einem lieblichen Eyde zu G O T T vnnd dem Heiligen Evangelio geschworen / dasselbe stet / fest / vnverbrochen zuhalten / dem treulich nachzukommen / darwieder nicht zu seyn / zuthun / noch zuschaffen / gethan werden / in einige weise oder weg / wie die möchten erdacht werden / Idque more aliarum Rerumpublicarum quarum Leges fundamentales multiplici circumvallantur sepimento, nempe vel jure jurando vel apposito custode libertatis, vel eo pacto ut liceat in casu contraventionis indignum pronunciare Imperio Regem, Quam legem commissoriam appellitant, *Christoph. Besold. in polit. lib. 1. cap. 8.* Neque quod agunt in eligendo Imperatore, Septemviri ante ratum habetur, q̃ si leges in Capitulatione cõprehensas designatus Imperator accipiat,

piat, juramento confirmet, fidemque det Electoribus singulis, interpositâ cautione scripta, ab iis nullo modo se recessurum, hæc enim verba finalia capitulationis, Dessen zu Uhrkundt/ haben wir dieser Brieff sechs. (pro numero scilicet electorum tempore cujusque electionis) in gleichen laut gefertiget / vnd mit vnsern anhengenden Insiegel besiegelt / vnnd jedem obgenanndten Churfürsten/ einen zustellen lassen / *Goldast. in polit. Imp. patr. 12. Johan. Sleidan. lib. 1. comm. p. 28. Julius* Pflug. *dict. loco. Georg. Sabin. in histor. de elect. & coron: Carol. V. Henn. Arnis. de majest. cap. 6. illust. Dux. Saxon. in orat. de capitulatione regiâ* Miretur tamen aliquis, Imperatorem non nisi præstito Electoribus juramento, Sceptrum tenere, nec nudam sufficere promissionem Imperatoriam, ita namque Reges & Regni majores admiratione permoti, quod Archiepiscopo panormitano pallium tali conditione offerretur, si is fidelitatem pontificii juraret, inquit *papa paschalis in c. significati 4. extr. de election* 1. Quis enim à principibus Sacramentum exiget? Quis fidem illorum accusabit, & verba in dubium vocabit? Cum sacrilegii instar sit, verba principis in suspicionem vocare *l. 2. c. de crim. sacril.* 2. Et nonnè Electores Vasalli Imperatoris *tit. 29. Aur. bullæ.* huic ergo reverentiam debent, cujus effectus, ut seniorem adigere non possint ad juramentum præstandum *tit. 33. F. 2. Sonsb. de feud. part. 14. n. 35. Rosenth. in synopsi feud. cap. 12. concl. 5. n. 10. Rittersh. in partit. feud. lib. cap. 1. q. 12. Vult. de feud. lib. 2. cap. 3. n. 6.* Cum nec libertus à patrono juramentum exigere queat, eò quod hoc ipso reverentiam patrono debitam lædere videatur *l. 8. §. p. ff. qui sadind. cog. l. 2. ff. de obl. patr. præst. §. 13. 14. ff. de damno infecto Donell. 24. comm. 13.* 3. Unde non immeritò Honorius III. pontifex concludit, Regem Ungariæ alienationes, quas jurejurando confirmaverat, cum hoc in præjudicium regni & contra Regis honores tenderet, licitè revocare posse *c. intellecto 33. extr. de jurejur.* Verum ut ut hæc speciosa, nihil tamen obstant juratæ promissioni Imperatoriæ, & si enim turpe sit ut aliis omnibus, quibus vel minima virtus cordi est, ita

ita maximè principi Viro fidem fallere & pacta violare, cujus vox potius instar oraculi esse debet, unam habent linguam & calamum *Arnold. clapmar. de arcan. Rerump lib. 5. cap. 8.* Unde Archiepiscopus Coloniensis, Verba inquit, Cæsareæ majestatis mihi pro juramento sunt, *Crantz. lib. 6. cap 46. in saxon.* Quo nomine *Cuspin.* Adolphum Nassaviensem inter cætera solio Imperiali dejectum scribit, quod fidem literis & sigillo roboratam violare solitus fuit, *in ejus vita.* Edictum namque prætoris Pacta servabo, *inquit Bald. in rubr. de consti princip.* æquum est, & ab ore Dei processit, hoc est, tam principi quàm aliis positum, siquidem is Dei legibus peræque ac subditi obligatur *Osw. Hillig. lib. 12. Donel. enucl. c. 22. l. 2. Hering. de fidejuss. c. 7. n. 285. Duar. ad l. 5. ff. de pact.* Hæc quamvis ita sese habeant, quis tamen negabit, juratam promissionem arctius stringere, cum apposito jurejurando cautior & diligentior animus fiat, à duobus enim sibi tum cavet, & ne lædat amicos, & ne peccet in Deum, & promissio juramento ideo confirmari solet, ut metu numinis divini eam exactè jurans impleat *l. 2. C. de R. C.* in causis siquidem publicis & Imperii gravissimis solemne juramentum promissioni etiam firmiter factæ præferendum, Unde principes Imperii juramentum fidelitate in formâ præstant *Waremund. ab Erenb. de fœderib. lib. 2. fol. 108.* Nec juramento hoc Cæsareo officit. I. quod instar. sacrilegii sit verba principis in dubium vocare, præterquam enim, quod aliud sit de fide principis dubitare & aliud fidem per se firmam arctius confirmare, maximè in rebus publicis Imperium concernentibus, non ab imperatore hoc juramentum principes electores exigunt, Sed ab eo qui adhuc coronandus & in imperatorem promovendus, cuique nondum fidem debent, cum id quod in eligendo imperatore septem viri agunt ante præstitum juramentum non ratum habeatur *Joh. Sleidan. lib. 1. comm.* Ex quo etiam 2. corruit, quod Vasallus seniorem aut libertus patronum ad juramentum præstandum adigere non queat, quia cum jurat nondum imperator est, nec dici potest, & ideò

nec dominus nec patronus, sed post præstitum Demum juramentum has appellationes sibi assumit, quinimò juramentum hoc non tàm Electoribus Vasallis maximè singulis, quã imperio, cujus vicem electores sustinent, præstitũ censeri debet, Neq; 3. pontifex *in dic.c.intellect.* juramentũ à Rege Vngariæ præstitum ideò irritũ facit, q jure plane non potuerat aut debuerat, sed propterea, quod prius juratò promiserat se jura regni non alienaturum cui juratæ promissioni posterius juramentum contrarium de alienationibus non revocandis, ut in præjudicium regni & contra sui honorem præstitum Honorius papa meritò rejicit & penitus non servandum pro-

20. nuntiat. Jurat quoque Imperator cum inauguratur, præeunte conceptis verbis Coloniensi Electore, qui quærit à Rege Rom. Vis sanctam fidem Catholicam à sanctis Apostolis traditam tenere & operibus fide dignis servare? Respondet ei Rex: Volo, item Colon. qrit: Vis sanctis Ecclesiis, Ecclesiarumq; ministris fidelis esse tutor & defensor? Resp. Rex: Volo, item Coloniensis quærit: Vis regnum Dei tibi à Deo concessum secundum justitiam prædecessorum tuorum regere & efficaciter defendere? Resp. Rex: Volo. item Colon. quærit? Vis jura & Regna Imperii, bonaque ejusdem injustè dispersa conservare & recuperare, ac fideliter in usus regni & Imperii dispensare? Ad quod & alia Rex quæsit9 positis duob9 digitis manus suæ dexteræ super Altare, respondet: Volo & in quantum divino suffultus fuero adjutorio & precibus Christianorum adjutus, quantum valuero omnia præmissa fideliter adimplebo, sic me DEUS adjuvet & sanctum ejus Evangelium. & tunc demum promittitur ei fides & obsequium à populo; Quærit etiam Colon. Elector à principibus Alemaniæ, clero & populo circumstantibus: Vultis tali principi ac rectori vos subjicere, ipsiusque regnum firmare, fidem stabilire, atque jussionibus illius obtemperare juxta dictum Apostoli: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit sive Regi quasi præcellenti? Ad quam quæstionem Archiepisc. Moguntin. & Trever. princi-

principes Alemaniæ, Clerus, & populus assistentes respondent dicentes: Fiat fiat, *Henning. Göden. de elect Regis Rom. cap. 8. Hartm. Maur. de coronat. Caroli V. Imper. apud Goldast. in polit. Imp. p. 3. pag. 270. Auct. relat. coronat. Imper. Matth. apud Goldast. part. 1. Adam & Nicol. Heyden. in hist. in augur. Maximil. II. Simon Schrader. de elect. & coron. Maxim. II. Caspar Ens in libello de Elect. & inaugurat. Regis Rom. cap. 4.* Hæc autem cur adeò diligenter & anxiè? Nempè ut homines nostri intelligant, se non in hominis cujusdam acerbioris, sed in patris ejusque perbenigni potestatem venire, *Julius Pflug dict. orat. de Republ. germ. cur.* Utque sciamus Imperatorem esse minorem Imperio, ut pontificem Concilio, Episcopum capitulo, Actorem Universitate, Vasallum Domino, atque adeò quemlibet hodiè Regem eo, cui jurat Regno. *Steph. jun. Brut. in Vindic. contra Tyrann. quæst. 3 Henning Arnis. de majest cap. 6. Friederich Hortleder. de capitulat. regiâ apud Goldast. part. 12.* Hinc cum imperator spondet se facturum boni principis officium & capita ac conditiones ab electoribus sibi propositas jurisjurandi religione confirmat cui tunc demum populus fidem promittit apparet ipsum populo purè populum verò Imperatori obligari sub conditione; Si præstet fidem juratò datam *Friederich Hortleder dict. loco.* Unde Archiepiscopi, Episcopi & plerique omnes præsules, duces & comites Saxoniæ apud *Lamb. & Schaffnab.* per legatos ad Henricum IV. sacramento se ei fidem dixisse inquiunt, sed si ad ædificationem, non ad destructionem Ecclesiæ Dei Rex esse vellet: Si suum cuique ordinem, suam dignitatem, suas leges tutas inviolatasque manere pateretur: Sin ista prior ipse temerasset, se jam Sacramenti hujus religione nô teneri, sed quasi cũ Barbaro hoste, Christiani nominis oppressore justum deinceps bellum gesturos & quo ad ultima vitalis caloris scintilla superesset, pro Ecclesia Dei, pro fide Christianâ, pro libertate etiam sua dimicaturos: Eadem sunt verba Ottonis Ducis Saxon. ad eundem Henricum IV. apud *Brunonem in hist bell. Sax.* Quod ipsum haud parũ probat quantũ potestatis imperatori hoc juramẽto detrahatur, jurant eq- 21. 22.

 dem

dem & alii Reges ac principes, qui verè Reges sunt, & absolutam in suos habent potestatem, sed ad quod ex officio tenentur, illud interposito jurejurando ut populus de eorum voluntate minus dubitet plenius confirmant; tale est juramentum Regum Burgundiorum antiquum. Omnibus legem justitiam, Manıburgium id est tutelam conservabo, *Annal. Burg. Annis. de majest. cap. 6. n. 4.* Item Gallorum, quod *Bodin.* proponit: Juro ego per Deum omnipotentem ac promitto me justè regnaturum judicium, æquitatem ac misericordiam facturum. *lib. 1. de Republ. c. 8.* Sic etiam Wilhelmus qui primus Normannis Angliam subjecit quamvis absolutè & ex arbitrio dominaretur, tamen in hæc verba juravit Archiepiscopo Eboracensi: se defensurum Ecclesias earumque præsides gubernaturum populum in justitia sicut decet ordinaturum, rectas Leges eæque ut observentur curaturum cui prorsus simile est jusjurandum Richard. I. se servaturum pacem, honorem & reverentiam habiturum Deo, Ecclesiæ, ejusque ministris, populum gubernaturum in justitia, pravas leges & consuetudines aboliturum, bonas retenturum. Hæc omnia sunt officii Regii quæ princeps præstare tenetur, etiamsi non juret: Hi ergô propterea non sceptra capessunt, quia jurarunt, sed quia sceptra capessunt idcirco jurant, Sicut *Cic.* dicit, Non propterea coire apes ut favos faciant. sed postquam cojerunt, tum favos facere *Et apologia Catholica pro Navar. p. 111.* Non ideo est Rex quia coronatur, sed propterea coronatur quia Rex est. Noster verò imperator quando capitulationem jurisjurandi religione confirmat, non tantum obligatur ad ea, quæ pertinent ad officium boni principis, Sed certis legibus quoque se subjicit, potestati suæ certos limites ponit, & solium non nisi ex pacto conscendit, nec jurat quia sceptrum tenet, sed quia jurat ideò ad Regni sceptrum admittitur; Hocque juramentum simile illi quod præstitit Steph. Bator. Rex polonor. Ego N. Spondeo, quod omnia jura, libertates, privilegia publica & privata juri communi utriusque gentis, & libertatibus non contraria Ecclesiasticis & secularibus, Ecclesiis, principibus

Baro-

Baronibus, Nobilius, civibus, incolis & quibuslibet personis cujuscunque status & conditionis existentibus, per divos prædecessores meos & quoscunque principes dominos Regni Poloniæ & magni ducatus Lituaniæ â Casimiro M. ad Henricum justê & legitime datas & concessas, emanatas & donatas leges, ab omnibus ordinibus tempore interregni statutas, atque sancitas, aut oblatas, & pacta ac conventa Oratorum meorum nomine meo cum ordinibus tenebo, observabo, custodiam, tuebor & implebo in omnibus conditionibus, articulis & punctis in eisdem expressis. Et in fine: Et si, quod absit, juramentum in aliquibus violavero, nullam mihi incolæ regni omniumque dominiorum uniuscujusque gentis obedientiam præstare debebunt: imo ipso facto eos ab omni fide & obedientia Regni debita liberos facio, absolutionem nullam ab hoc juramento meo â quoquam petam neque ultrò oblatam suscipiam, Sic me DEUS adjuvet, *Chytra. lib. 23. Saxon.* Tale juramentum quoque est, quod præstitit Uladislaus II. ab Ungaris ad Regnum vocatus, ubi inter alia promisit, quicquid antistites, Reguli & optimates pro regni libertate & commodo ante coronandi tempus ex antiquorum more sancire voluerint, ratum, se habiturum nihilque ex divorum Regum legibus abrogaturum, immutaturumve. *Bonfin. decad. 4. lib. 9. rerum Ungar.* Nec dissimile juramentum Matthiæ Regis Ungariæ & Christierni II. Dan. cui hæc verba adjecta fuerunt: Si vero, quod DEUS avertat, contra istos articulos agendo delinqueremus & Senatorum Regni admonitionibus nullo modo locum dare institueremus, tum omnes Regni incolæ ratione honoris & juramenti sui conjunctis viribus fideliter in hoc occumbere debent ut hoc avertant. Id faciendo contra sua juramenta, obligationes, homagia, quibus astricti nobis sunt nequaquam fecisse censeri debebunt *Lauterbach. in Regendenbuch lib. 1. c. f.* Et in juramentis Regum Sueciæ, Episcopi, Equites, Nobiles, Cives & vulgus obligantur, ut si Rex quicquam contra articulos pacti committere, vel per alios designare ausus fuerit, sub ipsorum honore & juramento teneantur ipsi adversari *Chytr. lib. 2.*

22\. *lib. 2.* Quantum ergò potestatis Imperatori hâc capitulatione decedit, tantum statibus Imperii viceversâ accedit, ut falsum sit, nihil potestatis in Imperio habere status Imperii, Hi enim non nisi ut dictum sub certis conditionibus habenas Reipublicæ transferunt, qui vero certâ lege committit, is utique non ita transfert ut omni se imperio exuere & quicquid potestatis habet, in alium transfundere velit, sed (quæ natura conditionis est) sibi quoque Imperium retinere si qua ex conditionibus adjectis impleta non fuerit *illustr. Dux. Saxon. in orat. de german. lege regiâ habitâ in Academ. Salanâ.* Illudque ipsum est quod ad Campegium Cardinalem Erasmus Roterodamus scribit: Magnam quidem esse Caroli V. Cæsaris potentiam sed hoc nomen ab omnibus non agnosci, Germanos verò qui agnoscerent, illud certis conditionibus sic agnoscere, ut imperent verius quam pareant. *Sleidan. lib. 8.* Hocque Carolus V. gloriæ sibi duxit quando dicere solitus est: In germania se regibus, in aliis regnis ac provinciis mancipiis ac servis imperitare. *Bernh. Zieritz. de princip. int. ips. dign. prærog.* Cum quo convenit istud Imperatoris Maximiliani, Regem Hispaniæ hominum, Regem Galliæ Asinorum, Regem Britanniæ diabolorum, se verò Regem Regum esse, *Magn. Dux. Würtemb. apud Frider. Achill. in orat. pro gall. pag. 211.* Et hinc statuum Imperii duplex potestas. Una quæ consistit in personis ac rebus ditionum suarum, quas ut provinciarum ac locorum certorum Imperii Domini ac possessores obtinet, Quam recentiores vocant superioritatem aut jus territorii principum sive jus superius. *Carol. Sigon de regno Italiæ lib. 7.* vulgò die Landesfürstliche / oder Landesobrigkeit *Thomas Michaël. de jurisdict. concl. 44. Paurmeist. de jurisdict. Imp. Rom. lib. 1. cap. 6. num. 5. Besoldus de jurisdict. Imp. Rom. quæst. 18.* Altera consistit in totius imperii Romani administratione, quippe quod illi jus statuendi cum imperatore adeoque jus sessuræ ac dicendæ sententiæ tanquam optimates Reipublicæ in comitiis imperii habeant. *Matth. Steph. de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 1.* Quamvis enim

is enim in Reformatione Friderici III. Imp. de Anno 1442. in ordinatione Cameræ antiquiori, & in constitutione Maximiliani I. de pace publicâ de Anno 1495. consilii tantum mentio fiat, in novissimis tamen imperii legibus etiam consensum expressè notatum invenimus, ut in recessu de Anno 1500. 1512. 1521. & aliis semperque fere hæc clausula conspicitur adjecta. Vnnd haben wir vns mit den Ständen / vnd sie sich hinwiederumb mit vns verglichen. *Paurmeist. de jurisdict. imp. Rom. lib. 1. cap. 4. num. 39. & seqq. Christoph. Besold. in tractat. de jurisdict. imper. Roman. quæst. 13. Wolffgang. Frideric. à Pappenheim in disc. de jure publ. cap. 3. concl. 6. apud Arum. tom. 1. jur. publ. pag. 1045. Bertam. de Comitiis th. 5.* Potestatem ergò summam quia status Imperii cum in imperio habent, etiam majestatem unâ cum Imperatore tenent, cum majestas sit & definiatur summa potestas *Arnis. de majest. c. 1. Bod. de republ. lib. 1. cap. 8. Besold. in polit. lib. 1. cap. 2.* Quo respectu status Imperii optimo jure in suis scriptis epistolis & edictis utuntur hâc locutione. Wir von Gottes gnaden. Quam phrasin aliâs Ludovicus XI. Rex Galliæ de suis rescriptis detrahi jussit Franciscum Armoricorum Ducem. Hinc etiam Electoribus tanquam primariis statuum membris majestatem tribuit decretum Cæsareum quod refert. *Bruning. de var. univers. specieb. concl. 10.* Das der Churfürsten Hoheit vnnd autoritet mit eines Römischen Käysers Gewalt vnd Hoheit / daher sie auch fleust / dermassen Verbunden / das eine ohne die andere nicht Verschmählert werden / auch ohne die andere nicht bestehen kan. Sed de hisce plura cap. penultimo & finali.

24. Ex quibus manifestum, faciem illam Romani Imperii qualis tempore Justiniani fuit penitus immutatam esse, Quondam enim magistratus ad solam vel urbis vel provinciarum rerumq; ad illa pertinentium administrationem cum potestate juris dicendi adhibebantur. Nunc verò status Imperii in consortiũ quasi sumi Imperii admissi, eâdem fere in suis territoriis gaudent potestatis sublimitate, quâ Imperator ipse *Besold. in pr. tract. de juris. Imp. Rom.* Etsi n. hodiè stat' Imperii pro-

consu-

consulum & præsidum locum obtineant, non tamen in eorum jus successerunt, quippe perpetuam habent jurisdictionem, ad heredesque transitoriam, cum olim magistratus pro libitu Imperatorum constituebantur. *Besold.dict tr.quæst. 16.* Causa hujus est præsens capitulatio sive lex regia germanorum, quæ à lege regiâ Romanorum longe diversæ: proinde & longè diversus hodiernus Reipublicæ ac Imperii nostri status, de quo ex capitulatione hac Cæsarea judicandum, quæ majestatem in Imperio constituit realem, ex quâ vicissim Majestas personalis dependet, & ab ea certis modis ac conditionibus circumscribitur, Uniuscujusque namque Reipublicæ sive Imperii quoddam est fundamentum seu summa potestas, quæ Majestas dicitur Realis, quia rei ipsi perpetuò inhæret, & Imperio est coæva, nec per decessum Regis aut principis unâ exspirat, sed quâmdiu Corpus Regni durat, permanet, & sub ipsis interregnis & à terationibus gubernationum persistit, *Herman, Kirchn. de Republ. disp. 2. th. 3. Besold. polit. lib. 1. c. 2. Keck pol. lib. 1. c. 6. 6. Lamb. Dan. in polit. Christ. lib. 3. c. 6. Velsten cent. quæst. po'i decad. 8. q. 3. in f.* Cujus intuitu etiam post legem regiam populus Romanus aliquam retinuisse dicitur Majestatem *l. 7. §. p. ibi*: Majestatem nostram *ff. de capt. & post. rev. l. 3. versu lex autem julia, ibi.* Majestatem publicam *ff. ad l. jul. majest.* indeque crimen majestatis tàm adversus populum & Rempublicam, quàm ipsum principem committi dicitur, *l. 1. §. 1. ff. ad l. jul. maj. Henr. Boc. de crim. læs. maj. c. 1. n. 25.* Ad hanc majestatem Imperii personalis majestas perpetuò respicit & ex hac eadem dependet, Vnde fit, ut majestati Regni regnantis majestas tanquam superiori obnoxia sit & obstringatur. *Kirch. dict. loc.* Ut in fœderibus quandoque Regni majestas non regnis exprimatur *Bodin. lib. 1. de Rep. cap. 7.* Ut possit personalis majestas illius, qui contra realem Imperii majestatem insurgit, impunè lædi, *Cic. 2. off. Bodin. lib. 2. de Rep. c. 5.* Ut possit Cancellarius Regni ea quæ contra majestatem regni esse videntur Regi jubenti & flagitanti denegare; *Crom. lib. 2. polon.* Atunde

unde hæc majeſtas realis deſumenda? Ex legibus nimirum fundamentalibus, ſub quibus quæque Reſpublica & conſtituta, & tanquam fundamento innititur; Ita noſtri Imperii majeſtas realis ex lege fundamentali, Capitulatione ſcilicet Cæſarea dijudicanda, ad quam viciſſim Imperatoria majeſtas, quæ perſonalis, reſpicit, & ab eâdem dependet, Hinc Cæſaris noſtri poteſtatem ad tenorem obſoletæ legis Regiæ qui perpendunt & æſtimant, ne illi non modo operam oleumque ſuum inutiliter conſumunt, ſed etiam perinde faciunt, atque.

Cervino capiti cervicem pictor equinam
Jungere ſi velit—————————

Friederich Hortleder *de lege Regiâ german apud Goldaſt. in polit. Imp. part. 12.* Contra haud inſulsè argumentari videntur, qui non ex jure latino legibusque Romanis, ſed ex fundamentalibus ſanctionibus Imperii hodierni de poteſtate Cæſaris ratiocinandum eſſe aſſertant, quod verbis ſatis apertis exprimit *Auct.* der Donawertiſchen *information pag. 12.* das ipſa Reipubl. germ. forma, *inquit*, nicht aus den Lateiniſchen Rechten oder Bartolo vnd Baldo ſondern vielmehr auß des Reichs löblichen herkommen vnd daher rührenden alten verfaſſungen auß der gülden Bull / Käyſer vnnd Königlichen Capitulationen des Reichsabſchieden vnnd Conſtitutionen zunehmen / *Goldaſt. in polit. Imper. part. 12.* Cumque majeſtas realis perpetua & Imperio coæva, adeoque & fundamentum iſtius quod eſt ut dictum Capitulatio, perpetuum ac firmum, apparet Imperatorem eam tollere aut retractare non poſſe *arg. l. ſicut 5. C. de O. & A.* præterquam enim quod juramento contravenire non poſſit, quo conditiones ſibi præſcriptas ſtrictè ſervaturum promiſit; Bey Königlichen ehren würden / vnnd Worten / im Nahmen der Warheit / immaſſen wir dan des einen Leiblichen Eydt zu Gott vnnd den Heyligen Evangelio geſchworen / ut verba habent juramenti, capitulatio non ſuo nempè Imperatoris, ſed electorum conſenſu concepta eſt, quorum conſtituentium autoritas ad hocur

26.

ab eadem recedere liceat accedat necesse est, cum nihil tam naturale, quam eodem modo, quo quid colligatum est, destrui *l. nihil ff. de reg. jur. Prückm. de soluta potestate eff. 4. Kirch. de Republ disp. 3.* Quamvis verius, illam ne quidem

27. Electorum consensu tolli posse, cum alia hic sit ratio constructionis & alia destructionis, illa enim cum Imperii commodo, hæc verò cum ejusdem detrimento conjuncta est & licet potestas eligendi & deponendi Imperatorem penes solos Electores, hi tamen quicquid agunt in electione, nomine reliquorum principum & totius populi agere videntur. *Nicol. Cusan. de concord. Cathol. lib. 3. c. 4.* proinde illorum electio habenda, ac si à totà universitate principum & populi, à quibus in ipsos ea potestas translata est, facta esse, *Babenberg. de jure regni & imper. Rom. c. 6.* non autem alia potestas ipsis concessa, quàm quæ cum Reipublicæ commodo & salute Imperii conjuncta. Und Albertus Elector Moguntinus ad Collegas electores in oratione habitâ in renunciatine Caroli V. Imperatoris, conciliabit inquit & benevolentiam principum, qui vobis tantæ rei arbitrium solis commiserunt, ut dominum ipsis, ut custodem publicæ salutis, ut Ecclesiæ orbis terrarum propugnatorem eligeretis, *Philipp. Melanch. in histor. elect. Caroli V.* At legem fundamentalem sive Capitulationem tollere, quid aliud, quàm statum & salutem imperii nostri evertere *Nicol. Cusan. de concord. Cath. lib. 1. 2. 29. & seq. Heig. q. 5. p. 1. Machiav. part. 1. theor. 1.* idque adeò verùm scribit *Baldus in c. licet extr. de elect.* ut Electores simul cum ipso imperatore formam electionis futuri Imp. ne quidem immutare possint quod ipsi defendendum relinquo, Nam praxis Imperii contrarium ostendit: pro statu enim Reipublicæ aliæ atque aliæ conditiones & leges ab Electoribus novo designato Romanorum Regi præscribuntur *Casp. Ens in libello de elect. & in augur. Reg. Rom. c. 1.* ac plura membra tempore Subsequentium Impp. prioribus adjecta & ita Capitulationem sensim auctam esse supra dictum est; Quâ de causâ Electores

ctores quoque tempore Electionis Caroli V. convenerunt de conditionibus deliberaturi, quas Caroli legatis proponerent, qui Moguntiæ eventum expectabant, de quibus postea per aliquot dies non minus fuit contentionis quàm de ipsâ electione. *Georg. Sabin. in histor. de election. & coron. Caroli V. qua Subjecta est* dem außführlichen bericht wie es vff Reichstagen pfleget gehalten zu werden. *Sleidan. lib. 1. pag. 26. Caspar. Ens. dict. lib. cap. 3.* Quamvis Capitulationes sequentibus Impp. præscriptæ in generalioribus punctis fere conveniant, quæ respiciunt vel Ecclesiæ & pontificis Romani defensionem, Vel jurium & privilegiorum confirmationem, Vel Bellum, vel Conventus, Vel confœderationes, Vel bona & jura Imperii, Vel vectigalia, Vel juris administrationem, Vel officia illustria & rescripta, Vel electionem Imperatoris & interregnum, Quem ordinem in explicatione & nos sequemur.

Cap. II.

De

ECCLESIÆ ET PONTIFICIS ROMANI DEFENSIONE.

Summ.

1. *Jurisdictio duplex politica & Ecclesiastica.*
2. *Jurisdictio politica cum Ecclesiastica non confundenda.*
3. *Magistratus politicus quo respectu habeat potestatem Ecclesiasticam.*
4. *Cæsar in Capitulatione protectionem Ecclesiæ ac pontificis promittit.*
5. *Quare in Capitulatione defensio Ecclesiæ Specialiter expressa.*
6. *Rex Hispaniarum dicitur Catholicus.*
7. *Reges Angliæ fidei defensores.*
8. *Rex Galliarum Christianissimus.*
9. *Titulus Christianissimi Imperatori Romano jure, competit.*

10. Defen-

ad hoc membrum capitulationis non est obligatus.

1. UT duæ sunt Vitæ, Carnalis & Spiritualis, ita & duplex jurisdictio politica & Ecclesiastica, duo fora, Papæ & imperatoris, quorum tanta distinctio, ut unum non possit misceri cum altero, Maximè enim sunt diversa, Crucifixus & summa potestas: Miles & Sacerdos: Imperator & pastor: Regum & patibulum. Corporalia & Spiritualia: Arma & Sacra: Bellum & pax: Cæsar & nuncius: Princeps & Minister: Dominus & Servus, ut scripsit Ludovicus Imp. contra Johannem XXII. *Arentin. lib. 2. Annal. Hinemar. Archiepisc. Rhemens. de potestate reg. & pontif. c. 1.* Unde Henricus Imperator de Hildebrando ad Episcopos: Unus cum utrumque sibi vendicavit, utrumque dissipavit, nec in uno profuit qui in neutro prodesse voluit nec potuit, *Abbas Vrsperg. in Chron.* Idemque innuit Nicolaus Papa in Epistolâ ad Michaëlem Imperat... Ut ideò militans Deo minimè se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus. Quod & repetiit Carolus Calvus *in Epistolâ apologeticâ contra Adrianum II. apud Goldast. tom. 1. const. Imper.*

2. Idque optimâ ratione, non tantum ne jurisdictiones distinctæ confundantur, quarum confusione nihil datur inordinatius, sed & ne alterutrum officiorum negligentius obeatur, ut quæ circa diversa occupata. *Arnis. de exempt. clericor. cap. 1.* Ecclesiastica enim jurisdictio circa animas versatur circa res divinas, spirituales & cœlestes, & dirigitur ad vitam æternam obtinendam: politica vero circa corpora, res mundanas, temporales & terrenas *Johan. 18. vers. 36. Rom. 14. vers. 19.* cujus finis est salus Reipublicæ *Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 3. part. 1. cap. 1. Henr. Eckard. de ordin. Ecclesiast. & polit. part. 1. sect. 1. Hutt. in act. advers. Jacob. Gretser, cap. 2. pag. 15. Dn. Meisner. de*

legibus

legibus lib. 4. sect. 2. quæst. 2. Ex quibus manifestum, Unam potestatem alteri non subjacere *Dn. Gerhard. in explicat. Evang. dom. XXIII post trin part. 2. quæst 9* Sicut tamen præditus Ecclesiasticâ potestate Subjicitur politicæ potestati tùm ratione bonorum temporalium, tùm ratione diligentiæ & negligentiæ in functione sui muneris. *Eckard. de ordin. Ecclesiast. part. 3. cap. 2. quæst. 1. & cap. 3. Besold. polit. lib. 1. cap. 4.* ita vicissim in politicâ potestate constitutus ergâ potestatem Ecclesiasticam habere sese debet non saltem ut ovis in quantum fidelis, sed & ut Custos & patronus in quantum magistratus, cui maximè incumbit tueri sacra. Unde veteres plerique habuerunt Sacerdotii & regni munera conjunctim *Petr. Gregor. Tholoss. lib. 8. de Republ. cap. 2. num. 6. Henning. Arnis. in tract. de exempt. Clericor. cap. 1. num. 4.* Quo respectu Magistratus etiam politicus Ecclesiasticam habet potestatem externam scilicet, quæ circa Ecclesiasticas res & personas extra templum civiliter exercetur, quamvis interna, quæ ab Ecclesiasticis ecclesiasticè in ecclesiâ docendo, solvendo, ligando, administrando Sacramenta, exercetur, in principe Laico non sit *David. Pareus ad cap. 13. Rom. Henr. Eckar. de ordine Ecclesiast. & polit part. 1. cap. 1.* Unde Constantinus imper. ad Episcopos: Vos estis Episcopi in ecclesiâ, ego extra ecclesiam seu templum Episcopus à Deo sum constitutus, *Euseb. lib. 4. cap. 24.* Promittit itaque in Capitulatione imperator, quod tempore talis suæ dignitatis, officii & Regiminis Rempublicam Christianam pontificem & Ecclesiam Romanam commendatam sibi habere tueri ac defendere velit. *Sleidan. lib. 1. comm. pag. 28.* Verba capitulationis hæc sunt: das wir in Zeit solcher unser Königlichen würden/Ampts unnd Regierung die Christenheit / unnd den Stül zu Rohm auch Bäbstliche Heiligkeit / unnd die Christliche Kirche / als derselben Advocat, in guten treulichen Schutz unnd Schirm halten / Cujus articuli duo sunt membra, quorum unum Rempublicam Christianam, alterum Ecclesiam Romanam & pontificem ipsum respicit, Et

3.

4.

quantum

quantum ad hoc posterius specialiter illud exprimere necessarium non fuisset, cum enim Imperatori incumbat cura Reipublicæ Christianæ universalis, cujus ceu pars quædam necessaria est Ecclesia, illam salvam dicere non possumus, si

5. non & hæc tuta ac quieta existat, Hoc tamen fortassis propterea factum, quod multum Reipublicæ intersit, Religionem & Ecclesiam conservari ac propagari cum in hoc consistat salus Reipublicæ, ut cives fidelem superioribus præstent obedientiam, ad quam rem religione non aliud medium efficatius. Numinis enim metus est, qui tùm supremam potestatem habentes, tùm potestati subjectos intra Regiones & metas officii continet *Lipsius polit 2. cap 3.* imò totâ vita Religione constat *Plin. 4. cap 18.* omnesque religione moventur *Cic. 5. Verr.* Unde Reipublicæ tuendæ gratiâ tàm variæ superstitiones à Conditoribus civitatum vel aliundè sunt assumptæ, vel novæ excogitatæ, quibus etiam immanissimæ tyrannides conservatæ *Mach. in disc.* ita namque Moschovitæ & Russi Domino suo in omnibus, quicquid etiam tyrannicè agat, obedientiam præstent, cum Dei voluntate omnia geri existiment *Chytr. lib. 1. Chron. Sax.* Ut non sine ratione doceat *Bodin lib. 5. de Repùbl. cap 5.* si homines nec vi armorum, nec facultate dicendi duci velint, ipsos religionis studio & numinis metu cogendos esse. Quo remedio Christophorus Columbus adversus Americanos felicissimè usus, cum iisdem Lunæ deficientis terrorem objiceret, *Salmuth. in reb. memor. Paucirol. lib. 2. tit. 1.* Tanta si falsæ religionis efficacia in animis hominum, quid vera non faciet in Republica Christiana? Adeoque iniquè is fecerit, tàm contra utilitatem publicam, quàm contra dignitatem majestatis, qui religionis defensionem in alterius quam hujus Imperio suam esse contenderit, id, quod & alii Reges ac principes animadvertere, qui religionis & Ecclesiæ curam sibi in tantum fecerunt propriam, ut ab ea appellari voluerint, ita namque Rex hispaniarum dicitur Catholicus, eò quod studeat fidem & Ec-

6. clesiam catholicam defendere ac propagare quem titulum ipse pontifex Johannes VIII. tribuit Alphonso: Johannis ein

Knecht

Knecht aller Knechte entbeut Alphonso dem aller Christlichsten Könige seinen Gruß/ cujus absque dubio immemor Rex ille hispaniarum, qui cum à DEO castigatus esset, tàm impatienter id tulit, ut injuriam se ulturum juraverit & mox edixerit subditis: Ne proximo decennio Deum adorarent, nec crederent in eum, nec de eo loquerentur *Georg. Frideric. Limp. Baro apud. Frieder. Achill. in orat. contra hisp. pag. 305.* Quid Reges Angliæ? Hi fidei defensores se appellari jactitant, quem titulum Henrico VIII. ab ipso pontifice cum contra Lutherum scriberet indultum ipsi postea in meliorem sensum interpretati sunt. Regi quoque galliarum vulgo titulum Christianissimi tribuunt, quod scilicet de ecclesiâ sit solicitus, quo titulo subditos etiam dormientes excitari ut obedientiam præstent Regi suo putat, l'autheur d'utile & salutaire ad vis au Roy pour bien regner, quando scribit: Voulant que toute creature soit soubsmisse aux puissances souveraines, qui sont venues du ciel: à combien plus forte raison, aux commandemens du Roy tres chrestien. quamvis alii hujus nominis rationem hanc dent quod sacro oleo in coronatione sit unctus, de quo *Nicoll. Bell.* die Ceremonien der Königlichen Salbung/ (welche zur Zeit der Kinder Israel von Gott eingesetzt werden/ vnd welcher Gebrauch ein Zeichen einer sonderlichen prærogativ ist/) hat in Franckreich vor 1000 Jahren jhren Anfang genommen/ wird auch Heutiges Tages eine Heilige Ampel in der Stadt Remiß gezeiget/ mit welchen Oele die Könige in Franreich gesalbet werden/ *in thes. polit. lib. 2. disc. 12.* adeoque jure quodam hereditario, hunc titulum peculiariter Regibus francorum tributum, quidam autumant, ut citra eorum injuriam nemo alius Rex illum sibi vindicare possit, cujus fortassis memor Ludovicus pius nimis devotus 40. dies ante mortem nullo alio cibo quàm sanctæ cœnæ usus est, *Joach. Ern. dux holsat. apud Fried. Achill. in orat pro gall.* Quicquid sit Imperatori nostro hunc titulum jure meritissimo competere, putarem, Unde etiam Romana Ecclesia in die Parasceves pro Cæsare orans, dicit: pro

7.

8.

9.

Christianissimo Imperatore Romano, idque sive dignitatem, sive merita nostri Imperatoris consideremus, Pipinus enim Germanus & francus Orientalis primus istum titulum meruit ab Vrbano II. qui postea in illius filio Carolo M. & successoribus ejus continuatus est, quod & ipsius sepulchrum declarat cum tali inscriptione: Caroli M. Christianissimi Imperatoris Romanorum corpus sub hoc sepulchro conditum est. Quod vero ad nostram usque ætatem singulariter Reges francorum illo titulo honestati sunt, hoc fortassis factum ex solâ illa consuetudine, quæ in stirpe Carolinâ inolevit, & quadam incuriâ Imperatorum quorundam, qui quod suum est, sibi vendicare non studuerunt, *Goldast. in polit Imp. p. 11. pag. 595.* Et quare Imperator noster non Christianissimus qui Ecclesiæ defensor & Advocatus, der gantzen Christenheit rechten Schutz vnnd Schirm Reichsabschied zu Augspurg / de Anno. 1518. §. erstlich It: Ein Obrester Voigt vnnd Schirmherr der Heiligen Christlichen Kirchen Reichsabschied zu Augspurg / de Anno 36. §. auff solches vnser Gnedigst Errinnern / præterquam enim quod is in Capitulatione Ecclesiæ defensionem sanctè promittit, muneris Cæsarei est, ut non solum pacificè sed etiam piè subditi vivant, quia principes seculi intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, ut per eandem potestatem Ecclesiam muniant *Arnis. de jurib. majest. major. cap. 6. n 11.* Vnde Justinianus Imp. fatetur se nihilo minorem Ecclesiæ curam habere quam vitæ *Novell. 3. in f.* Et hoc modo intelligenda sunt verba Gregorii V. *in c. in die de conserat dist. 5.* ubi dicit, Regimen Romanæ Ecclesiæ concessum Teutonicis, ut nempe secundum Isidorum principes seculi cognoscant, se Deo reddituros rationem propter Ecclesiam quam à Christo tuendam suscipiunt, nam sive augeatur, sive solvatur pax Ecclesiæ, ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati suam Ecclesiam tradidit *c. principes 23. quest. 5. Lupoldus de Bebenberg. de jus Regn. & Imper. Rom. c. 8.* Hinc Anno Christi 1520, ad ipsum Carolum V. Lutherus scribit:

bit; sese confugere ad supremum magistratum, tanquam ad Aram, præsidiumque, orans, ut doctrinæ Christianæ tutelam suscipiat, idque sese facere exemplo Athanasii: *Sleidan. lib. 2. comm.* Et postea ad Fridericum Saxon. ducem refert, vehementer sibi gratum esse, quod Cæsar hujus causæ quæ publica sit, cognitionem recipiat. *Sleidan. lib. 2. pag. 55.* Hocque Imperatoris officium esse probarunt non solum protestantes, quando A C. 1532. Rangoni Legato pontificio responderunt; Cum nondum desiderio ordinum (de concilio legitimo & libero) satis fecerit orare sese plurimum, Cæsar det operam ut legitimè res agatur, nam hoc ipsius esse officium, eique licere legibus. *Sleidan. lib. 8. comm. fol. 233.* Sed & ipsi Electores vota sua eò dirigunt, ut talem eligant qui Christianus sit & caput populo Christiano *Buxdorff. ad A B. concl. 29. & 30.* Quod fecit Elector Trevericus in electione Caroli Regis Hispaniarum A C. 1519. talem, inquit, Respublica desiderat, qui præter alia constituat & emendet Ecclesiæ statum, idemque Moguntinus Elector prudenter admonuit. *Georg. Sabin. in histor. de elect. & coronat. Caroli V. Caspar Ens in libello de elect. & in augurat. Reg. Romanor. cap. 5. Sleidan. lib. 1. comm. fol. 28.* Adeoque Imperator non solum juratâ promissione, quam fecit in Capitulatione, verum etiam ratione officii Cæsarei ad defensionem Ecclesiæ obligatur, quia nutritius Ecclesiæ est & ad muros ejus ædificandos constitutus *Esai. 49. & 60.* Defensio autem Ecclesiæ non consistit, tantùm in hoc, ut fraudes, turbæ & mala externa ab eâ arceantur quod vult *Bellarm. libr. 3. de membr. Eccl. mil. cap. 18.* sed etiam ut ab internis hostibus & omni periculo sit secura, quod innuit Augustinus quando scribit: pertinet ad Reges seculi Christianos, ut temporibus suis pacatam velint habere matrem suam Ecclesiam, *tr. 2. in Joh.* pax Ecclesiæ verò non aliunde gravius timere habet periculum quàm ab internis hostibus, quibus si obviam ire neglexerit princeps parum officio suo satisfecisse putandus est. Vt ut

enim papa secundum pontificios sit presbyter & sacerdos summus in Ecclesia, hoc tamen non nisi de rebus Ecclesiæ interioribus accipiendum, quales sunt annuntiatio verbi divini, pœnitentiæ prædicatio, administratio Sacramentorum & consimilia, quo respectu Imperator pontifici subest. *Georg. Sigism. Seld ad Ferdin.* von Röm. Käys. May. Wahl vnnd Hoheit. Unde Valentinianus Imp. ad Ecclesiæ Mediolanensis suffraganeos, Talem in pontificiali sede constituere procuretis, cui & nos qui gubernamus Imperium syncerè nostra capita submittamus & ejus monita, cum tanquam homines deliquerimus suscipiamus necessariò, velut medicamenta Curantis. At rerum exteriorum in Ecclesia teste

11. Constantino, ipse Imperator est pontifex, Episcopus ac inspector, Res autem exteriores in Ecclesia sunt defensio Ecclesiæ, custodia disciplinæ Ecclesiasticæ rectè atque ordine gerendæ, emendatio cultus divini, abrogatio superstitionum, & idololatriarum, observatio Cæremoniarum Ecclesiasticarum, notatio Vitæ & honestatis Clericorum, Ut & ministrorum Ecclesiæ positio & depositio, idque juris etiam habe-

12. bant Imperatores Orientis ex antiquâ consuetudine, ut sine eorum scientiâ & jussu pontifex Romanus ordinari non posset, quod probat exemplum Agathonis Siculi & Vitaliani Siginensis *c. Agatho. 21. dist. 36.* Unde Pelagius II. misit ad imperatorem Mauritium aliquos, qui se excusarent, quod confirmationem non petiisset, Nihil enim, inquit *Platina*, tum actum fuisset à Clero in eligendo pontifice, nisi ejus electionem Imperator approbasset, *in Pelag. 2.* adeò ut hoc jure usi etiam fuerint exarchi, Sicut Severinum ab Exarcho confirmatum testatur *Platina in vitâ Sever.* tantumque abest ut Carolus M. & postea Ottho M. idem facerent cum contra dictione pontificum, ut Adrianus Carolo, *c. Adrianus dist. 63.* Leo Ottoni *c. in synod. dist. eod.* jus eligendi pontificem ultrò concesserint *Crantz. lib. 4. Saxon. c. 10.* quamvis hæc concessio potius accipienda pro confessione seu declaratione juris, ut interdum jure quædam conceduntur privato, quæ jam competunt jure publico seu communi, prout pontifex

tifex Alexander. III. in c. *fraternitatem 2. extr. de donat.* indulget Episcopo parisiensi ut revocet donationes, quæ jam de jure communi non valebant, *c. quod quis commisit 35. q. 9.* nam hoc jus Imperatoribus competiisse ante tempora Caroli M. dictum suprà & quod jura dicunt, inquit *aut. anonym.* quod in Concilio Romano Adrianus papa dedit Carolo M. jus eligendi pontificem & sedem Apostolicam ordinandi & Archiepiscopos & Episcopos secundum singulas provincias investitutas ab ipso recipere, verum dicunt, sed quod Imperatores ante illud tempus hoc non habebant, nequaquam ita est, *in tract. de etat. Eccles. contra super papa c. 7. apud Goldast. in Monarch. Imp.* huicque juri falso dicitur Ludovicus renunciasse in *c. ego Ludovicus. dist. 63.* nam & subsequentes Impp pontifices solebant eligere, ita enim Otto Leonem ut dictum & Henricus III. clementem Damasum, Leonem IX. & Victorem II. creavit. *Cusp. in vit. Henr. III.* id quod jus duravit usque ad Fridericum Barbarossam. Et quod Imperatoribus in ipsum pontificem Romanum, idem iis etiam licebat in reliquos Episcopos & Archiepiscopos primarios, Vnde *Sigon.* Archiepiscopi & plerique episcopi, inquit, à Rege ipso (nempe Otthone I.) constituebantur & amplissimis præterea beneficiis ac regalibus ornabantur, *lib. 7. hist. ital.* & *Aventinus* pontificem Romanum, ait, juxta atque cæteros pontifices, monachorum magistros ex consilii decreto, comitiis centuriatis, per suffragia purpuratorum more majorum, imperatores per Germaniam, Galliam, Teutonicam, Italiam, Romanum orbem, sicut in Carolo M. observatum erat, capiebant. *lib. 5. Annal.* Nec tantum Imperatores pontifices creare & confirmare, verum etiam eosdem justa de causa ponere solebant, ita namque tempore Henrici Imperatoris Benedictus papa qui Stephano successit à pontificatu ejectus est & factus papa Johannes Sabiensis Episcopus cui nomen fuit impositum Sylvester, & hic demum ejectus fuit & Benedictus restitutus & iterum idem Benedictus ejectus & pontificatus traditus est Johanni archypresbytero ante portam latinam cui impositum fuit nomen Gregorius

 & hic

& hic etiam ab Henrico Imperatore depositus & ultra montes translatus est, *gloss. in c. in nomine Domini. 1. dist. 23.* Et cum Johannes XII. papa (inquit *Anton. de Rosellis*, esset venator & totus lubricus, adeò quod meretrices publicè retineret, & nonnulli Cardinalium scripsissent Otthoni imperatori & principi Saxonum, ut scandalo compatiens ecclesiæ sanctæ Dei absque induciis Romam peteret, & cautè clavi debitam provisionem impenderet, Et ex his pontifex indignatus Johanni diacono Cardinali, tanquam facti hujus Consiliario nasum fecisset abscindi, & alteri Johanni subdiacono, qui literas scripsit manum amputari fecisset, tandem monitus ab imperatore præfato & electoribus imperii, ut se corrigeret, non correctus à papatu ejectus est, *hactenus Anton. de Rosell de potest. Imp. & pap part. 1. cap. 61.* Johannes XII igitur ab Otthon. ejectus, cujus exemplum Ludovicus IV. se imitari dicit in edicto, quo Johanni XXII. pontificatum Romæ abdicat; Habemus inquit, bonorum exempla, quibus nobis licere id facere, quod illi fecerunt, putamus. Ottho 1. cum populo Romano, sacerdotum ejus tribu Johannem XXII. ex albo pontificum Romanorum ob scelera. (quæ si ad flagitia Johann. XII. comparaveris, ludus est) erasit, alium pastorem urbi & orbi imposuit. idem alios complures imperatores, optimosque principes fecisse, in annales & fastos relatum est *Avent. lib. 7. an. Bojor.* Præterea ad res quoque exteriores in

13. Ecclesia referenda potestas congregandi aut convocandi Concilium vel synodum, quam hoc jure majestas sibi vendicat, & Fridericus I. Imperatori competere dicebat *Radev. libro 8.* & ita præcipua concilia ab imperatoribus congregata fuisse, legimus, ut Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Calcedonense, quamvis hoc propter negligentiam pontificis factum, existiment pontificii, quo casu subsistente necessitate per viam scilicet requisitionis vel, monitionis, non per viam citationis vel auctorizationis etiam Cardinales synodum convocare posse, ipsi statuunt, *Anton. de Rosell. de potest Imp. & papa part. 3. c. 3.* sed imperatori hoc proprio

prio

prio jure competere, rectius nostrates contra *dist. 7.* defendunt *Andr. Osiand. in tract. papa non papa*, *loco 12. fol. 94. Joach. Stephan. in tr. de Concil. David Par. de jure princip. contra papam fol. 108. Joh. Camman disp. de jur. Mai. 3. th. 31.* Unde Henricus III. Cum Cardinales grave Schisma trium paparum procurassent & quidam Heremita Imperatori scripserat in hæc verba:

Imperator Heinrice,
Omnipotentis vice,
Una sunanimitis,
Nupsit tribus maritis,
Dissolve connubium,
Et triforme dubium.

Ille collecto exercitu se transtulit ad Italiam & captis tribus papis ductisque Romam fecit synodum, & synodaliter omnes relegavit & substituit Clementem II. & compulit Romanos jurare ad vitandum cætera schismata, & quod nemo sine consensu Imperatoris in papam assumatur, *Gregor. de Heimburg in admon. de injust. usurpat. papar. part. 2.* Hæc omnia & similia inter Res Ecclesiæ exteriores referenda, quarum cura Imperatori ut vero defensori ecclesiæ incumbit, cujus respectu etiam papa ipsi subesse tenetur, Unde *Gregorius Magnus pontifex Romanus ad Mauritium imp.* Ego indignus pietatis vestræ famulus, Et postea: Ego hæc dominis meis loquens, quis sum, nisi pulvis & vermis? Et iterum: Ego jussioni subjectus eandem legem per diversas terrarum partes transmitto, ubique ergô quæ debui, exsolvi, qui & imperatori obedientiam probari & pro Deo quod sensi, minimè tacui. Ad quas voces allusisse videtur *Wenceslaus Imp. In edicto suo:* Nostrum jus patronatus, inquit, ne vitium ingratitudinis incurrerent, plures antiquitus summi pontifices optimè recognoverũt, Augustos Dominos appellantes, & eis in re & nomine reverentiam, tanquã suis patronis exhibentes. Idemq; fatetur *Pelagius papa*, quando scribit in Epistola ad *Childeb. Franc. Regem*: Regibus nos subditos esse fa- 14

cræ

cræ scripturæ præcipiunt. *Et Gregorius Nazianzenus:* Simus inquit, Subjecti & Deo invicem alter alteri, & terrenis principibus. Deo propter omnia: Alter alteri propter dilectionem fraternam, principibus, propter ordinis recti conservationem. Et clarius *Leo IV. ad Lotharium Imperatorem:* De capitulis vel præceptis Imperialibus vestris, inquit, vestrorumque pontificum prędecessorum custodiendis, & conservandis, quantum valuimus & valemus Christo propitio & nunc & in ævum nos conservaturos modis omnibus profitemur; Etsi fortasse qui libet vobis aliter dixerit, vel dicturus fuerit, sciatis, eum pro certo mendacem, *Goldast in præfat. Monarch. S. Rom. Imp.* Et ita ipsorum quoque pontificum confessione Imperatores Domini & patroni eorum, quo munere etiam absque impedimento pontificum verè fungi quondam poterant, At qualis hodiè status Ecclesiæ? Quantum nunc pontifices mutati? Ubi nunc obedientia illa Regibus debita? Ubi servus servorum pontifex Domino suo imperatori ministrare paratus est: Sed tunc temporis Ecclesia Catholica ad huc in infantia erat, adeoque & innocens & munda, cum vero in pueritia crevit & dilatata est, in adolescentia aucta & roborata, filium devoravit suum primogenitum, id est, imperatoria potestas à Sacerdotio est absumpta & Spiritualia cum temporalibus commutata, *auct. anon. de ætat. Eccles. c. 7. apud Goldast. in Monarch. S. Rom. Imp.* Et sic hodiè Administratio rerum exteriorum in Ecclesia, quæ proprio jure Imperatori competit ut dictum, usque adeo eversa est, ut vestigium ejus rei in Ecclesiâ Romana nullum Imperatoribus sit relictum, qui contenti nudo titulo Advocatiæ, eâ sibi in capitulatione non nisi necessitatem tuendæ, dignitatis pontificiæ & propagandæ religionis imponi, persuaderi passi sunt. Idque eo magis quod hoc ipsum clarius Imperatores in juramento quod in Coronatione papali ab iis exigitur, exprimere soliti sunt; Ita namque Carolus V. Imp. cum Bononiæ à Clemente VII. coronaretur (cujus coronationis ibidem monstrantur adhuc multa vestigia & monumenta) juravit, se pontificiæ dignitatis ppetuũ fore defensorẽ

Sleidan.

Sleidan. lib. 7. comm. pag. 187. Cujus juramenti formula hæc fuit: Ego Carolus Romanorum Rex & brevi (Dei gratia) futurus Imperator, Cæsar per Deum divumque Petrum promitto, polliceor, testificor, atque juro, me in posterum pro viribus, ingenio & facultatibus meis Pontificiæ dignitatis & Romanæ Ecclesiæ perpetuum fore defensorem, nec ullam Ecclesiasticæ libertati vim illaturum: sed potestatem, jurisdictionem & dominationem ipsius, quoad ejus fieri potest, conservaturum ac protecturum, cujus rei testem voco Deum ipsum & hæc sancta Evangelia, *Goldast. tom. 3. const. Imp. pag. 508. Auct. relat. coron. Caroli V. Henr. Cornel. Agrippa in tract. de dupl. coronat. Carol. V. cap. 5.* Ferdinandus quoque Imperator per legatum Pontifici significavit, si ergà ipsum & sedem Romanam eo animo affectum, quo majores sui Ecclesiæ Romanæ & omnium aliarum præcipui patroni, cultores ac defensores etiam durissimis temporibus extitissent, & obedientiam solitam præstare paratum esse. *Thuan. lib. 21. histor.* & tale juramentum longè ante tempora Caroli V. Pontifices Imperatoribus præscribere ausi sunt, ut apparet ex *c. tibi Domino dist. 63. & c. Romani in clement. de jurej.* ubi formula hæc exprimitur: promitto, spondeo, polliceor atque juro me protectorem, procuratorem & defensorem fore summi Pontificis & sanctæ Ecclesiæ Romanæ in omnibus necessitatibus & utilitatibus suis, custodiendo & conservando possessiones, honores & jura ejus, quemadmodum divino suffultus fuero adjutorio, secundum scire & posse meum. Idque juramentum tempore Otthonis I. incepisse vulgò existimant. *arg. d. c. tibi Domino, dist. 63.* quod tamen falsum esse, neque Otthonem jurâsse, vel ex eo constat, quod is Johannem Pontificem deposuit & Leonem substituit, imò contra Pontifices Otthonem ejusque successores multa constituisse, testatur *Peucer. lib. 4. in vitâ Otth. I.* Ideoque *Baronio tom. 9. Annal.* hoc juramentum à tempore Caroli M. derivat, quem jurasse licet concedamus, ipsum tamen non ad defensionem dignitatis Pontificiæ, sed Ecclesiæ se obligasse, apparet ex formula juramenti, quæ habetur in antiquo commentario, qui ordo Romanus

16.

manus inscribitur: in nomine Christi spondeo atque polliceor Ego Carolus &c. Imperator coram Deo & B. Petro Apostolo, me protectorem ac defensorẽ fore hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout sciero, poteroque. Idemq; & non aliud Ludovicum aliosque Imperatores ex familiâ Carolinâ juràsse conjecturare licet. Unde alii ad tempora Conradi Imperatoris recurrunt, eúmque primum & postea successores ejus hoc juramentum præstitisse, putant, quod etsi verum, ab initio tamen non tale extitisse, sed tempore subsequentiũ Impp. magis magisque auctum fuisse: probabile est ex eo, quod in coronatione Henrici V. Pontifex ab ipso non tàm defensionem Pontificiæ dignitatis quàm pacem petebat, cum enim Pontifex in celebratione missæ, inquit *Cuspin.* divinum Christi corpus consecrasset, particulam manu suâ Imperatori iis verbis dedit: Domine Imperator: Hoc corpus domini natum ex Maria virgine passum in cruce pro nobis, sicut Sancta & Apostolica tenet Ecclesia, damus tibi in confirmationem verę pacis inter me & te, *in vita Henr. V.* Quicquid sit, origo hujus juramenti an vetustior an recentior: non contenti Pontifices eô audaciæ progressi fuere, ut sese dominos & seniores fecerint Imperatorem qui ut Vasalli ab ipsis Imperium petere ac accipere necesse habeant, quemadmodum Bellarminus aliiq; adulatores Pontificii disputant, juris divini hoc esse, ut Pontifex Romanus & instituere Reges quos velit, & quos velit, deponere possit, ita namque i. juramentum hoc quin existat fidelitatis à retrò Romanis Principibus non fuisse hæsitatum, inquit Clemens V. *Et postea;* Nos præmissis & aliis rationibus, ne quis in Romanum assumtus Principem vel in posterum assumendus, an juramenta hujusmodi per dictum H. Imperatorem præstita, & per successores ipsius in futurum præstanda fidelitatis existant, in dubitationem deducere audeat, vel super his contrarium astruere veritati, auctoritate Apostolicâ de fratrum nostrorum consilio declaramus, illa juramenta prædicta fidelitatis existere & censeri debere, *in c. Romani. Clement. in jurejur.* Unde *Cornel. Agrip.* in

17

in persona Pontificis ad Imperatorem, si ex more majorum, Serenissimi Fili, inquit, tuâ sponte & integerrimo corde paratum te offers ad præstandum nobis fidelitatis juramentum, secundum literas Imperiales Aurea Bulla munitas & in Romanæ Ecclesiæ archivis diligenter repositas, accede huc & coronam Imperialem tuo capiti imponere non tardabimus, *in diadem. Imper.* Imperator igitur si juramentum præstat fideliatis Pontifici, utique ipsius est Vasallus ab eoque Imperium tenet, *argum. tit. 3. 4. & 7. F. 2.* id quod etiam confirmant literæ Hadriani IV. ad Imperatorem Fridericum I. ubi inter alia hæc verba habentur: Was soll ich sagen von der Trewe/ die du S. Peter vnnd vns versprochen hast/ vnnd geschworen/ wie du die behaltest? & in fine? Was soll ich sagen? Kehre wieder/ kehre wieder/ das rathen wir dir/ damit du nicht das jenige/ so du von vns empfangen hast/ wiederumb verleurest/ *apud Frideric.* Hordtledern/ von Vrsachen des Teutschen Krieges. *libr. 1. cap. 47. pag. 513. Henning. Arnis. de translat. Imper. Roman. numer. 34. Selduc ad Ferdinandum Imperat. cons.* Von Ihrer Keyserl. Majest. Wahl vnd Hoheit/ *pagin. 99.* Quin etiam Imperatores à Pontifice habere Imperium, idem Hadianus testatur in Epistola quadam ad tres Electores Ecclesiasticos, hisce verbis, Romanorum Imperium translatum est ad Alemannos, ut Rex Teutonicorum non antè, quàm ab Apostolo coronaretur, Imperator vocaretur: Ante consecrationem Rex est, post Imperator: Unde igitur habet Imperium, nisi à nobis? Ex electione Principum suorum habet nomen Regis: Ex consecratione nostra habet nomen Imperatoris, & Augusti & Cæsaris, Ergò per nos imperat *Brutum. fulmen. pagin. 80.* *Laurentius* von Wensin *apud Fridericum Achillem in Orat. pro Italiâ.* 2. Hocque magis verum, si credamus Bellarmino ejusque asseclis, translationem Imperii à Græcis ad Germanos à Leone Pontifice in personâ Caroli Magni factam esse, is enim sex proponit titulos, quibus Imperium Occidentale Imperator Carolus M. ad se transferre potuerit, Nempè I. jure belli. II. Immediatè à

DEO. III. Jure successionis hereditariæ. IV. Autore S. P. C. R. V. Consensu Imperatoris græci sive Constantinopolitani aut Orientalis. VI. Jussu, autoritate & confirmatione Pontificis Romani. Non autem prioribus quinque, sed solo titulo sexto id factum esse autumat. *in lib. 1. de translat. Imper.* Id quod etiam Electores ipsi in instrumento quodam publico, quod Romæ conservatur in arce S. Angeli ingenuè confitentur, cujus instrumenti particulam recenset. *Bellarm. lib. 1. de tranlat. Imp. cap. 2. §. alterum est membrum.* Huic accedit. 3. Coronatio Papalis, quæ Imperatorem facit. Electio siquidem juxta tradita Pontificiorum jus Imperatori designato, sed inefficax & sicut gladium in vagina reconditum tribuit, at ut eum educere ac perstringere possit, è sola Pontificis autoritate approbationeque proficiscitur. *Hieron. Balbus Episc. Gurcens. ad Carol. V. de coronat. pag. 35. Petrus de Andlo libr. 2. cap. 5. de Rom. Imper. in f.* Ut sic Cæsarea majestas sit Serra per se iners & inutile instrumentum nisi trahatur à Papâ. *Reverend. Dn. Meisn. de regim. Ecclesiastic. pagin. 267.* Quâ de causâ nonnulli Scriptores Henricum Aucupem inter Imperatores referre nolunt, quod Coronationem à Pontifice non petierit. *Cuspin. in Vita Henrici III.* Derohalben hat Babst Johannes der XXII. den Keyser Ludowig von Bäyern für einen Rebellen/ einen Ketzer/ einen Majestet und *Decret* verletzer sehr schrecklich verbannet / dieweil er seines Vorfahren Evangelimässige Ordnung nicht hette gehalten / sondern gleich nach der Churfürsten Wahl sich/ ungeacht des Babsts bestettgung / für einen Keyser erwiesen. *Johan. Wolff. lect. memorab. cent. 16. pag. 651.* Hinc illa Papæ Innocentii II. nata confidentia, ut Romæ in Lateranensi Basilica Lotharium Imperatorem pingeret, quasi Vasallum ad pedes ipsius prostratum & Coronam Imperii ab illo accipientem asscriptis Versibus:

Rex venit ante fores jurans prius urbis honores.
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

Brutum fulmen. pag. 79. Radevv. lib. 1. cap. 16.

Ve-

Veruntamen non Crassus saltem & intolerabilis error, 18. sed fraus Pontificiorum Diabolica, quâ novis mendaciorum technis ac sutelis de juramento fidelitatis ab Imperatore Papæ præstando, de confirmatione, coronatione & titulo Imperatoris Principes nostros irretire conantur. Quicquid enim potestatis in Principes Germaniæ Pontifices sibi ipsis tribuunt, id eo jure faciunt, quo Alexander VI. Hispaniarum regibus novum orbem concessit, *Auct.* des Bienen Korbes *part. 2. cap. 10. pag. 142. Hieron. Benzo in histor. novi orbis lib. 3. pag. mihi. 13.* At ne Princeps quidem, qui tamen & Imperio possidet omnia, singulorum dominium & proprietatem intervertere potest. *Senec. de benefic. lib. 7. cap. 4.* tantùm abest, ut Petrus aut qui se Petri Successorem nominat, cùm tamen boni Petri habeat nihil, Papa *auct. Papatus Romani:* Contra DEI, naturæ & gentium jus in Indos sibi potestatem arrogare aut aliis concedere possit. *Georg. Fried. Limp. Baro apud Frid. Achill. in Orat. contra Hispan. pagin. 335.* Unde Attabaliba Rex Papam insigniter fatuum & impudentem esse oportere dixit, quod aliena istàm liberaliter largiretur. *Benzo dict. lib. 3. cap. 3.* Eo jure quo Bonifacius IIX. Alberto I. Regi Romanorum Galliam dedit cum inimicitias alebat cum Philippo Pulchro Rege Galliarum *Georgius Sigismundus Seldius ad Imper. Ferdinand.* Im Bedencken von ihrer Keyserl. Majest. Wahl und Hoheit. Eo jure, quo Paschalis Ludovici Pii filios contra patrem concitavit ac parricidialem dissensionem strenuè adjuvit & promovit, ita ut pater captus & arctissimæ custodiæ mancipatus in monasterium omni Imperiali dignitate Spoliatus detruderetur. *Hutrer. in actione in Jacob. Gretser. de munif. Princip. in sed. Roman. cap. 4.* Eo jure quo Pontifices mundi thesauros collegerunt, ut teste *Marsilio Ficino* Johannes XXII. in paratâ pecunia 250. auri tonnas in thesauris habuit. Et legatus Archiepiscopi Magdeburgensis scribit circa Annum Christi 1436. tempore Concilii Basileensis Martino V. Pontifice ex Gallia novies centena millia coronatorum Romam perlata esse, idque se ex ore

 Lugdri-

Lugdrinensis Episcopi audivisse refert. *Hutt. in action. in Gretser. de munific. Imper. in sed. Roman. capit. 1.* Nullo nimirum jure Pontifex Imperatorem Vasallum, Imperium feudum vocat, nec reverentiam & fidem Vasallagicam Imperator Pontifici debet. Nullo jure potestatem in Reges & Principes sibi sumit Pontifex, ut multis demonstrat *Defensor pacis ad Imperatorem Ludovicum part. 2. cap. 3. & 4.* Quem secuti & alii, quos impulit Pontificum audacia & impudentia, cum ad vindicandum Imperii decus & nervos, tùm ad eludendam vim fulminum Pontificiorum. *Vid.* Friederich Hordtleder/ von Ursachen des Teutschen Krieges. *libr. 1. cap. 47. Auct. Papatus Romani Wolff. lect. memor. cent. 16. Georg.* Kölderer von Höch *apud Fridericum Achillem in Orat. contra Ital. Luther. Tom. Witteberg. 12. tit.* Von der Gewalt vnd Obrigkeit des Pabst/ *&* in Tischreden *cap. 33.* von dem Antichrist vnd Pabst zu Rom. Sanè si ulla potestas Pontifici jure etiam divino in Reges competeret, hanc quoque in Reges Orientales haberet, cum de nulla constet exceptione. At hoc ipsum est contra Paleam Constantini, in qua Constantinus Orientale Imperium retinuit, cujus tamen autoritas apud Pontificios Magna. *Seldus Vicecancellarius Imperii* in Bedencken *ad Imperat. Ferdinandum,* von jhrer Keyserl. Majest. Wahl vnnd Hoheit. Et si respiciam ad originem, hujus potestatis Imperatoria dignitas & majestas fuit antequam etiam Papatus esset in rerum natura, quia Imper. Julius ante Christum vixit, & Christus sub Cæsare Augusto natus, sub Tiberio passus, cujus successor fuit Cajus Caligula, demum secundo anno Claudii Cæsaris Papatus cepit, & tamen Principes isti & si à Pontifice suam potestatem non habuerunt, legitimi fuerunt, adeò etiam Augusto Christus dederit Vectigal. Imò quod Christus nec acceperit nec habuerit non solùm excutionem Domini & Regni, sed nec auctoritatem vel potestatem ullius Regni temporalis ipse probat *Bellarmin. lib. 5. de Pontific. Rom. cap. 4.* A quo ergò hoc jus obtinet Pontifex, qui se Christi jactitat Vicarium,

19

&

& quorsum istud Apostoli: Nemo militans DEO implicet se negotiis secularibus. Ubi *Bellarmin.* nimis strictè negotia secularia interpretatur curam parandi victus, negotiationes & mercimonia, seu nimiam solicitudinem circa victum corporalem, *dict. libr. 5. de Pontific. Rom. cap. 10.* Et divinatoriè *Alexander Raudensis* illum locum restringit ad Ecclesiam saltem nascentem, & ad loca in quibus fides incipit agere radices: *intr. de Anal. & aequivocat. lib. 1. cap. 30. num. 47.* Neque etiam I. juramentum, quod præstitit quondam Imperator Papæ, fuit fidelitatis jusjurandum quicquid etiam dicat Clemens V. *in Clem. Romani de jurejur.* id quod Henricus Luzelburgius convocatis tabellionibus publicè negavit se fecisse, testatus nulli mortalium ad fidelitatem se obligatum esse, nec in fidelitatem cujusquam jurasse. *Goldast. in replicat. pro Imp. contra Gretser. cap. 16.* Sed juravit Imperator Pontifici & Ecclesiæ tantum protectionem & defensionem. *Georg.* Költerer von Höch *dict. Oration. contra Ital.* Aliud verò est protectionem aliud fidelitatem jurare: Unde Ludovici IV. tempore Status Imperii Francofordiæ congregati, ut scribit *Cuspinianus*, expresè decreverunt, id juramentum non esse fidelitatis, sed obsequii & defensionis, nec quoad Ecclesiam Romanam operari majoritatem in temporalibus: Hinc etiam Seldus ad Ferdinandum Imperatorem scribit: Dann denselben Eyde thut ein Keyser anders nicht/ denn ein Obrister Voigt vnd Schirmherr der Römischen Kirchen / wie dann wol etwa in einem wenigerm Fall etliche Fürsten / vnnd andere wenigere Stände / des Reichs / etlicher besonderer Clöster vnnd Gottes-Häuser Schutzherrn oder Kastenvoigt seyn / mag sich auch wol begeben / daß sie solches ihres Schutzes halben zu zeiten Pflicht zuthun pflegen / vnnd seyn doch sonsten derselbigen Klöster mit nichten vnterthan. Folget also gar nicht / Daß von solchen Keyserlichen Eydes wegen der Pabst in Weltlichen Sachen vber den Keyser / oder auch das Keyserthumb / wie vielleicht etliche vermeynen wollen / Der Römischen Kirchen Lehen sey. *dicto loco.*

Hocque

20

Hocque ipsum maximè confirmat, quod in fidelitatis formâ non promittatur Domino à Vasallo protectio & procuratio, quæ potius partes sunt Domini, *ita Gerson. in tract. ne princ. decip.* Quemadmodum subditi debent fidem, subsidium & servitium Domino: Sic Dominus subditis suis fidem & protectionem, quia Vasallus liberto & Dominus feudi patrono æquiparatur. *Schrad. de feud. part. 6. capit. 7. num. 10. Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. cent. 2. cas. 182. num. 8.* Neque Rex Galliarum Vasallus est Archiepiscopi Remensis, cui tamen antiquitus, priusquam ad Coronationem admitteretur, tale præstabat juramentum, prout ex Archivo vetusto refert *Arnisæus de majest. cap. 5.* Ego N. DEI gratia, mox futurus: Rex Francorum in die ordinationis meæ coram DEO & sanctis ejus polliceor, quod servabo privilegia canonica, justitiam & jus unicuique prælato debitum, vosque defendam DEO juvante quantum potero, quemadmodum Rex ex officio in suo regno defendere debet unumquemque Episcopum & Ecclesiam & administrabo populo justitiam & leges, uti jus postulat, idemque promisit Wilhelmus I. Rex Angliæ Archiepiscopo Eboracensi: se defensurum Ecclesiam ejusque Præsides, gubernaturum populum in justitia & rectis legibus. *Henning. Arnis. de translat. Imper. num. 34.* Idem promittit Imperator in Coronatione Principibus Imperii. *Adam. & Nicol. Heyden. in histor. inaug. Maximil. II. Henning. Göden. de Elect. Reg. Roman. cap. 8. Caspar. Ens de elect. & inaugur. Reg. Roman. cap. 4. Georg. Sabin. in histor. de elect. & coron. Caroli V.* Ergóne hi sunt Vasalli suorum subditorum, quia promittunt iis jurium suorum conservationem & defensionem? Neque juramentum in *c. tibi Domino dist. 63.* Omnes respicit Imperatores, sed personale est, & de certis dubiis conceptum, quæ tùm vertebantur inter Otthonem & Johannem, cùm ille hunc in patrocinium contra Berengarium reciperet. *Waremund. ab Erenberg. de regni subsid. cap. 2. num. 51. Cujacius ad cap. un. §. interpres ad f. de nova form. fidelit.* tantùm itaque abest, Imperatorem Vasallum esse Pontificis,

ut

ut etiam Electores in Comitiis Electoralibus Remensibus decreverint, Imperatorem hoc juramentum præstare obligatum non esse. *Georg. Sigismund. Seld. ad Imperat. Ferdinandum*, Von Ihrer Keyserl. Majest. Wahl vnnd Hoheit. Objicit quidem Hadrianus IV. Friderico I. fidelitatem semel beato Petro promissam. Et Imperatores à Pontificibus habere imperium, ait idem Adrianus: Sed quid ad hoc Ottho Witelspachius Comes? is cum ab Hadriano scriptum intelligeret, Imperatorem accepisse Imperium à manu Papæ, ut beneficium, vix se continuit, quin legato in oculos involaret, *Georg.* Költerer von Höch *apud Frideric. Achill. in Orat. contr. Ital.* Michael Sachse *in Chron. de vita Friderici I.* Quid ad hoc Principes Imperii? Ad quos sibi amiciores cum scriberet Adrianus, ut iratum Imperatorem sibi placarent, uno ore responderunt: Hæc verba insolita & inaudita, (dum Imperium beneficium appellaverat) approbare nec audemus, nec possumus. Quid ad hoc ipse Fridericus? Audacter hic respondit: Se coronam nemini acceptam referre excepto Deo & Principibus Germaniæ. *Radevv. libr. 1. capit. 10. Carol. Sigon. lib. 9. histor. Italicar.* Ideoque Hadrianus, ut Imperatorem placaret, se excusat postea, & literas quibus antea ad Fridericum scripserat: Contulimus tibi Imperialis Coronæ insignia tanquam beneficium, ita explicat: Hoc verbo: Contulimus, inquit, nihil aliud intelleximus, quàm imposuimus. Beneficium autem nolumus accipi pro feudo, sed pro bono facto, quam significationem vocabulum habuit à primâ institutione. *Sigon. lib. 12. histor. Ital.* Et II. tantùm abest, ut concedamus *Bellarmino*, solo titulo sexto, nempè jussu, autoritate & confirmatione Pontificis Romani, Imperium Occidentale in Carolum M. translatum, ut etiam istum titulum illegitimum, imô planè nullum esse, existimemus, quamvis iṁediatè Carolum hoc Imperium accepisse, cùm eodem libenter negamus? Et quoad jus successionis hereditariæ, constat Pipinum patrem Caroli ad defensionem urbis Romæ & Italiæ contra Longobardos semel evocatum, non-

21.

 nihil

nihil juris suis reliquisse posteris. Alias tribus reliquis titulis, jure belli, autore. S.P.Q.R. Et consensu Imperatoris Orientalis Carolum Occidentale Imperium acquisivisse cum Historicis omninò statuimus. Duabus enim in Italiâ factionibus exortis Longobardicâ & Imperiali, quibus cum multis annis misera Italia vexata fuisset, postremò prævalentibus Longobardorum armis, Ravennâque cum omni Exarchatu ab ipsis captâ, universam ferè Italiam, reliquis etiam Imperatoris Constantinopolitani præsidiis pulsis, sui juris fecerunt. In quâ calamitate publicâ cum Imperatores Orientis omnem Italiam tanquam vacuam possessionem reliquissent, Romani sibi ipsis relicti, ut Longobardorum Dominatum frangerent, ad Pipini primum, patris Caroli M. mox etiam ipsius Caroli auxilium confugerunt, quod Carolus ita præstitit, ut Italia ferè omnis, exactis Longobardis, ipsorumque Rege Desiderio capto, in Francorum potestatem devenerit, & ita confirmato jure illo, quod bello Longobardico acquisierat, Romanis Principibus se ipsi submittentibus, Carolus Magnus partem hanc occidentalis Imperii simul jure belli & S. P. Q. R. bonâ cum gratiâ & voluntate acquisivit. *Sigeb. in Chron. Anno 801. Aventin. lib. 4. annal. Haminst. in replicat. contra Gretser. cap. 16. & Historici passim.* Hisce accedit titulus tertius, consensus nimirum Imperatorum Orientalium, ita enim *Onuphrius Panvinius!* Haud ita multò post, inquit, Irene Augustâ Imperio deturbata, atque in Insulam relegata, Nicephorus Orientis Imperium occupavit, inter quem & Carolum Magnum amicitia & pax his legibus & conditionibus facta, ut ambo fratres, ambo Imperatores, more majorum ambo Augusti dicerentur: Occidentis quidem Carolus Magnus, Orientis verò Nicephorus, utriusque Imperii terminus esset urbs libera Venetorum *de Comit. Imper. part. 1. cap. 4.* hisce ergò titulis solùm, non etiam jussu & autoritate Pontificis Carolus M. Imperium acquisivit. Quid? quod etiam Irenes Imperatricis Constantinopolitanæ conjugium per legatos ambiisse dicatur, ut Con-

nubii

nubili etiam jure Orientem cum occidente conjungeret, at tale ipsi tentare minimè fuisset integrum, siquidem opinatus fuisset, solo Pontificis Romani nutu transferri vel in se vel in alium potuisse Romanum Imperium. *Hutter. in act. in Jacob. Gretser. de Impp. Reg. & Princip. munif. cap. 4. Seld. ad Imper. Ferd.* Von ihrer Keyserl. Majest. Wahl vnd Hoheit. Quamvis non negemus, Romani Pontificis consensum atque voluntatem conjunctam fuisse cum S. P. Q. R. procerumq; Italicorum voluntate. *Avent. lib. 4 annal. Onuphr. Panvin. dict. c. 4. Lupold. de Babenb. de jur. Imp. c. 14.* sicut nec illud, Carolum Magnum Romæ à Leone Papâ coronatum & publicè Augustum proclamatum fuisse. *Panvin. d. c. 4. Johan. Garsen. in orat. de coronat. Pontif. Elect. Rom. Imp.* quod tamen post electionem S. P. Q. R. demum factum, ad instantiam nempè populi, Pontifex namq; populi Romani scito, precibusque, inquit *Platin.* Carolum Imperatorem Romanorum declaratum, diademate, vetusto Imperatorum gestamine capitis, coronavit. *in vit. Leon. 3.* ita ut populus per manus Leonis Pontificis videatur ipsum coronasse, *Sigebertus in Chron. Ann. 801. Naucl. gen. 26.* Ex quibus manifestum, auctoritate Papæ Imperium in Carolum M. non fuisse translatum, quin potius Pontificem se Imperatori submisisse. Leo enim mox ut electus fuit in Papam, per Legatos suos claves confessionis S. Petri ac vexillum urbis Romæ cum aliis muneribus Carolo Regi misit, rogavitque, ut aliquem de suis optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam scilicet Imperatoris, non Pontificis, ut vult *Bellarm. lib. 1. de translat. Imper. c. 13.* fidem, atque subjectionem per Sacramenta confirmaret. *Aut. annal. franc. sub Anno 796.* Id quod fuit extremæ subjectionis testimonium; Malè enim *Bellarmin.* claves interpretatur pretiosas quasdam thecas, quibus reliquiarum fragmenta, puta signum Dominicæ crucis, Capilli Johannis Baptistæ, rasura cathenarum S. Petri, aut aliquid aliud generis ejusdem servabatur, & illis, quos summo munere afficere volebant Pontifices, mittebatur, *dict. capit. 13. §. 11.* Utque Carolus M. possessionem ita etiam jus ipsum

Imperii Occidentalis absque jussu & autoritate Pontificis obtinuit, falsus enim est *Bellarm.* dum docet, possessionem quidem Imperii Occidentalis armis acquisivisse & retinuisse Carolum, jus verò ipsum, quod Græcus Imperator in provincias occidentalis Imperii habebat, nec non titulos honores ac dignitates Augustorum à Leone Pontifice Carolo impertitos, eâque communicatione factum esse, ut illa ipsa quæ jam habebat, non tantùm ut Rex aut Patritius, sed ut verus Imperator & Augustus retineret, *libr. 1. de translat. Imper. cap. 7.*

11. Nam Imperium ipsum Occidentale, non saltem verò possessionem S. P. Q. R in Carolum transtulisse testantur *Historici.* Coronatio quoque Pontificis, quam *tertiò* objiciunt Canonistæ, nihil operatur ad amplitudinem Imperatori conciliandam, *Nicol. Botsius de pact. famil. illustr. pagin. 225. Herm. Kirchn. de Republ. disp. 2. auct. 2. Aut. Anon. de statu Polit. lib. 4. disc. 10.* Neque enim imperium aut potestatem administrandi Rex Romanorum accipit ex coronatione, sed potius ex Principum electione: *Lupold. de Bebenburg. Episcop. Babenberg. de jurib. Reg. & Imper. Rom. cap. 5. Thom. Michaël. de jurisdict. concl. 3. Hieron. Balbus de coronat. quæst. An ex sola elect. plen. jus. Imp. consequatur pag. 35. Ventur. de Valent. in parthen. litigios. lib. 1. capit. 6. 11. 12. 13. Johann. Wolff. lection. memorabil. cent. 16. pagin. 816. Lutherus* in Tischreden *cap. 33. pagin. mihi 269.* Aliàs efficiemus, Regibus quoque aliis à Regnorum Archiepiscopis vel Episcopis Regna dari, quia coronam iis imponunt. Sic Christiano III. Regi Danorum Anno 1537. Johannes Bugenhagius Wittebergensis Ecclesiastes Christiano IV. Petrus Gunsdorff Episcopus Selandiæ, Sigismundo Polonorum Regi, Archiepiscopus Cresnensis coronam imposuit. Bohemorum Reges Archiepiscopi Pragenses & ante 300. Annos Archiepiscopi Moguntini cum nondum ceperat Archiepiscopatus Pragensis. *Vicecancell. Imper. Georg. Sigismundus Seldus ad Ferdinandum Imperatorem*, Von Ihrer Keyserlichen Majestät Wahl unnd Hoheit. Gallorum Reges Archiepiscopi Rhemenses. *Sleidan. libr. 19.*

comm.

comm. coronare solent. Nec tamen eosdem Regibus suis regna conferre dicendum erit: Sic in populo Israëlitico Prophetæ Reges inungebant, nec tamen à Prophetis tributum Regibus Israëliticis Regnum existimare licebit: Sola itaque electio Imperatorem facit, unde Electores Anno 1338. in Comitiis Electoralibus Rhemensibus decreverunt, statim post electionem, Regem Romanorum Imperatorem appellandum. *Georg. Sigismund. Seldus dict. consil.* Et cum Clemens VI. Pontifex postulaverat, ne Ludovicus IV. Imper. ante coronationem titulo Imperatorio uteretur, Academiæ Parisiensis & Bononiensis hoc postulatum Pontificis iniquum judicaverunt, *Avent. libr. 7. annal.* Hinc quando Electores coronari voluerunt Imperatorem à Pontifice, non confirmationem sed tantùm consecrationem petierunt, ut constat ex literis Electorum com. nda:itiis datis Rudolpho, Adolpho, Alberto, quas vidisse se ait *Lupoldus de Bebenburg. de jur. Imper. cap. 8.* Idque ipsum jure Aureæ Bullæ præclarè confirmatum. *tit. 2.* Von der Wahl eines Römischen Königes/ & consuetudine munitum, moribusque receptum, ut ipso electionis jure, qui electus est, summam potestatem consequatur. *Paurmeist. de jurisdict. Imper. Rom. lib. 2. c. 4. à 5.* Et ante Bullam idem Ludovici Bavari constitutione expressè sancitum: Daß ein Keyser / so von grössern oder bessern Theil der Churfürsten erwehlet wirdt / soll aus Krafft der Wahl Gewalt haben zu regieren / vnd muß nicht den Pabst fragen / (wie vorhin geschahe) ob es jhme gefiele oder nicht / dann das ist nicht kommen aus Göttlichem Recht / oder aus alter Ordnung der Väter / sondern die Päbste haben sich selbsten dahin gedrungen / vnnd seynd auch zum theil dahin geführet worden / durch etlicher Schmeichler Liebkosen. Hujus Constitutionis mentionem faciunt. Münster *in Cosmograph. lib. 3.* Von Teutschlande. *24. pagin. 476.* Friderich Hordtleder von Vrsachen des Teutschen Krieges. *Caroli V. lib. 1. cap. 47. pagin. 512. Hieronym. Balbus de coronat. pag. 39. Georgius* Kölderer von Höch *apud Frideric. Achill. in Orat. contra Ital. pagin. 618. Matth. Stephan. de jurisdict. Imper.* Ro-

Roman. lib. 2. part. 1. cap. 1. nu. 124. Neque coronatio Papalis ullo jure, aut patrum ordinatione, sed blandâ adsentatione & Romanorum Pontificum spontanea ingestione provenit. *Johann. Garsen. dict. Orat. de coronat. Pontif.* Voluerunt enim Romanorum Principum quidam, inquit *Marsilius de Padua* circa tempora Constantini ex superflua quadam devotione electionem de se factam amicabiliter significare Romanis Pontificibus, ut in eorum personâ Christo singularem reverentiam exhibentes ab eo per Pontificum intercessionem, ampliorem benedictionem & gratiam ad suum gubernandum Imperium obtinerent. *in defensor. pacis. 26.* Ex quâ reverentiâ Episcopi Romanorum induxerunt abusum. Confirmationem nempè prædictæ electionis. *Panvin. de Comit. Imper. part. 1. cap. 5. Joh. Garf. dict. Oration.* Idque innuit *Georg. Sigism. Seldus*, quando scribit: Darumb so weis ich mich nicht zuberichten / daß durch solche Päbstliche Krönung / einem erwehlten Römischen Keyser eine weitere Gerechtigkeit / weder er vorhin hat / zuwächst / oder gegeben werde. Möchte wol wahr seyn / (wie unsere Rechtsgelehrten davon schreiben) weil insonderheit die Alten ihren Christlichen Eyfer nach gern alle grosse Dinge mit GOtt dem HERRN angefangen / so hat ein Römischer Keyser / als das Oberste Weltliche Häupt wollen gesalbet seyn / und consecriret werden. Im Bedencken *ad Ferdinandum Imperatorem:* Von Ihrer Keyserlichen Majestet Wahl und Hoheit. *pagin. 57.* Hinc Cæsares quidam coronam à Pontificibus acceptare noluerunt: Sic Henricus Auceps invitatus à Pontifice ad Coronam Imperii suscipiendam respondit: Sibi sufficere, quod ex gratiâ DEI sit Rex Romanus, & quod Germaniam ab infidelium incursione defendat. *Seldus dict. consilio.*

Nihil

Nihil ergò novi juris electo tribuit Coronatio Papalis cui si ortum Imperatorum attribuere libeat, in classem Imperatorum non referendus erit Rudolphus I. qui à Principibus quæsitus, cur non Romam pro Imperiali Corona peteret, talem iis apologum reddidit: Quondam, inquit, omnes feræ à Rege animantium, in altum quendam montem, specubus & antris concavum accersebantur: Venerant Cicures, venerant feræ pleræque omnes. Salax vulpes antro quidem proxima, sed priusquam ingrederetur, montis profunditatem, animantium reditum præstolabatur, cum autem paucissimæ egrederentur: Neque ego, inquit, ingrediar, forte in illarum numero, quæ intus manent, connumerarer, non harum, quæ egredientur, innuere volens, plures quidem Cæsares Italiam ingredi, sed paucos cum suo & patriæ commodo feliciter redire, Mansit ergò in Germania, nec à Pontifice fuit coronatus *Cuspinian. in vita Rudolphi I.* Neque coronatus est Maximilianus I., nec Ferdinandus, nec Maximilianus II., nec Rudolphus II, nec D. Matthias, qui tamen omnes & singuli à toto mundo pro Imperatoribus culti & etiamnum habentur, *Matth. Stephan. de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. part. 1. n. 143. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 4. numer. 14. Georg. Saromannus in orat. de vita & obitu Imperat. Maximil. I. Johann. Cyriacus Bavo in Belbem. & Wartenburg. in Orat. de Maximil. II. Imperat. apud Kirchn. in iur. Impp. Reges Anon. JCtus Westph. de jur. princip. conclus. 12.* Ut vanum hucusque eorum augurium non fuisse appareat, qui, cum in Coronatione Pontificia, Caroli V. Imperat. Bononiæ celebrata, pons ingens, super quem ingrediebantur templum, corrueret, rem in Omen vertentes ex confracto ponte nullum deinceps alium Imperatorem coronatum iri vaticinari ausi fuerunt *Henric. Cornel. Agrippa de duplici Coronation. Caroli V. cap. 15.* Et hæc aliquomodo latius repetere placuit, jam ad membrum præsens capitulationis revertamur, quod adeò sanctum visum fuit Ferdinando Imperatori, ut

ut ad instantiam quorundam statuum Imperii istud nullo modo mutari voluerit, ut scribit *Seldus*: Wie denn aus dem erscheinet / daß eben auff den Nehesten Tag zu Franckfurt / da von etlichen ansehnlichen Ständen Enderung in der *Obligation* so Ew. Majest. den Churfürsten gegeben / des Römischen Stuels halben gesucht werden wöllen / Ew. Majest. nicht allein denselben sich zum höchsten widersetzet / sondern auch mit Mühe erhalten / daß es dißfalls bey der alten Form gelassen worden / *in Consil. ad Imperatorem Ferdinandum*, Von Ihrer Keyserl. Majest. Wahl vnnd Hoheit. In capitulationibus tamen subsequentium Imperatorum Maximiliani II. Rudolphi II. & D. Matthiæ Principes Electores seculares articulo huic restrictionem hanc addi obtinuerunt: Gleichwol so viel diesen auch nachfolgenden Artickel gegenwertiger *Obligation*, *vers.* Das sollen vnd wollen Wir mit jhrer der Churfürsten &c. belanget / haben vorgemelte vnsere Liebe Oheimb die Weltliche Churfürsten sich außdrücklichen gegen vns erkläret / was daselbsten von dem Stuel zu Rohm / auch der Päbstlichen Heiligkeit Vermeldung geschicht / daß J. L. darein nicht bewilligen / noch vns damit verbunden haben wollen. *Goldast. in Politic. Imper. part. 12. Seldus dict. Consf. pagin. 91, ut gloss.* Idque propterea, quod Principes Electores non solum animadvertebant, per insertionem hujus clausulæ libertati Imperii maximum præjudicium inferri, dum Imperatores vigore istius res suas repetere, & Pontifices injustos possessores iisdem dejicere perpetuò prohiberentur. Sed & videbatur hæc clausula adversari transactioni Passaviensi, quæ utriusque Religionis Catholicæ & reformatæ exercitium permittit, cum è re sit & dignitate Pontificis, ut reformata religio funditus extirpetur: Ideoque Pontifex inter alias conditiones has quoque Ferdinando Imperatori proposuit. Er solle die Inquisition, die jhre Heyligkeit selbst verordnen wöllen / im gantzen Reich / sonderlich aber in seinen Erblanden anrichten / vnd nach derselbigen die Ecclesias reformiren. Item: Er solle sich vnterstehen / alle

Luthe-

Lutherische Fürsten vnd Stände entweder mit Güte oder mit Gewalt / vnd Scherffe des Schwerdts / zu dem Gehorsam des Römischen Stuels zubringen / *apud Goldast.* Von der Teutschen Politischen Reichshändeln / P. S. sub tit. Conditiones Ferdinando Imper. antequam coronaretur à Pontifice propositæ. Quibus & si ab initio Imperator assentiri videbatur, ita namque respondebat : Daß er die Election von den Lutherischen Churfürsten angenommen / habe er nicht alleine für sein selbst eigen Person gethan / auch nicht vmb seines Nutzes willen / sondern allein wegen der Wolfahrt der Römischen Kirchen / den er per juramentum affirmiren könne vnd möge / das er solches allein darumb gethan / ut possit castigare hæreticos Principes, *Goldast. dict. loco.* & hoc fortassis, ut morosum Pontificem placaret, per ea, quæ tradit *Thuan. histor. libr. 21.* tantùm tamen abfuit, ut hoc in effectum deduceret, ut etiam ex informatione Vice Cancellarii *Sigismund. Seldi* permittendo reformatæ Religionis liberum exercitium contra juramentum præstitum se non agere existimaverit, & verè, cum juraverat se defensurum & conservaturum Pontificem & Ecclesiam catholicam, non simpliciter, sed pro posse juxta *c. 1. §. porrò in clem. de jurejur.* At verò cum Imperatorium sit officium, pacem, tranquillitatem & salutem Imperii conservare, in viribus non videbatur esse, quod cum detrimento Imperii conjunctum erat, hoc autem præsentissimum fuisset, cum eo tempore omnia martem spirabant, si pax Religionis adinventa non fuisset. Et ita *Seldus ad Ferdinandum,* Derowegen dieweil/inquit, E. Maj. des berührten Eydes halben allerdings verbunden / vnd weil die Päpstliche Consulenten selbst bekennen / daß dem Eydt / so E. Majest. geschworen haben soll / die Wort pro posse zugesetzet / wie denn dieselben auch an dem Ort / da solch jurament referiret wird / nemlich in clem. 1. §. porrò de jurejur. außdrücklich vermeldet / so folget aus oberzehlten / daß E. Majest. des Meineydes weder quoad actum, noch quoad effectum mit Grund nicht kan beschuldiget werden / in consilio wider des Pabsts vnbillicher anmassen. *pag. 77.*

Cap. III.

De

JURIUM AC PRIVILEGIORUM CONFIRMATIONE.

Summar.

1. *Leges ad certum tempus latæ Reipublicæ nocent.*
2. *Imperator Antecessorum leges servare tenetur.*
3. *An leges ferri quant tales quæ nunquam revocentur?*
4. *Imperator hodiè non nisi consensu statuum leges fert universales.*
5. *In capitulatione confirmatur quoque Aurea Bulla.*
6. *Electio Ducis qualis apud Venetos.*
7. *Leges Electionis Pontificis Romani.*
8. *Quis finis Aureæ Bullæ.*
9. *In quo loco Aurea Bulla promulgata.*
10. *Unde vocetur Aurea Bulla.*
11. *Imperator an possit mutare Auream Bullam.*

12. *Non*

Cap. III.

De

JURIUM AC PRIVILEGIORUM CONFIRMATIONE.

Summar.

1. *Leges ad certum tempus latæ Reipublicæ nocent.*
2. *Imperator Antecessorum leges servare tenetur.*
3. *An leges ferri quant tales quæ nunquam revocentur?*
4. *Imperator hodiè non nisi consensu statuum leges fert universales.*
5. *In capitulatione confirmatur quoque Aurea Bulla.*
6. *Electio Ducis qualis apud Venetos.*
7. *Leges Electionis Pontificis Romani.*
8. *Quis finis Aureæ Bullæ.*
9. *In quo loco Aurea Bulla promulgata.*
10. *Unde vocetur Aurea Bulla.*
11. *Imperator an poßit mutare Auream Bullam.*

12. Non

12. *Non in omnibus Aurea Bulla strictè observatur.*
13. *Imperator confirmat in capitulatione pacem publicam.*
14. *Ganerbinatus unde trahat originem.*
15. *In capitulatione confirmatur quoque pax Religionis.*
16. *Hispanicæ inqusitionis quæ causa & finis.*
17. *Magistratus subditos ad religionem cogere non debet. 19.*
18. *Laniena Luteniana qualis fuerit.*
20. *Pax Religionis promulgata.*
21. *Libertas Religionis in Gallia, Hollandia, & Imperio Turcico quid profecerit.*
22. *An consensus Papæ ad pacem Religionis promulgandam fuerit necessarius.*
23. *Sponte non coactus Cæsar cum statibus iniit pactum Religionis.*
24. *Concilio Tridentino an pax Religionis sublata.*

25. *An Imperator ex plenariâ potestate paci Religionis poßit contravenire.*

26. *An emblema Papisticum: Hæreticis fidem non esse servandam, tollat pacem Religionis.*

27. *Quomodo conveniant jura Episcopalia & adminstratio politicâ in unâ eâdemq; persona.*

28. *Imperator in Capitulatione jura ac privilegia Principum confirmat.*

29. *Episcopi quoq; Regalia & jura territorialia habent.*

30. *Civitates quoque Imperiales Regalia habent.*

31. *Electores multa habent privilegia specialia.*

32. *An privilegiorum confirmatio sit neceßitatis?*

33. *Successor antecessoris pacta servare tenetur.*

Rei-

Reipublicæ interest, ne crebris Legum mutationibus jus incertum reddatur, quod qui ambulatorios magistratus improbant, objicere solent: Novum Regem novam Legem esse, & *Liv.* ait *lib.* 5. Omnia repentè mutaverat, Imperator mutatus. Unde Romani, apud quos prætoris edictum à principio nihil erat, nisi lex annua. *Cic. in 3. Verr.* cum tàm diversis edictis sese mutuo destruentibus Respublica gravaretur: nec de jure quisquam certus esse posset, prætoribus illud pro libitu mutantibus, constituerunt, ut prætores ex edictis perpetuis jus dicerent, *Dion. lib.* 36. Sæpissimè autem leges mutantur cum principibus. *Duan. ad tit. de Constit. Princip.* 1. Sicut Pompejus datus Lucullo Successor omnia ejus acta non tàm publicæ utilitatis causa, quàm ex odio & invidia antecessoris irrita fecit. *Plutarch. in Lucull.* In Anglia sanè Eduardus IV. revocavit omnia statuta Henrici VI. quæ primo anno Imperii sui ab illo facta erant, & cum Henricus postea ex carcere liberatus sceptrum recuperasset, eodem stylo perfodit, quicquid ab Eduardo gestum erat. Robertus itidem Brussius Scotorum Rex, cum Regnum Anglis vicissim eripuisset, Ballioli acta irrita habuit. *Henning. Arnisæ. de Majest. cap. 7. num. 5.* Hoc ergò ne faciat Imperator in Imperio Romano-Germanico sanctè promittere tenetur. Ita namque Imperator Carolus V. primo statim capite renunciavit libertati mutandarum legum. *Sleidan. lib. 1.* & successores statim ferè à principio Capitulationis, Ut Rudolphus II. & cæteras quoque S. Imperii ordinationes & constitutiones, quatenus eæ prædicto Recessui Augustano de Anno 1555. non adversantur confirmabimus, renovabimus? *Goldast. in Polit. Imper. part. 12.* Et præsens Imperat. invictissimus Dn. Matthias Anno 1615. die 18. Junii Francofurdiæ ad Mœnum: Unnd die andern des Heiligen Reichs Ordnungen und Gesetzen / so viel deren in den obgenandten angenommenen Reichsabschieden im 55. Jahr zu Augspurg auffgerichtet/nicht zu wider confirmiren, erneweren?

1.

2.

 Ut

Ut ita ex pacto Imperator Antecessorum ll. servare teneatur: Aliàs sanè in regnis talibus, quæ non ex pacto adeuntur, Successor obligatus non est, cum superiorem oporteat esse, qui alteri legem vult dicere. *l. judicium 58. ff. de judiciis, l. nam magistratus. ff. de recept. qui arbit.* Atqui antecessor non plus habuit potestatis, quàm successori relinquit, & iniquum maximè esset, si antecessori liceret Successoris conditionem deteriorem facere, debitámque ipsi libertatem auferre. *Rosenthal. de feud. cap. 6. concluſ. 16. num. 13. Borch. de feud. cap. 17. num. 19. Vult. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 16.* Unde Carolus Magnus Successores ad non alienandas vel dividendas opes Ecclesiasticas, ut à Carolo Marcello fieri consuetum erat, obligaturus, cautè adjicit hanc limitationem. Qui nostram vel progenitorum nostrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint Quia enim Legem præscribere non poterat: Exemplum saltem relinquere voluit, inquit *Arnis. de majestat. cap. 7. num. 3.* Neque supervacaneum hoc membrum capitulationis, eò quod Leges ferri queant, à quibus ipsi Principi abscedere non liceat, multò minus successori, qui Reipublicæ non minus obligatus est, quàm antecessor, unde apud Persas religio erat leges servare, ut semel latæ fuerant. *Plut. in Themist.* ex qua lege disputabant illi, qui à Rege exigebant, ut secundum tenorem decreti sui Danielem Leonibus objiceret, Scito inquiant, quia Lex Medorum atque Persarum est, ut omne decretum, quod constituerit Rex, non liceat immutari, quo Sermone coactus Rex Danielem ad supplicium concessit. *Dan. cap. 6.* Idque multo magis verum, si nominatim apposita fuerit clausula, *ut in Constit. Frider. de incend. & pac. violat.* Volumus, ut hæc tàm utilis ordinatio omni tempore rata permaneat, & perpetuo jure servetur, Et in lb. Andreæ Regis Ungar. Et ut hæc nostra tàm concessio, quàm odinatio, sit nostris, nostrorumque successorum temporibus in perpetuum Valitura. *Bonfin. de reb. Ungar.* Et Carolus IV. in Aureâ Bullâ. Hâc edictali & perpetuum valiturâ lege sancimus. Non propterea hæc pactio cum

Imper.

Imper. usu caret. Quamquam enim Principes sæpè sibi ipsis semel latas constitutiones corrigendi potestatem auferant, adjecta clausula: Ut nec à nobis ipsis derogari possit: Id tamen non tenet, quia nemo potest sibi ipsi legem dicere: Jurant equidem Lacedemonii in Leges Lycurgi, fidemque discedenti dederant, nihil in iis ante suum Delphis reditum immutatum iri, quâ fide, ut Lycurgus eos in æternum obligatos retineret, inediâ mortem sibi conscivit. *Plutarch. in Lycurg.* Quam plurimæ tamen earum abrogatæ sunt. Sic legem de non admittendis peregrinis Cleomenes sustulit, ne, inquit, ut hactenus, Laconicam, penuriâ defensorum, prædationibus Atolorum & Illiriorum expositam videre cogamur, jurarat universus Senatus Atheniensis in Leges Solonis. *Herodot. libr. 1.* plurimas tamen ipso adhuc vivente & vidente populus, alias Pisistratus occupatâ Tyrannide antiquavit. *Plutarch. in Solon.* pernitiosum sanè esset navi si vector ingruente tempestate gubernacula convertere non posset, *Arnisa. de Majestate cap. 7. num. 2.* Hinc Daniele liberato, cum Consultores Rex in Leonum foveam projici juberet, manifestè indicavit, ab iis se deceptum fuisse, nec tàm pertinaciter iniquæ legi standum fuisse, quam etiam abrogavit statuto è contrario, ut DEUS Danielis ubique coleretur & adoraretur. *Dan. 6.* Porrò huic membro capitulatiònis subjicitur statim illud, quo Imperator leges & ordinationes Imperii, non nisi consilio statuum amplificare jubetur, quamvis enim *Sleidan.* saltem consilium Electorum requirit in capitulatione Caroli V. In subsequentium tamen Impp. capitulationibus. Aliorum quoque statuum Imperii fit mentio, ut in capitulatione Rudolphi Secundi, ibi: Easdem (scilicet Leges) cum consilio nostrorum & S. Imperii Principum Electorum & reliquorum Principum ac statuum corrigemus, prout id quolibet tempore: Imperii necessitas postulabit. Et in capitulatione D. Matthiæ, und wo noth/dieselben mit Rath unser und des H. Reichs Churfürsten und anderer Ständt bessern/wie das zu jederzeit des Reichs Gelegenheit erfordern thut. Quondam enim solus Princeps leges

leges poterat ferre, ut in quem omnis poteſtas tranſlata, ita ut eâ ſolus uti poſſet, Conſtituto namque Principe, & hoc jus illi datum eſt, ut quicquid per Epiſtolam vel ſubſcriptionem ſtatuerit, vel cognoſcens decrevit, vel de plano interlocutus ſit, vel edicto præceperit, jus ſit & legis habeat vigorem. *l.1. §.1. de conſtit. Princip. §. ſed & quod principi Inſtit. de jur. Nat. Gent. & Civ.* Sed & hæc poteſtas hodiè centro & ſpacio aliquomodo circumſcripta eſt, *Clut. in ſyllog. rer. quotid. concl. 21.* dum vigore hujus membri Capitulationis in universo Imperio Romano univerſalem Legem condit Imperator cum aſſenſu & conſilio ſtatuum Imperii. Unde etiam Leges in Comitiis Imperialibus latæ appellantur Receſſus Imperii ſive Comitiorum des Reichs Abſchiede / *Matthæ. Stephan. de jurisdict. libr. 2. part. 1. membr. 2.* Antiquiſſimo quidem Imperii more, etiam, Imperatores Leges generales ſancire vel aliud quid ardui conſtituere volentes, id non per ſolos, ſed & in præſentia ac cum Conſilio ordinum peregerunt, *l. 8. C. de lib. c.1. de prohib. feud. alienat. per Frider.* At hodiè non ſufficit præſentia & conſilium ordinum, ſed & conſenſus & authoritas accedat, neceſſe eſt. Hocque ipſum eſſe videtur, quod *Tob. Paurmeiſt.* Conſenſum mutuum Cæſaris & ordinum Imperii formam ſubſtantialem facit decretorum Comitialium. *lib. 2. de jurisdict. Imp. c. 2. nu. 84.* Quod confirmat *Autor Autonomiæ* oder Freyſtellung mehrer Religion *Franciſcus Burckhardus (quem tamen autor parthenii litigioſi vocat Andream* Erſtenberger. *lib. 1. c. 6. n. 9.) Cancellarius quondam Archiepiſcopi & Electoris Colonienſis, qui multum ac diuturnum earum rerum uſum habuit,* dum formam & ordinem in ferendis decretis Imperii hiſce verbis deſcribit: Daß der Punct / davon deliberiret werden ſoll / proponiret, berathſchlaget / referiret, correferiret, vnd durch die jenigen / denen es gebühret / Reichsſatzungen zumachen / das iſt / durch die Keyſerl. vnnd Königliche Majeſtet / auch Churfürſten / Fürſten vnd Ständen des Reichs beſchloſſen / vnd vorabſchiedet werde / *part. 3. c. 37.* Idemque apparet de verbis, quæ reſcripſit ad Imp. Maximilianum II. Lazarus von Schwende:

Dar-

darneben / *inquit*, haben die Teutschen je vnd alle wege vnter jhren Keysern jhre alte Teutsche Freyheit herbracht vnnd erhalten / daß sie jhnen nicht eingreiffen können / besonderlich ist das Keyserliche Regiment alle wege also angestellet gewesen / daß es männiglichen bey seinen Freyheiten / Rechten vnd Herkommen bleiben lassen / schützen vnd handhaben / vnd in fürfallenden wichtigen Sachen mit vorwissen vnnd zuthun der Churfürsten vnd gemeinen Stände handeln vnd schliessen sollen / *in consil.* von Regierung des Römischen Reichs / vnd Freystellung der Religion / *pag. 128.* Adeoque solennè est, singulis ferè capitibus, quæ in deliberationem proposita fuerunt, adjici hanc clausulam: Quod inter Cæsarem & ordines, ultro citroque ita sit conventum, ita in decreto Maximiliani I. Anno 1497. Wir als Römischer König mit sampt vnserer vnd des Reichs Churfürsten / Fürsten / Ständen / vnd gemeiner Versamlung auff den Reichstag allhier zu Freyburg gesetzt vnd geordnet / & in ordinatione Regimenti Ann. 1500. Mit einmütigen zeitigen Rath vnd Willen / auch zugeben vñ annehmen der Ehrwürdigen Hochgebornen / Ehrsamen / Edlen vnsern lieben Ohmen / Andächtigen vnd des Reichs getrewen Churfürsten / Fürsten / Geistlichen vnd Weltlichen Prælaten / Graffen / Freyen Herrn / vnd anderer Stände des Heiligen Römischen Reichs / beschlossen. idemque reperitur in decreto Spirensi Anno 1526. Wir König Ferdinandus, tanquam Legatus Cæsaris &c. Vnd die Stände haben vns sämptlich eines Abschieds aller vnser gehabten Rathschläge vnd Handlung vereiniget vnd verglichen / & in decreto Augustano Anno 1548. Wir haben vns mit Churfürsten / Fürsten vnd gemeinen Ständen vereiniget / verpflichtet vnd verbunden. In decreto Augustano Anno 1551. & multis aliis.

5\. Non solùm verò Imperatores Recessus Imperii, sed & leges fundamentales, ut Auream Bullam confirmare solent in capitulatione, *Sleidan. lib. 1. comm. Goldast. in Polit. Imper. part. 12. Paurmeist. de jurisdict. Imp. Roman. lib. 1. cap. 6.* quia hæc unicum illud atque adamantinum vinculum quo qualescunque hæ Imperii Romani reliquiæ, illique ferreo lutei

pedes utcunque continentur, & à dissolutione & ruinâ adhuc conservantur. *Buxdorff. ad Aur. Bull. concl. 1.* fuit hæc Aurea Bulla hactenus pacis publicæ Nervus firmissimus. *Peucer. libr. 5. Chron. in Carol. IV.* firmissima Romani Imperii petra, super quâ etiamnum Majestas & pax ejusdem tuto quiescit, cujus intuitu Carolus IV. minimè pœnitendus Imperio Princeps censeri possit. *Fabl. l. 6. orig. Saxon.* de quo aliàs Maximilianus I. Imperator dixit: eô pestilentiorem pestem Germaniæ nunquam obtigisse. *Spigel. lib. 5. comment. ad Ligorin. Güntheri.* Nihil enim perniciosius in Republica habetur quàm Electio, si non sit limitibus certisque legibus circumscripta. 6. Hinc Veneti de eligendo Duce soliciti, talem sibi constituêre legem electionis, ut ex omnibus Senatoribus seu Nobilibus Venetis constituantur 30. ex quibus postea eligantur 9. qui rursus eligant 40. ex hisce 12. qui denuò denominent. 25. Ex hisce 9. electi vicissim constituant 40. ex quibus nova vice 9. nominati eligant. 41. Quorum votis Dux qui denominatur, talis non pronuncietur, nec in templum D Marci deducatur, si nesciat respondere objicientibus impedimenta & duplicare replicantibus. *Caspar. Contaven. Cardin. de magistr. & Republ. Venetor. libr. 2.* Hoc autem propterea quod sapienter electi Principes sapienter agant, per imperitos electi perire soleant. Et quanta discordia Cardinalium in eligendo Pontifice antequam hujus electionis & modus & leges fuerunt inventæ? Ann. enim 1268. Clemens IV. Papa cum Viterbii obiisset. Cardinales numero 17. qui tunc in Curia Romana præsentes, in creatione futuri Pontificis dissentire cœperunt, in tantùm, ut electio propè in triennium protraheretur, nam dum unusquisque ad pontificatum adspirans nemini cedere vellet, nihil certi concludere potuerunt, tandem à Viterbiensibus coacti post interregnum duorum Annorum, Mensiumque novem, per viam compromissi in sex Cardinales facti, renunciarunt Pontificem Thealdum Archidiaconum Leodiensem, qui fuit dictus Gregorius X. Unde de hac electione Cardinalis Portuensis tales cecinit Versus:

Papatus munus tulit Archidiaconus unus,
Quem patrem patrûm fecit discordia fratrûm.

His posteà Pontifex suâ electione edoctus in concilio Lugduni in Gallia congregato nonnullas tulit leges de futurâ Romani Pontificis electione. *Jeh de ferres en inventaire general de l' histoire de france france tom. 1. fol. 566. Onuphr. Panvin. in addit. ad platin. vit. Gregor. 10.* Hinc usus inventus conclavis in Vaticano, ibi cum ventum est electionis causâ statim deliguntur Cardinales tres aut quatuor, qui res omnes necessarias procurent, qui Regum & Principum legatis respondeant, hi portæ clavem unam habent, alteram Nobilitas Romana, tertiam Episcopi, quartam Ceremoniarum magistri, in illa porta est ostium, cujus habent clavem magistri, ceremoniarum, & prandii atque cœnæ tempore solùm aperitur, per quod infertur cibus ex culinis quæ sunt foris, & adsunt Episcopi quidam ad eam rem delecti, qui omnem cibum diligenter perquirunt, ne quid fortè literarum lateat. Priusquam suffragia perquiruntur quædam recitantur leges, quas ipsi pro ratione & conditione temporis condunt, quæ pertinent ad Cardinalium immunitates & privilegia, primumque singuli jurant, si forte in eum casum res deveniat, ut Pontificatum obtineant, omnia exactè servare, deinde quem Ecclesiæ putabunt inprimis & Reipublicæ fore salutarem, velle eligere. Quisque patrum quos eligere decreverit in codicillo ante describit, eumque suo annulo obsignat, calix in quo sacra illa die facta, ad medium constituitur Altaris, in quem singuli in genua procidentes codicillum dimittunt, debitus numerus si ex codicillis adimpletur, Pontifex est creatus. Quamvis alio more Paulus IV. & Leo XI. renunciati fuêre. *Sleidan. histor. libr. 27. pag. 670. Onuphr. Panvin. in addit ad Platin. in vit. Clem. & Leon.* Fuchs *apud Goldast. tom. german.* von Reichshändeln, *pagin. 13. Mercure francois ou la suite de l' histoi. de paix. Nicol. Bell. in thes. Polit. part. 1. disc. 4.* Et hæc omnia commodum publicum requirere videtur, ut scilicet electio certis limitibus & legibus sit circumscripta, quas etiam Electioni

7.

8.

 Regis

Regis Romaorum ponit hæc bulla. Unde inclutos Regni Poloniæ ordines prudenter monuisse Stanislaus Sarvicius videtur, cum in præfatione super historiam Polonicam (referente *Keckerm. disp. pract. 29. probl. 14.*) ita scribit: Nec definitionem eligendi Regis qualis esse debeat, nec modum præscriptum, nec formam electionis celebrandæ hæc Respub. habet per tot centenarios ex quo stetit: Sine quibus necessitas ipsa etiam bonos viros interdum cogit ad varias artes & compendia confugere. Alioquin enim in infinitum tempus, Electionis nullo effectu, cum gravi autem periculo extraheretur, & tot voluntates hominum ferè semper inter se variantes ad unum scopum impossibile est sine arte reducere. Sanciatis igitur aliquam amplissimam legem quam cum germanis Auream Bullam vocare licebit. Ad boni etiam Principis officium pertinet futuris dissensionum periculis occurrere, & subditos in concordia & pace conservare. Hoc fecit Imper. Carolus IV. dum ad unitatem inter Electores fovendam & divisioni, variisq; ex eâ sequentib' periculis aditum præcludendum has leges posuit; Quondam enim controversiæ non leves movebantur inter Electores circa conductum, Convocationem, Electionem, Ordinem sedendi & votandi: Nam cum Henricus IV. puer quinque annorum in Imperatorem Aquisgrani coronandus esset inter Coloniensem Erchipiscopum Hermannum & Lupoldum primatem Moguntinum conflictus fuit, hic enim eam sibi vendicabat dignitate, quia negotia Regni sibi commissa essent, ille verò, quia intra suam diœcesin locus iste coronationis situs esset. *Zwing. l. 4. vol. 11. theat. hum. vit.* Cum Henricus III. esset Moguntiæ, inter Ministros Moguntini Archiepiscopi & Fuldensis Abbatis de loco exorta est contentio: Res à verbis ad verbera processit, ac sine mora gladiis congredientes templum humano sanguine fœdarunt. *Naucl. vol. 2. general. 36.* Hoc in posterum ne accidat, decretum Carolus hâc bulla promulgavit, quo gradus, potestatesq; Principum & aliorum ordinum ita discrevit, ut nullus de jure suo tanquam iminuto queri possit. *Thuan. l. 2. circ. prohib.* Hancq; intentionem fuisse Car. IV. Imp. apparet ex ipsius ver-

verbis in proœmio A. B. quando ait: Also hastu (Neid vnd Mißgunst) zwischen des H. R. Reichs VII. Churfürsten/ durch welche als durch sieben helle Leuchter das H. Reich in Einigkeit eines siebenförmigen Geistes solt erleuchtet werden zum offtermal zertheilung vnd zweyung geleget vnd eingeführet / & posteà: So haben wir Einigkeit vnter den Churfürsten zuerhalten/ vnd eine einmütige Wahl einzuführen / auch der Gefahr / so aus der gemelten verfluchten Theilung entstehen möchte / den Zugang zuversperren in vnsern Hoffe zu Nürnbergk hernach geschriebene Gesetz gemacht? Ex verbis autem finalibus in solenni Curia seu Comitiis Norinbergæ has leges editas esse apparet. *Petr. Heig lib.1. quæst. 4. num.10. Thuan. lib.2. hist. pag.100. Zobel. in diff. jur. Civ. & Saxon. part.1. diff.1. n.8. Melch. Goldast. tom.1. Const. Imp. pag.101.* Quibus contradicere videtur Bulla Sigismundi Imperatoris *c.1. in verb.* In dem Gesetz seiner Keyserlichen güldenen Bull vorzeiten zu Metz gemacht. *ap. Goldast. tom.1. Const. Imp. pag.166.* Metis itaq; A. B. promulgatam esse, existimat. *Peucer. lib.5. Chro. in Carolo IV.* Sed utrumq; verum & Norinbergæ & Metis hæ ll. latæ sunt, sed non omnes, nec eædem, priores enim usq; ad cap.24. Norinbergæ editas esse, tùm ex proœmio, tùm ex c.12. manifestum, quo capite Imperator ad annum sequentem in civitate Metensi Curiæ seu Comitiorum celebrationem remittit: Illas constitutiones, quæ à cap.24. sequuntur Metis prioribus adjectas esse, dubium non est, idq; clarum ex *pr. d. c.24. ibi:* Die hernach geschriebene Gesetze/ seynd in dem Hoffe zu Metz Anno 1356. gegeben vnd publiciret, *Buxdorff. ad A. B. concl.4.* Sanctio a. hæc ipsa synechdochicâ denominatione A. B. appellatur ab ejus appensione: unde *Alb. Crantz.* multa, ait, constituens quæ usq; in hodiernũ diem asservantur: & aureo sigillo desuper literas decernens, appellari jussit Carolus IV. Constitutionem Imperialem Bullam Auream *lib.9. c.29. in Saxon.* Bulla enim hic nihil aliud significat quàm majus ipsius Imperatoris Sigillum quod negotiis gravioribus appendi solebat, Hinc bullati Doctores, quod literis bullatis gradum adepti sint, quia verò sigillum aureum sanctionibus gravioris momenti appendi consuevit,

9.

10.

 bulla

bulla fuit Aurea dicta. *Cuspinian. in vita Caroli IV. Heigius part. 1. quæst. 4. num. 11. Matth. Stephan. de jurisd. Imper. Rom. lib. 2. part. 1. c. 5. nu. 27. & 5. Buxdorff. ad Aur. Bull. concl. 1.* Hinc in decreto Anno 1431. in Comitiis Norinbergæ perlato hæc verba in f. habentur: Versiegelt mit unser Königlichen anhangenden güldenen Bull. *apud Goldast. tom. 1. Const. Imper. fol. 166. Et eod. tom. fol. 73.* Fridericus II. privilegia Romanæ Ecclesiæ nonnulla Aureâ Bullâ muniri jussit. Cum ergò Imperatores fide jurata adpromittere coguntur, quod Auream Bullam firmiter & constanter servare velint, apparet arbitrio eorum Bullam non subsese eosque Bullam abrogare aut mutare non posse, cum & aliàs hæc Bulla sit lex Imperii fundamentalis, id est talis, sub quâ Imperium constitutum est, & qui tanquam fundamentum ex consensu communi & approbatione nititur, *Heig. lib. 1. quæst. 5. n. 2. Petr. Gregor. Tholos. lib. 7. de Republ. c. 19. n. 17.* At leges Imperii fundamentales, nec mutari nec abrogari posse, Politicorum communis est opinio. *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 8.* Maximè cum hæc Aurea Bulla non solo Imperatore autore promanavit, sed ut textus habet procemii, Da alle Churfürsten Geistlich und Weltlich / und der andern Fürsten / Graven / Freyen / fürtrefflichen Personen / Edlen / und der Städte Bothschafften eine grosse Anzahl bey uns sassen / *Arum. ad Aur. Bull. disc. 1. thes. 7.* Non tamen post Caroli IV. tempora à subsequentibus Impp. Aurea Bulla in omnibus fuit strictè observata, ut sic in quibusdam articulis magis ad observantiam respiciendum, in quibus consensu statuum Aureæ Bullæ derogatum. Ita enim in electione Carolus IV. *cap. 4. Aur. Bull.* Trevirensi primam vocem tribuit, Moguntino ultimam, quando ait: Zum ersten / soll er (der Ertzbischoff zu Meintz) fragen den Ertzbischoffen von Trier / deme die erste Stimme gebühren soll. Et postea: Deren aller Stimm in jetztgemelter Ordnung / der ehegenandte Ertzbischoff von Meintz erkundigen / und wann solches geschehen / sollen die gemelte seine mit Churfürsten hergegen von ihme begehren / daß er auch sein Gemüth und Meinung erkläre / und ihnen seine Stimme offenbahre /

(margin numbers: 11., 12.)

bahre / hic tamen ordo posterioribus temporibus non fuit observatus. Nam in electione Caroli V. Moguntinus gravi oratione votum suum prius explicavit, eum subsecutus Trevirensis. *Sleidan. lib. 2. comm. de stat. relig. Georg. Sabin. in histor. de elect. & coron. Caroli V. Hartm. Maur. de elect. Caroli V.* Et cum Maximilianus II. in Regem Romanorum eligendus esset, Moguntinus à reliquis Electoribus interrogatus, quemnam ipse eligeret Romanorum Regem, deinceps in Cæsarem promovendum, respondit: Se eligere Maximilianum Bohemiæ Regem, tùm hos vicissim Moguntinus sigillatim rogavit. *Adam. & Nicol. Heyden in hist. elect. & coronat. Maximilian. II. apud Goldast. in Polit. Imper. part. 1. pagin. 148.* Sic etiam jus coronationis Carolus IV. *in Aur. Bull. tit. 4.* Electori Coloniensi tribuit: in verb: Zum andern von deme von Cölln / denen die Würde vnd das Ampt / einem Römischen König die erste Kron auffzusetzen / zugehöret. Quod Jus Coloniensis habuit tempore Henrici III. qui non à Moguntino, sed Coloniensi coronari voluit, quia major generis claritas Hermanum Coloniensem, quàm Lupoldum Moguntinensem commendabat: ille enim Palatinus Rheni cognomento nobilis erat, hic ex Monacho Fuldensi ad Archiepiscopatum evictus fuerat, Consecratio quoque Aquisgrani intra diœcesin Coloniensis tunc temporis celebranda contigerat. *Cisn. in f. orat. de Otthon. III.* in coronatione tamen Imperatoris D. Matthiæ officium consecratoris sustinuit Moguntinus, ut constat ex actu Coronationis, *apud Goldast. in Polit. Imp. part. 1.* Sic Regi Bohemiæ specialiter concessum, ut in actibus Imperialibus quemcunque Regem alium quâcunque etiam singulari dignitatis prærogativâ fulgentem, quem quovis casu adesse fortè contigerit, antecedat. *Aur. B. tit. 6. in verbis:* Vnd sonderlich / daß der König zu Böheimb / wen solche Höffe gehalten werden / in allen vnd jeden vorgemelten Handlungen einem jeden andern König / in was sonderlicher Dignitet vnnd Würden der auch were / so vielleicht dahin kommen oder zugegen seyn wird / gentzlich vnnd vnverhindert fürgehen soll.

Hae

Hac tamen prærogativa gaudent & alii Electores. Quod Regis Angliæ Legatus intelligens, in coronatione Caroli V. sicut & nuncius Apostolicus pompæ adesse non sustinuerunt, ne ordinarentur post Principes Electores, rati per hoc Principum suorum dignitati derogari. *Hartm. Maur. de Elect. & coronat. Caroli V.* Constitutum quoque ut Electores, antequam ad electionem Regis Romanorum in Imperatorem promovendi progrediantur, Missam decantent tit. 2. A. B. ibi: Nach dem aber die offtgemelten Churfürsten oder Bottschafften zu Franckfurd einkommen / sollen sie so baldt den nechstfolgenden Tag in der frühe / daselbst in Bartholomes Kirchen in ihrer aller Gegenwertigkeit eine Meß von dem heiligen Geist / biß zu Ende singen lassen / daß er der heilige Geist ihre Hertzen erleuchten / vnd das Liecht seiner Krafft in ihre Sinne eingiessen wolle / damit sie durch dessen Hülff vnd Beystand / einen gerechten / guten vnd nützlichen Menschen zu einen Römischen König / vnd zukünfftigen Keyser / zu Heil vnd Wolfarth der Christenheit erwehlen mögen. Attamen cum Maximiliani II. electio instituenda esset, & Würtzburgicus Liturgiam de S. Spiritu ex Aureæ Bullæ præscripto peragere cœpisset, Palatinus, Saxo & Brandeburgicus ex choro in proximum conclave discesserunt, insequentibus eos Wilhelmo Landgravio Juniore, Geogio Palatino, Francisco Lavenburgico, Anhaldino, aliisque compluribus unà cum suis Consiliariis, Principibus & Ducibus. *Nicol. Heyden. in elect. Maximilian. II.* Quod iidem etiam fecerunt in electione D. Matthiæ, surgentes enim in Sacellum, quod propè chorum est, cum Consiliariis aulicisque suis, dum Missa celebraretur, concesserunt. *Auct. de script. elect. D. Matth. apud Goldast. dict. part. 1.* Cujusmodi exempla quoque alia, apud Historicos pariter ac Politicos inveniendia servabimus.

13. Cumque nihil æquè ad Principes pertineat quàm studium Concordiæ, *c. 1. de prohib. feud. alienat.* quos in Republicâ esse oportet, quod Oculus in Corpore, quod in animo ratio, & ideò solicitè advigilare debeant, ut pax ubique sarta tecta

con-

conservetur. *Gail. de pac. publ. lib. 1. cap. 1. n. 3.* Ideò sanctè in capitulaitone Imperatores promittunt se pacem tam publicam quàm religiosam constanter servaturos esse, ita enim Rudolph. II. Imp. pacem tam Religiosam quàm profanam, pacem quoque publicam, & eius manutentionem, quæ in Comitiis Augustæ habitis Anno 1555. sancita, accepta & repetita fuit, firmiter & constanter servabimus, manu tenebimus, neminemque contrà eam gravabimus, aut per alios gravari permittemus: Den Frieden in Religion vnd Profansachen/auch den Landfrieden/sampt der Handhabunge desselben/so auff jüngst zu Augspurg im 55. Jahr gehaltenen Reichstage/auffgerichtet/angenommen/ vorabschiedet/verbessert/auch in den darauff gefolgten Reichsabschieden/wiederholet/vnd confirmiret worden / stet fest halten/Handhaben/vnd wieder niemands beschweren lassen. Divi enim & fœlicissimæ recordationis Impp. Maximil. I. Anno 1495. Wormatiæ, & Anno 1500. Augustæ, Carolus V. Anno 1521. Wormatiæ, Anno 1522. Norinbergæ Anno 1548. & 1551. Augustæ Ferdinandus Anno 1555. Augustæ, Anno 1557. Ratisponæ, & Anno 1559. Augustæ, & subseq. Impp. consentientibus statuum & ordinum Imperii votis saluberrimam & plane necessariam de pace publica constitutionem (auff den Landfrieden) promulgarunt, eamq; in diversis Imperii conventibus & Comitiis, ut dictum sub incudē revocarunt, quâ pacem publicam armata manu hominibus violantibus pœna proscriptionis, quæ bannum Imperiale appellatur irrogatur daß derselben Leib vnd Gut allermenniglich erlaubet sey/ vnd niemand daran freveln oder verhandeln könne oder möge / de qua plenissimè *Andr. Gail. in tract. de pace publica.* Nec sine ratione Impp. adeò gravem cōstituēre pœnam contra violatores hujus pacis, cum isti publicam tranquillitatem & tranquillā libertatē lædant. Omnia enim pacis tēpore, *inquit Gail.* pulcherrimè florent, atque incrementum accipiunt, coluntur agri, pascuntur lætæ segetes, ædificantur villæ, extruuntur

3.

Fff oppida

oppida, instaurantur collapsa, ornantur & augentur extructa crescunt opes, aluntur voluptates, vigent leges, floret Reipublicæ disciplina, fervet religio valet æquitas, pollet humanitas, uberior est quæstus pauperum splẽdidior opulentia divitum, efflorescunt honestissimarum disciplinarum studia, eruditur juventus tranquille fruuntur otio senes, bonis auspiciis nubunt virgines, laudantur simili prole puerperæ florent boni, minus peccant mali *dict. lib. 1. de pac. publ. c. 1, n. 3.* Et maximè hæc pœna necessaria fuit, cum quondam illi adversus aliquos justas se causas habere putabant, inimicitias denunciare & lites armis finire solebant, da das Faust vnd Kolbenrecht im Schwang gienge/ de quo more *Nicol. Cusan.* per vilissimum, inquit, diffidationum modum, honorum salvari putant & vi post diffidationem intimatam ex quacunq; conficta aut nulla causa qualitercunq; rapta palam aut occultè licite credunt possideri etiam si bona Ecclesiæ aut Clericorum auferantur contra omnes leges & jura *lib. 3. de concord. cath. cap. 31.* Et *Petrus de andlo.* Eò res redacta est, ait, ut non modo vi oppressus vix judicem ad quem recurrat, inveniat sed & dum post longos laborum circuitus vix tandem judicatum obtinere contigerit, deficit tamen plerunq; qui res judicatas executioni demandare aut velit, aut possit, hinc jam patria continuis diffidationibus exagitatur hinc jam tela volant, furibundæ sparguntur faces hinc armorum arcuum sonat fragor & injuriosus mucro omnia & omnia prosternit *de Roman. imper. lic. 2. c. 16.* Quæ res etiam introduxit Ganerbinatum, cum enim passim itinera erant minus secura, & latrones in arcibus apud sui generis homines latrones latitabant, alii quibus virtutis potius quàm rapinæ studium carum erat, confecerunt sibi arces munitas, in quibus cum familiis suis & rebus preciosioribus ab aliorum invasionibus violentis tuti essent, sibique certas leges fecerũt, *Rittersh. l. part. feud. 17. p. 257.* & hi vocabãtur Ganerbii die Ganerben quasi Gemeine erben *Paurmeist. lib. 2. de jurisd. Imp. Rom. c. 8. n. 68.* de quibus jus Saxonicũ ita loquitur.

74.

Bürger oder Bürgman heissen die Ganerben vnd Edelleut so vor allen vnter einen Bürgherrn auff einer

Burg/

Burgk gewohnet haben/da sie den die Burgkbürger genennet worden / item alibi : Bürglehn heissen solche Lehn/da jhr viel Edelleuthe oder Ganerben wie mans jetzt nennet/in einer Burgk oder Schloß zusammen haben / Lehen vnd Lehenrecht von Fürsten vnd Herrn/ denen die Burgk zugehöret/*Matth.Steph.de jurisd. lib.2. p.1.c.7.membr.3.* ubi aliquot exempla arcium Ganerbicarum recenset, *num.12.* horumque potentia aucta, ceperunt alios opprimere, quorum tamen improbitas & malitia publicis Imperii constitutionibus coërcita est *Wormat. Anno 1495. Anno 1500.* sub Max. *I. Schön. lib.2.polit.c.13. Steph.d.c.7.num.7.* & *8.Vent.de Valent.in parth.litig.lib.2.c.2. num.13.* Sed hæc omnia hodiè sunt sublata pace publica ejusque pœna constituta, quæ omnes omnium Ordinum status Imperii majorum & minorum gentium, & cujuscunque dignitatis personas, summas, medias & infimas æquè obligat, etsi potissimum contra potentiores sit promulgata, *Gail.dict. lib.1.de pace publ.c.1.n.9.* Hocq; edictum publicæ omnes actiones, quarum finis ad arma & seditionem Imperii spectat, concernit, *Gail.dict.loco Christoph. Leib. Frid. apud Goldast. in polit.p.30.*

15. Nec de pace solùm publica aut politica verum etiam Religionis soliciti fuêre Imperator & ordines, adeoque & hanc Cæsar se servaturum in Capitulatione Electoribus promittit, utut etiam diversitas Religionis non mediocriter pacē Reipublicæ labefactet, sicut enim arctissimum pacis & concordiæ vinculum inter cives est una omnium consentiens Religio, ita diversitas sententiarum de fidei articulis pacatum Reipublicæ statum labefactat, ut propterea existiment *Lips.lib.4.polit.c.2.Anton.Possev.in epist.ad Regem.Polon. Windeck. de hæreticis extirpandis Bellarm. de Laicis c. 18. Franc. Burgkh.in Auton.p.2.c.19.* & *seq.p.mihi 190.* & *seqq. Erasm. Roterodam.in lib.ad Campeg.apud Sleid.lib.7.p.191. Scip. Amirat. in Tacit.lib.11.disc.3.* & *alii.* Magistratum in Republica plures Religiones minimè tolerare debere, cum fieri nec soleat

nec possit, ut quis Deum sincerè & ex toto Corde diligat, qui diversas Religiones simul fovere desiderat, Certissimum enim inde est, neutram credere, qui contrarias admittit, *Tholos. lib. 8. de Republ. cap. 2. n. 15.* propterea & ipse Deus in politia Israelitica unam tantum vigere voluit Religionem, quin & unicum duntaxat templum in populo suo extare voluit, ne diversis populus Religionibus ac cultibus implicaretur, hinc Reges Israelitici destruebant templa idolorum; & populum ad Dei veri cultum reducebant, ut Ezechiæ, Josaphati, Josiæ & aliorum historia testatur. Id quod & legibus XII. tabb. cautū erat: Separatim nemo habebit Deos neque novos sive advenas nisi publicè ascitos privatim colunto, constructa à patribus, delubra habento. *Cic. 2. de lib.* Hocque ipsum pontificii sequuntur in tantum ut justè Magistratum facere existiment, si subditos ad fidem cogat, utque unam Religionem colant, cum libertas quidvis credendi nihil aliud sit, quàm libertas errandi in re animæ salutem concernente, in qua error est longè periculosissimus & nocentissimus! Quod & Mecœnas, apud *Dion. lib. 52.* Octaviano consuluit, ut non solùm more majorum Numen diligenter coleret, sed & alios ad eum cultum compeller non solum religionis sed maximè Reipublicæ causa, novæ enim Religionis prætextu multos res novas moliri & illicita collegia coire, commutationesq; & seditiones inde nasci. Eò ut facilius perveniant pontificii, fortissimum excogitarunt remedium, Inquisitionem scilicet Hispanicam, quæ est percontatio fidei, quæ fit à Viris, quibus id munus commissum, quos Inquisitores seu patres sancti officii appellant, in medios & adversus eos, quibus ipsis visum fuerit, præsertim si qui suspecti sint, vel minimi erroris adversus Catholicam Romanam Ecclesiam, quos pro causæ gravitate capitali supplicio, bonorumque omnium confiscatione castigant, cujus rei gratia in Civitatibus Italiæ & maximè Romæ juxta templum D. Petri domus peculiares exstructæ, quæ vocantur Domus Inquisitionis Inquisitio autem primum cepit in Hispania, teste *Reginaldo Montano & Georgio Nigrino*, unde etiam Hispanica vocatur: Titus enim Vespasianus cum post Hierosolymæ excidium Judæos ut mancipia in Hispa-

16.

niam

niam relegaverat, hique summa libertate religionis vixerunt, & Ferdinandus Arragonius ac Isabella Rex & Regina Hispaniarum finem bello imposuissent, adversus Mahometanos Monachis cura commissa est, ut pariter Mahometistas & Judæos converterent sub capitali supplicio, quo plurimi affecti, quod inventum Regium postea à Sixto IV. Pontifice Apostolica autoritate fuit firmatum. *Ernest. Eremund. de orig. & hist. belgic. tum ul. pag. mihi 10.* De hoc invento ita loquitur *Georg. Frider. Limp. Baro.* Religionis Hispanicæ inquit Illustrissimum πορισμα est inquisitio, quæ ubi primum comperit aliquem in quodam fidei capite à Romana Ecclesia dissentire confestim opponit ei syllogismum ex igne, aqua aut laqueo confectum, qui fortius quàm qui primæ figuræ dicuntur, côncludat; atque ubi mors necessariò ingrediatur conclusionem, *apud Frid. Achill. in consult. de princip. inter prov. Europ. in orat. cont. Hispan. Lanov. disc. 4.* Eò namq; satis superfluè belluinam immanitatem ac crudelitatem suam testati sunt Hispani, qui sitiunt, esuriuntq; carnem & sanguinem humanum, quàm horribilis enim & crudelissima fuit Laniena adversus innocentissimos Americanos perpetrata? quam suis oculis se vidisse, refert. *Franc. Bartol. de las causas Episc. Hispan. in lib. de persecutione indor.* & in ea ultra 20. miliones hominum miserè occisos fuisse, ait: *Anton. Arnold. in act. habita pro Academia parisiensi Waremund. ab Erenb. de fœder. lib. 2. n. 82.* Quot millia namque Indorum canibus cesserunt in escam? sæpiùs uno alterum ita compellante: Da mihi frustrum carnis pro pastu canû meorum, quod si ex meis unum occidero, id tibi restituam *Vid. Thuan. lib. 55. hist. circa fin.* Ut propter hanc ferocitatem non immeritò Indi putaverint, Hispanos non ut alios homines in terram natos esse, sed ex spuma maris concretos venisse ad perdendum mundum, quâ de causa mare infestantur, quod tam immanem sobolem in terram immiserit, aliiq; vicini populi, qui carnibus vescuntur humanis, ab Hispanorum propetereà cadaveribus abhorrent, *Benzo in hist. novi orbis lib. 1. c. 23.* Hinc etiam Matth. Cacicus ad ignem damnatus à Monacho Franciscano admonitus ut in Christum crederet,

quæsivit, an etiam Hispani venirent in Regnum cœlorum, Monacho affirmanti respondit, se nolle petere cœlum sed potiùs inferos, ne sibi domicilium tum genti crudeli commune esset, *Georg. Frid. Bavo dict. orat. cont. Hispan. pag. 342.* Eadem crudelitas causa hujus inventi diabolici inquisitionis, quod propterea Anglis odiosum, Suecis horrendum, Hungaris portentosum. *Gran. de pace relig. part. 2. problem. 2.* Quare & Veneti cum his Pontifex aliquando Inquisitionem obtrudere vellet, hoc responso Legatum remiserunt, velle se in Religione peccantes punire, sed non Hispanorum more. *Vid. Sleidan. lib. 19. histor.* prudentissimum sanè hoc Venetorum Responsum, quibus curæ est, conservare Rempublicam, cui maximè nocet hæc inquisitio, quis enim nescit, hanc papalem inquisitionem causam fuisse, ut tot provinciæ Belgicæ auspicatissimo & masculo ausu Hispanicæ sævitiæ jugum excuterent. *Samuel. à Remching. de pace relig. differt. 2.* felix fuisset Philippus II. Rex Hispaniarum si pactum patris Caroli V. de non inducenda inquisitione non violasset, fœlix si non Anno 1559. post celebratum festum aurei Velleris mense Augusto in urbe Gandavo cum Antonio Perenotto Cardinale Granvellano de inducenda inquisitione deliberasset, fœlix si Maximiliani Imp. Consilium, ut clementiam sibi commendatam haberet, secutus de novo inquisitionem non præcipisset, felix si consilio & suasu Margaretæ Ducissæ parmensis, & gubernatricis belgicæ, inquisitionem abrogasset & felicissimus si non Ferdinandum à Toledo Ducem Albanum cum plenissima potestate puniendi rebelles & cogendi subditos ad religionem Catholicam in Belgium misisset. *Eman. Metteran. in hist. bell. Belgici. Ernest. Eremund. de orig. & hist. Belg. tumultuum.*

17\. Hoc inventum inquisitionis ceu diabolicum ut omnino improbandum, ità profectò non audiendi qui docent, Magistratum subditos ad fidem cogere debere aut posse, utut enim concedamus, cuilibet Magistratui summis viribus eò admittendum esse, ut una, eaq; vera Religio obtineat, veruntamen cum hoc potius optare quàm sperare liceat, sapientissimi Rerumpublicarum moderatores Medicos imitari debent, qui in

in morbis gravioribus quandoq; plus proficiunt quiescendo, quàm movendo & agendo, & Naucleros, qui cum exorta in mari tempestate, eò quo cupiunt pergere non possunt, eo quo possunt cursum dirigunt, ac sæpè velificatione mutata tempestatibus obtemperant, ne si cursum tenere velint, naufragium faciant, præstat enim aliquam habere Rempublicam licet variis de Religione dissidiis turbatam, quàm nullam *Joh. Gerhard. in Coron. disp. polit. th. 42. Georg.* Schönborner *3. polit. num. in fin. Keck. lib. 1. polit. cap. 5. Bodin. lib. 1. de Republ. c. 2. Dn. de la Noue disc. 2. pag. 77. & disc. 3. per tot. Arnold. Clapmar. de arcan. Rerump. lib. 4. c. 21. Waremund. ab Erenb. de fœder. lib. 1. c. 2. n. 87. & seq.* Hinc Carolus V. cum à Clemente VII. Bononiæ urgeretur, ut Lutheranam religionem armis oppugnaret suggestionibus ipsius graviter primùm restitit, responso ad postulatos Clementis articulos tali dato, ut parentum deliria ferenda sunt, ita in civitatibus ac religionibus vitia quædam esse dissimulanda fundamentum, in Ecclesia retineri oportere, *Goldast. tom. 3. const. Imp. fol. 506. Wolff. tom. 2. lect. memoral. fol. 331.* Et nihil absurdius, quam fidem in anima, quæ Spiritus est cogere velle, cum assensus qui fidei pars est, sit actus à voluntate elicitus, quis enim mihi imponat necessitatem inquit *Lactant.* vel credendi quod nolim, vel quod velim non credendi, nihil tàm voluntarium quàm Religio, in qua si animus aversus, jàm sublata, jam nulla est, *lib. 5. divin. instit. c. 19.* Et *Lutherus*: Liberum quiddam est credere, imò quidam divinum in Spiritu, externa igitur vi cogi nec potest, nec debet, *tom. 2. Jenens. fol. 180.* Unde non sine ratione Concilium Toletanum IV. can. 56. nemini ad credendum vim inferendam esse statuit, non est opus vi & injuria, ait *Lactant.* quia religio cogi non potest, verbis potius quàm verberibus res agenda est, ut sit voluntas? Longè diversa sunt carnificina & pietas. Non potest pietas cum vi, aut justitia cum crudelitate conjungi, defendenda est religio non occidendo, sed moriendo, non sævitia sed patientia, non scelere sed fide, illa enim malorum sunt, hæc bonorum, & necesse est bonum in religione versare non

malum

malum nam si sanguine, si tormentis, si malo Religionem defendere velis, jam non defendetur illa, sed polluetur, atq; violabitur. *cap. 20.* Neque ex tali coactione bonus sperandus evẽtus non alius nisi sanguine plenus, quod satis sufficienter testatur Laniena Lutetiana, de qua loquuntur protestantes, quos Carolus IX. paratis magna cum pompa Sorori Margaretæ & Henrico Navarræo nupiis fefellit, in quibus plus sanguinis quàm vini effusum, ajunt parisienses, aderant namque maximo numero potestantes & læti aderant, qui paulò post nocte signo dato non secus ac juramenta mactati fuêre nec morte Casparis Colinii hæc tragædia finita, verum hic impetus in alias quoque Civitates & Academias irruit, ubi multi heroes, fœminæ & pueri interfecti, Bituriginibus etiam occisus Magnus ille ICtus Corasius quod idem evenisset Donello & Hottomanno, si non discipulorum suorum ope periculo erepti fuissent *Thuan. lib. 52. histor. Auct.* **des wacht früher auff den Frantzosen vnd andern benachbarten** / *Camer. lib. 1. medit. histor. c. 8. Recueil des choses memorables fol. 425. Frid. Achill. de princ. inter prov. Europ. p. 233. & seqq.* & quanta hæc fuerit laniena vel ex sola confessione constat Cruciarii, aurificis cuiusdam, quem sæpius cum horrore se vidisse & audivisse immani vesania iactantem, cum nudum brachium exereret, hoc se quadringentos amplius homines in illa mactasse Lanienâ refert. *Thuan. dict. loco.* De hisce carnificinis Gallicanis ita scribit Maximil. II. Imp. Quod attinet ad præclarum illud facinus, quod Galli in Admiralio eiusque sociis tyrannicè perpetrarunt, equidem id minimè probare possum, magnoq; cum dolore animi intellexi, generum meum, sibi persuaderi passum esse, tàm fœdam lanienam *in Epist. ad Lazarum Schvvend. quæ habetur tom. 1. Const. Goldasti ad fin.* Rectius ille ibidem pro libertate fidei: **Es ist in der Warheit nicht anders / als ihr vernünfftiglich schreibet / das Religionssachen mit dem Schwerdt nicht wollen gehandelt vnd gerichtet werden / kein anderer Gottsfürchtiger vnd Friedliebender wird es auch anders sagen** / Et alibi: Eorum actiones qui suppliciorum crudelitate, sectionibus & ustionibus, hanc rem confici posse defen-

18.

19.

fea-

sendunt, mihi minimè placent nec nunquam adducar, ut eas laudem, nisi fortè, quod tamen seriò deprecabor, ne fiat, Deus permittat, ut in furorem & insaniam prolabar, *in Epist. de sedit. Belg.* Hocq; ipsum Henricus III. Galliæ Rex, qui per totam vitam Evangelicam Religionem armis oppugnaverat, in extremo mortis articulo confiteri coactus est, hisce verbis Aprenez de moy que la piete est un devoir de l' homme envers dieu, sur le quel le bras de la chair n' à point de puissance. *Pierre Mathieu, en l' histoire de dern. troubl. lib. 5. fol. 193.* Et sanè violentis mediis animi Subditorum ab illa Religione ad quã cogũtur, magis ab alienantur & irritantur, occasio datur cædibus & tranquillitas Reipublicæ turbatur, quod multis exemplis probat *Petr. Gregor. Tholos. lib. 12. de Republ. c. 5. n. 12. Vid. Alber. Gent. de jur. belli lib. 1. cap. 9. & 10. Luth. tom. 3. Jenens. fol 303. tom. 2 fol. 378. & in tract. de magistr. polit. tom. 6. Witteb. fol 575. Kirch. disp. polit. 6. th. 2. lit. C. Bocer. de bello & duello. lib. 1. c. 6. n. 18. & 19. Keck. in polit. lib. 1. c. f. Lazar.* von *Schwend. in consil. Maximil. II.* von regierung des Römischen Reichs/ *Sleidan. lib. 21 pag. 647. Thuan. lib. 79. hist. p. 178.* Imò si homines cogendi ad Religionem verbo hoc potius Dei & gladio spirituali quàm materiali faciat magistratus, quod innuit *jean de Serres* hisce verbis. La concorde de la Religion & des choses divines s' establit plus par la Douceur que par la force, plus par amour & par crainte qua par peine & cruaute, il ne faut point d' autres armes que la parole de dieu contre les ames obstinees it: elle ne sont point subjectes aux tourmens qui destruissent les corps, & les supplices ruinent plus en une heure, que les peines n' edificent plusieures anne es, La Religion ne peut souffrir violence, car les Reis ne commandent pas aux cœurs comme aux corps. *en inventaire general de l' histoire de france tom. 738.* Idemq; sensit quondam Senatus Parlamenti Parisiensis, qui cum Rex Galliæ edictum de Hugenotis extirpandis promulgasset, eum ut ab instituto desisteret adhortatus est, hisce verbis: Æquum sibi videri, ut exterarum Ecclesiarum rutioribus vestigiis insisteretur, quæ non ferro & flammis in Religione constituenda aut propaganda sed puriore doctrina &

honestis Vitæ Antistitum exemplis rem confecerint, *Thuan. lib.16.histor.* Et Andreas Philopater Presbyter Romanus in responso ad edictum Anglicum *pag.85.* Si persuaderi sibi, inquit à Cæcilio Consiliario præcipuo permiserit Elisabetha Regina, hanc tantam subditorum carnificinam carere omni periculo, imprudentia est insignis, saltem sequi debeat Gamalielis consilium *Act. 5. v.39.* benevolentia & tolentia res tentanda est. Hisce omnibus benè consideratis, cum tota ferè germania ob dissidium Religionis bellis intestinis flagraret, inter Carolum Cæsarem & ordines germaniæ ad Imperii interitum amoliendum convenit, ut in Imperio utraque tàm Evangelica, quæ & Augustana Confessio appellitatur quàm pontificia toleraretur religio. Etsi enim ab hac convétione ab initio planè alienus erat Cæsar, ut qui pontifici gratificari cupiebat, quo juramenti Neapolitani, (Reges enim Neapolitani, cum in fidem accipiuntur, jurant se nunquam ad Imperium adspiraturos Romano-Germanicum, Carolus autem simul erat Rex Neapoleos) gratiam sibi faceret, Cæsaream inauguracionem approbaret & fœdus secum contra Gallum iniret. *Sam. à Remching. de pace. Relig. dissertat. 1. apud Goldast. in politic. Imp. pact. 30.* adeò ut etiam à Carolo Lutherus tanquam manifestus & pervicax hæreticus publico Imperii decreto fuerit proscriptus. *Sleidan. lib. 3. comm.p.66.* cujus proscriptionis formula habetur verbotenus apud *Goldast. const.Imp.tom.2.fol. 143.* multis tamen peractis inter Cæsarem & protestantes, ut apparet ex historia Sleidani & Thuani *lib. 1. & 2.* tandem per Passaviensem transactionem cautum fuit Anno 52. ne propter religionem in posterum cuiquam inferretur molestia. *Sleidan. lib. 24. histor. pag. 784. Waremund. de Erenberg. in meditam. fœder. pag. 223. & pag. 261. Sam. à Remching. d. loco.* Cujus vigor duravit usque ad Annum 55. quo unanimi procerum totius Romani Imperii consensu Regnante ad huc Carolo V. & Vices ipsius gerente Fratre Ferdinando Romanorum Rege, inita est illa nunquam satis laudata Religionis pacificatio, quæ verè germaniæ palladium dici potest, per quod huc

usque

usque viguit,& in futurum vigebit, Sacrosancti Imperii nostri majestas *Petr. Syring. de pac. Religion. th. 22. Joh. Dauth. in proleg. de test. n. 8.* Appellitet licet Auct. Autonomiæ oder Frey-stellung mehrer Religion Freistellionatum semen serpentinũ & venenum diaboli. *Ant. Possevin.* omne transactionis genus quo olim & jam nostro tempore in Imperio, Gallia & aliis in Regnis controversiæ de Religione sine sanguine amicè & fraternè compositæ sunt, licet repudiet, & pro ejusmodi Christianis mediis inquisitionem & vim armatam substituat. *Sam. à Remtbing. de pace relig. diss. 1.* Clamitent licet alii ferro & igne rem agendam esse. Cordatiores tamen liberum esse debere Religionis exercitium statuum, cum nihil aliud pacatiora regna reddiderit, quà in voluntarius sacrorum cultus. *Rever. Dn. D. Polycarp. Lyser in duello Cleseliano Francisc. Bald. in consil. pacif. Belgis dato, quod extat in hist. belgica de jean francois le petit. lib. 1. fol. 79. Timpl. 4. polit. cap. 2. quæst. 2.* intueamur namque priscum Galliarum & Belgii statum quid aliud provincias statuum confœderatorum in Hollandia restituit, auxit & in florentissimam formam redegit? quàm voluntarius extra spem aut metum Sacrorum & Religionis cultus *Eman. Metteran. in hist. belg. per totum.* Quid aliud Galliam pacatam & tranquillam reddidit quàm liberum Religionis exercitium in ea permissum. *Rev. Dn. Gerhard. in coron. disp. polit. th. 31.* Ut non immeritò *Thuan.* Henricum IV. hoc ipso quod protestàtibus in suo Regno quietam permiserit sedem, labantem Rempublicam fulcisse gloriosè decantet. *in præfat. histor.* Nec sine ratione laudet Edictum Henrici IV. *jean. de serres* hisce verbis: Ainsi les uns & les autres vivans desormais soubs la faveur & benefice de l'edict, confessent, qu'il sont une immortelle obligation à sa majestè d'avoir avec une tant admirabile sagesse & constance retranchè la cause des divisions civiles pour le differend de la Religio *del' histoire de france tom. 3. fol. 788. Vid. etiam l'autheur d'utile & salutaire advis au Roi pour bien Regner. fol. 14.* Nec alia de causa Imperium Turcicum in tantam crevisse amplitudinem testatur. *Philip.*

21.

Camer. idq; probat exemplo quodam de Stultano Soleimanno, qui cùm à nonnullis admoneretur ut Christianos, & Judæos aliosq; diversos ritus in Religione vel ejiceret, vel cogeret, ut musulmanizarét, forte ex fenestra in hortū prospicies dixisse fertur: Quemadmodum ista varietas distincta herbarum & florum non solùm nihil obest, sed mirificè oculos & sensus recreat, ita in Imperio meo diversa fides & religio potius usui quam oneri mihi est, si modo pacate vivunt, & in aliis rebus politicis mandatis meis parent, præstat igitur diutius, sicut majores mei permiserunt, ita more suo Religiones suas sequi quàm turbas excitari & imperium meum deformari, non secus, ac si flosculos uni colores tantum relinquerem & reliquos evellerem. Quid facerem enim aliud quam ut hortum vel pratum suâ nativâ elegantiâ & decore potius spoliarem quàm ornarem, *pat. 1. horat. sub cap. 58. pag. 262. Ventur. de Valent. in part b. litig. lib. 2. cap. 3. n. 14.* Et propterea *idem Camerar.* non immeritò pacem hanc religionis maximè commendat, apud nos, inquit. in germania Constitutio pacis, in Religione à Cæsaribus & ordinibus Imperii sancita atque sæpiùs confirmata, adhuc magno cum fructu viget, tantumq; abest, si ea in genuino & vero sensu sarta tectaque conservetur seditiones & tumultus inde existere, ut dira bella & odia sub prætextu Religionis antea excitata multis annis hactenus sopita sint & quiescant. Et postea: Hujus salutaris sanctionis beneficio videmus conjuges in Religione quidem dissentire, parentes & liberos diversa sacra sequi, fratres & sorores in una interdum domo in plurimis doctrinæ cœlestis capitibus discrepantes fovere sententias, in politicis tamen & domesticis rebus concordes vivere *dict. c. 58.* Utque concordes hanc pacificationem Religionis amant, illamq; ceu singulare Dei beneficium agnoscunt, ita econtra pontificii discordes illam odio prosequuntur eamq; nobis eripere omnibus modis student, hoc ut facilius efficere queant, nonnulli ex ordine Jesuitico, clamitant, illam ab initio statim nullam habuisse autoritatem, propterea quod consensus pontificiis ad validitatem hujus actus non accesserit, qui tamen maximè fuerit necessarius

rius

nius cum hæc pacificatio non minus tangat papam, quâm reliquos Imperii status, maximè cum in ea agatur de minuenda ipsius autoritate, & jurisdictione, quæ per illam suspensa dicitur. Et quoties de Religione disceptatur, cum omne judicium referri debeat ad Ecclesiam Romanam, quis negabit, in hoc pacto Religionis contra ritum & normam Conciliorum fuisse peccatum, qua cum causa Paulus III. graviter cum Carolo V. quod falcem in alienam mitteret messem, expostulavit, *Sleidan. lib. 16. comm. in princip. Waremund. ab Eremb. de subsid. Regn. p. 17.* hancque litem à pontificiis sæpius in Imperio fuisse motam, patet ex gravaminibus protestantium Cæsariæ Majestati exhibitis in Comitiis Ratisbon. Anno 1594. *ibi:* Es wird öffendlich (nemlich von den Jesuiten und Friedhässigen) außgeben / daß weiland König Ferdinandt Hochlöblichster Gedächtniß ohn Päbstlichen consens nicht gebühret habe / einen Religion-Frieden zwischen den Ständen im Reich zutreffen. Sed hæc quidem proferunt at pauca probant, interesse pontificis inquiunt, ne jurisdictio suspendatur, ut ipse solus sit judex controversiarum de Religione, sed quærimus, quo titulo quo jure, hoc interesse pontifex habeat? Sane nullo alio nisi titulo pro possessore, omnem enim potestatem in Imperio pontifici negamus, ut qui nihil commmune habet cum SS. Imperio Romano, adeoq; & Imperatori Comitia cõvocare & in iis cum statibus Imperii, pontifice insalutato, de bono publico deliberare & concludere licere constat: *Thom. Mich. de jurisd. concl. 2. & 3. David. Para. in tr. de jure Regio pro serenis. Britan. Rege scripto Georg. Sigism. Seld. in Cons. ad Imp. Ferdinand.* Consideret præterea pontificii, in hac pacificatione Religionis non disceptationem aliquam de Articulis fidei cujus solum papam judicem ipsi (quamvis nullo jure) pronũtiant, susceptam fuisse, sed solum utriq; parti in sua Religione pacate vivere permissum quod ipsum cum pacem concernat Imperii magis Imperatorii quàm pontificii muneris est. 22.

Sed ulterius ut Aureum hoc pacificatorium negotium 23.

 tur-

turbent papicolæ, Cæsarem coactum Religionis hoc pactum iniisse fingunt, & sic nullius momenti pacem Religionis esse docent, ita enim *Auct. Autonomia* oder Freystellung mehrerley Religion/*part.3. cap.13. & passim.* publicè vociferari non veretur: Hanc Religionis nostræ libertatem publico Imperii decreto stabilitam Cæsari vi ferroque extortam fuisse, eum in modum quo Cornelius Centurio legationis princeps, cum senatus Romanus postulato militum Augusto consulatum petentium adnuere cunctaretur, gladii capulum ostentans in curia dixit: (Hic faciet si vos non feceritis) *Et Joh. Paul. Wideck. in prognost. de fut. Eccl. statu p. 326.* pacificationem hanc contendit esse irritam propterea, quod Imperatori sit per vim exorta, à pontifice nunquam confirmata. Sed tantū abest, ut pacificationis tempore ulla vis hostilis à protestantibus metuenda fuerit, ut etiam Carolus Cæsar, qui proprio jure Imperium sibi asserere, Cæsareamq; dignitatem filio suo Philippo jure hereditario comparare studebat, *Sleidan. non uno in loco. Thuan. histor. 12. Lazarus* von *Schwend.* von Regierung des Römischen Reichs, incisis ac ferè prostratis Imperii Robustissimi Nervis de subacta germania triumphū agere visus fuerit *Thuan. l. 4. histor.* Unde Episcopus Albæ M. Hieronymus Vidua in hymno Iesu Christo dicato, Carolo V. gratulatus est, quasi de triumphata germania *Samuel. à Remching. de pact. relig. diss. 1. & Paulus Iovius hist. l. 45. in f.* scribit: Quod germania omnis inter Danubium, Albim & Rhenum subacta fuerit, utroque duce capto eo rerum exitu, ut ipsis vinctis atque productis nobilissimum de germania subacta triumphum instituere potuerit, & quamvis Mauritius tunc Saxon. Elector agnoscens contra datam fidem in Germania convelli & labefactari Religionem pro libertate germaniæ, proque liberando Socero Cæsari aperto Marte bellum intulit *Thuan. lib. 7.* nulla tamen hæc vis fuit contra tàm potentem principem qui omnibus Europæ principibus nominis sui terrorem incusserat. Neq; cōmune quid habet bellum istud cum tempore hujus pacificationis, quo Mauritius ipse ante biennium in prælio Brunovicensi globuli ICtu trajectus de vivis sublatus fuerat *Sleidan. lib. 25. pag. 801. Thuan. histor. lib. 11. fol. 242.* Nulla ergo vi coactus

Ca-

Carolus in hoc pactum consensit, sed illud ex vero paternoque affectu scienter & libenter constitutum fuisse apparet ex multis Recessibus Imperii, ut de Anno 1532. in Comitiis Ratisp. §. haben wir / ibi: Als Römischer Christlicher Käyser von sonderlicher Liebe vnd Begierde wegen / so wir zu gemeiner Teutschen nation / vnd deroselben Ständen / Fried vnd guter Einigkeit tragen / vns mit denselben Ständen / vnd sie widerumb mit vns mit einander vergliechen / it: in transactione passaviensi in princip. ibi : haben wir auß angeborner Begierde/Trew/Lieb vnd neigung / so wir zum heiligen Reich auch allen vnd jeden desselben Ständen vnd Gliedern/vnd sonderlich zu erhaltung vnd beförderung gemeiner Wolfarth / Ruhe / Friedens vnd Einigkeit auch zu obstellung vnd verhütung Christliches Blutvergiessens / verderben der Vnschuldigen vnd verheerung des Vaterlandes billig vnd willig tragen / & in recess. Comit. Ratisb. de Anno 1541. §. vnd dieweil / ibi: vnd dieweil wir aus sondern Gnädigen / Väterlichen vnd Getrewen Gemüth / so wir zu dem heiligen Römischen Reich Teutscher Nation vnsern Vaterlande allzeit getragen haben / it: in §. f. ibidem : wie wir vns dann diß alles aus sonder gnedigen Getrewen vnd Väterlichen Gemüth / so wir von Anfang vnserer Regierung zu der Teutschen Nation vnsern Vaterland getragen haben / vnnd noch jederzeit mit höchsten Eyfer beflеissen / vns / viel jmmer müglich / an vns keinen mangel haben lassen erscheinen / Hinc laudem famamque æternam apud posteros promeritus est Cæsar quod pacis Religiosæ in germania constituendæ auctor fuerit & promotor. *Lazarus* von *Schvvend. in disc.* von Regierung des Römischen Reichs / Et sibi cum tripudio quasi gra-

gratulatus est Ferdinandus, quod ad sedandas discordias publicas animum abjecisset & tolerantiæ in Religione formulam benignissimus Deus sibi in mẽtem dedisset. *Crato à Crattheim in Epist pralim. in hist. Bohem. Dubravii Bertam de pace Religion th.15. apud Arum. tom.1. jur. publ. disc. 25.* Utque maximè coactio aliqua à parte protestantium intervenisset, quo jure pontificii ratihabitationem ac confirmationem negotii huius pacificatorii tot vicibus tantaque verborum Religione iteratam infringent? *Joh. Georg. Becth. de salvo conductu, th. 105.* Neq; vis vel metus, (si accessisset) illicite & contra bonos mores illatus fuisset Religio enim nostra quia prophetarum & Apostolorum scriptis est consentanea, non contra bonos mores sed piè Cæsar optimus Conscientiæ libertatem nobis integram concessit.

24. Hoc itaq; medio cum nihil efficiant pontificii, alio modo pacem hanc auream nobis eripere conãtur, Conciliũ nempe Tridentinum nobis opponunt, ad cuius usq; promulgationẽ hanc Autonomiã durasse impudenter scribunt, Donawischt *Information part.1. pag.30.* protestantibus saltem Moratorium dilationem & tolerantiam usque ad iudicium Concilii Tridentini concessam fuisse. *Ventur de Valent. in parthen. litig. lib.1. cap.6. n.9. Paraus in suo iren. c.29. in resp. ad mot. 8.* Equidem verissimum est, à Cæsare ordinibusq; Imperii definitum esse, quousq; pacificatio hæc vigere debeat, Ad totalem nimirũ & placidam usq; dissidii in negotio Religionis extorti compositionem in Concilio Oecumenico vel provinciali Colloquio vel publicis Comitiis faciendam; ita enim Recess. Imp. de Anno 55. §. vnd nach deme eine vergleichung: So haben wir gewilliget / solchen Frieden in allen obbeschriebenẽ Articuln / biß zu Christlicher / freundlicher vnd endlicher vergleichung der Religion vnnd Glaubenssachen steht / fest vnd vnverbrüchlich zuhalten / vnd denselben getrewlich nachzukommen. Wo dann solche vergleichung durch Wege des General Concilii / Nationvorsamlung / Colloquien od Reichshandlung nicht erfolgen würde

würde: So sol als dann nichts destoweniger dieser Friedstand in allen abbeschriebenen Puncten vnd Articuln bey krefften biß zu endlicher vergleichung der Religion vnnd Glaubenssachen stehen vnnd bleiben. Nec unquam protestantes compositionem defugisse, apparet ex eo, quod non unis in Comitiis Consilium, omni contentione & studio expetiverint, *Thuan. histor. lib. 28. fol. 578.* Concilium nempè pium, liberum legitimum & ritè celebrandum, At tale nec fuit Concilium Tridentinum, ut quod nec pium, nec liberum, nec amicabile, sed à pietate, à prisca primitivæ Ecclesiæ consuetudine, ab omni denique humanitate fuit alienissimum, ut docet *auct.* Der statlichen außführung der Vrsachen/warumb die Chur vnd Fürsten/ auch anderer Stände der Augspurgischen Confession/ das außgeschribene Concilium zu Trident nicht zubesuchen schuldig gewesen/ *apud Frid.* Hortledern/ von Vrsachen des Teutschen Krieges/ & *apud Goldast. in polit. Imp. part. 27.* Auctor siquidem istius Concilii Tridentini fuit Pontifex Romanus: At potestas congregandi concilia non solùm à politicis & ICtis inter regalia summæ majestatis refertur. *Auct.* der stadtlichen Außführung/ *Arnis. de jurib. majest. major. cap. 6. Syring. de pace Relig. th. 49.* Sed & à theologis Orthodoxis uno ore traditur, jus indicendi Universale Concilium non ad pontificem, sed ad summum Christiani orbis decus & fastigium pertinere, quo jure primos etiam Germaniæ Imperatores usus, testantur *Annales Scriptores.* Sic Caroli M. jussu quem Innocentius inter tres Imperatores, quos de sede Apostolicâ optimè meruisse putat, connumerat, celebratum fuit Concilium Francofurtanum, item Moguntinum, ex quo Archiepiscopi & Episcopi scribunt ad Imperatorem: Humillimi famuli vestri secundum jussionem vestram venimus in civitatem Moguntinam *præfat. Concil. Mogunt. tom. 3 concil. pag. 693.* Concilia quoq; jussu Caroli, super statum Ecclesiarum per totam Galliam, ab Episcopis celebrata sunt, quorum unum Mo-

 gun-

guntiæ alterum Remis, tertium Turonibus, quartum Caballonis, quintum Arelati congregatum est, & constitutiones, quæ in singulis factæ sunt, ab Imperatore cõfirmatæ sunt. Sicuti sunt reliqui Imperatores, ut Ludovicus qui tria Cõncilia indixit *tom. 3. Concil.* Lotharius, qui Concilium Valentinum congregavit, Ludovicus II. qui Wormatiense, Henricus II. qui sæpe in germaniâ, eumq; secutus Henricus III. vel invito Papa concilium convocavit, *Georg. Sigism. Seldus Vicecancellarius Imperii ad Imp. Ferdin.* von ihrer Käys. May. Wahl vnd Hoheit/ *Arnis. dict. cap. 6.* Idemque non obscure indicat invictissimi Herois Caroli V. in Concilio Tridentino injussu Cæsaris ad nutum pontificis vel purpuratorum translato per Legatum Vargam habita gravissima oratio, quã refert *Thuan. lib. 5. histor.* ubi inter alia scribit: Videre omnes, quorsum translatio Concilii pertineat, nimirum ut cum Bononiam Patres migraverint sine consensu Cæsaris, cui Conciliorum universalium cura permissa est? *Et postea*: Quæ ex eo detrimenta sit acceptura Respublica, non Cæsari, sed ipsis tribuenda, quorum in potestate minime sit citra consensum Cæsaris concilium aliò transferre. Præterea in concilio Tridentino cuncta pontificis arbitrio & nutu gesta sunt, præsidebant enim ipsius legati, iudicabant iurata ipsius mancipia, utcũnq; ergò pontifex alias iudex esset competens, tamen in causâ propriâ iudex esse non debuit *l. un. C. ne quis suâ causâ. Surliv. lib. 1. de concil cap. 12.* At causa in Concilio Tridentino decisa pontificis & universi Cleri fuit propria, ipsis enim propter Ecclesiam laceratam à protestantibus fuit contradictum. *Auss.* der stadtlichen außführung/ *Sutliv. dict. loco.* Nec liberum istud concilium fuisse manifestum est, ex eo quod Marcellus Corvinus ad concilium missus expressum à pontifice mandatum acceperat, nè quid omninò in concilio pateretur constitui, quod in præjudicium Sedis Romanæ vergeret, sed exstirparet potius illas personas, quæ tale quid tentarent. *Wolff. cent. 2. lect. memorabil. fol. 140.* Neque Tridentum tutus & liber eundi & abeundi locus fuit, perfidiam enim pontificiorum, quorum ibi erat, magnus confluxus, protestantes justè metuerunt *Bertran. de pace religion. th. 101. Syring. de pa-*

de pace religion. th. 49. Tridentum quoq; non oppidum germaniæ sed Italiæ esse lingua & situs satis evincunt, protestantes verò germani extra suam provinciam trahi non debebant. Alias adhuc rationes quæ probant, Concilium Tridentinum fuisse illegitimum, adducit *Auct.* der stadlichen außführung/warumb die Protestirenden das außgeschriebene Concilium zu Triedent nicht zubesuchen schuldig gewesen/. quicquid sit, pontificii hanc pacificationem in tantum damnant, ut Imperatorem si contra eam faciat non peccare non solùm existiment, sed ad id obligatum esse omninò statuant, propterea quod ab initio Cæsar gravius erraverit dum hoc pactum cum protestantibus inierit, quàm si omnem omninò fidem maximè hæreticis datam frangeret, adeoque ex Jesuitis quidam asserere non veriti fuere, Carolum V. Imperatorem & Ferdinandum Regem pacificationis illius autores primarios in purgatorio adhuc pœnas hujus facti sui luere. *Osiand. in Apolog. germ. contra Scherer. & Rosenb. Jesuiaes p. 16.* Hinc & *Anton. Possevin. in Epist. ad Regem Poloniæ*, certè concedere, inquit, qualia fuerunt in Comitiis illis concessa, nihil aliud est, quam Christum negare. Quod Cæsar parum consideratè promisit, æquè se defensurum utriusque Religionis homines, est in eo gravius erratum, quàm ut uno sermone satis explicari queat. *Wolff. cent. 16. lection. memorat. pag. 804.* Et *Andr. Fabricius* Imperatorem Romanum gladio accinctum esse iubet, ad exequenda Concilii Tridentini decreta, cum utilis sit, talis sanguinis profusio. *in præfat. in harm. Aug. confess.* At nos potius cum *Osiand.* pro insigni hoc beneficio Germaniæ concesso gratias agamus & petamus, ut id Dominus usq; ad mundi finem conservet, sunt enim flagella Satanæ, qui publicis scriptis contendunt, hanc pacē armis imperatā Lutheranis iterum armis eripiendā esse, *cent. 16. hist. ecclesl. l. 3. cap 19.* Neq; *Francisco Burgkardo in antonomia p. 3. c. 13. circa fin. & passim.* concedimus Imperatorem ex plenaria potestate constitutionē hanc Religiosam abrogare vel ei derogare posse, Idq; non saltē manifestū ex eo quod in hoc membro Capitulationis sanctè promittit, dz er den Frieden in Religion vnd profan Sachen stet vnd fest halten/ handhaben vnd darwider niemand

beschwehren/oder durch andere beschweren lassen wölle / ut verba habent Capitulationis, verùm etiam propterea pacificationi huic contravenire non potest, quia non ipse istius autor est, sed simul Electores principes ac universi S. Rom. Imperii status, quorum unanimi consensu ac libero suffragio hæc lex sive pacificatio Religionis in Comitiis Augustanis, Cæsaris vices, cum pleno mandato gerente Ferdinando Rege, promulgata, juxta Recess. imp. de Anno 1555. §. wiewol nun auff vorigen Reichstagen / ibi: haben wir vns mit den Churfürsten vnd sie hinwider sich mit vns verglichen / ac distinctis temporibus in omnibus ferè publicis Imperii conventibus religionis verbis confirmata est, in Recess. Ratisb. de Anno 1557. §. vnd als der Churfürsten geordnete Räthe Recess. Augustan. de Anno 1559 §. dieweil aber dasselbige Recess. Aug. de Anno 1566. vnd nach deme den nicht wenigers. adeoque huius constitutionis quia non solus Imperator est autor, nec illam solus abrogare poterit, *arg. l. nihil tam naturale est, 35. ff. de Reg. jur.* Accedit ipsius Imperatoris renunciatio in dict. constit. Religionis de Anno 1555. §. solches alles &c: ibi: vnnd darüber jetzt oder künfftig weder aus Volkommenheit / oder vnter einigem andern Schein / wie der Nahmen haben möchte/nicht fürnehmen/Handthaben/ oder ausgehen lassen / noch niemandt andern von jhrer Lieb vnd Käyserlichen Majestät / vnd vnsert wegen zuthun gestatten/ & *in* §. solches alles vnd jedes. *ibi.* So sollen vnd wollen jhre Liebde vnd Käyserliche Majestet/ vnd wir bey jhrer Käyserlichen vnnd Königlichen würden vnd worten & §. *seq. ibi.* willigen vnnd versprechen bey Fürstliché ehren vñ würdẽ in rechter guter trew/ vnd im Wort der Warheit / auch bey trewen vnd Glauben/ stet / fest/ Aufrichtig vnd vnverbrüchlich zu halten. *Sed* ut hæc ita sint, absque dubio tamen pontificii habent quod objiciant scilicet, hæreticis fidem non esse servandam, Unde *Cardin. Hosius ad Reg. poloniæ Epist 197.* scribit, quod licet Rex iuramento obligatus sit Poloniæ ordinibus æque se defensu-

rum

rum Catholicos & hæreticos, tamen nullâ ratione ipsum teneri ad præstandum, quod promiserit, & *Brunus* latè disputat, pacificationes cum diversæ Religionis hominibua initas esse irritas, quia cum huiusmodi hæreticis Catholico nulla pax esse possit, ut illi offendi & conteri non possint. *lib. 3. de haret. cap. 15.* falso enim *Becanus* Jesuita probare conatur, pontificios fidem hæreticis datam servandam esse statuere & falsissimè conqueritur, contrariam sententiam ipsis per calumniam affingi. *in disp. an fides haret. data sit servanda.* Ideoq; quamvis Sigismundus Imperator Ladislao Bohemiæ Regi fidem dedisset, Johannem Hussum & Hieronymum Pragensem salvos & incolumes domum reversuros, nihilo tamen minus Concilium Hæreseos ipsos damnavit & igni adiudicavit. *Sleidan. lib. 3. hist. pag. 59.* inde Jesuitæ Trevirenses Imperatorem sic excusarunt: Hussus securitatem ab Imperatore Sigismundo petiit, Imperator obsignavit, sed Christianus orbis maior Cæsare resignavit, *Rev. Domn. Gerb. in loco de magistratu. policico. p. 868.* Rectius edoctus Carolus V. fidem Luthero, quem pro hæretico habebat, publico Imperii nomine datam sanctè servavit, eundemq; ex Wormatiensi conventu salvum & incolumen dimisit, quamvis enim Eccius & alii contenderent, eodem iure quo in Hussum & pragensem animadversum erat, in Lutherum animadverti debere, nemo tamen in comitiis fuit, qui Eccii sententiam non execraretur, *Sleidan. dict. lib. 3.* sicut & illud papisticum emblemà, Hæreticis fidem datam haud esse serrvandam, pessimi iudicii ab omnibus meritò incusatur. *Vid. Warem. ab Erenb de fœdere lib. 2. c. 2. n. 40. Besold. polit. lib. 1. cap. 4. Bodin. lib. 5. de Republ. c. 6. Petr. Gregor. lib. 11. de Republ. c. 10. num. 9. & seq. Hott. illustr. q. 7. Fach. 9. centr. 58.* Adeoque nec hoc fundamento Papistico obstante, Imperator fidem iuratam in Capitulatione omninò servare tenetur, nec ullo modo pacificationem Religiosam semel initam violare potest, de quâ cum ex professo hîc agere nostri non sit instituti, videri possunt plenius qui de pace Religionis scripserunt, & inter alios *Petr. Syring. Bertram. apud Arum. tom. 1. disc. jur. publ. Henr. Andr. Cran.*

 in diss.

in diss. juridico polit. de hâc materiâ Samuel. à Remching. in duabus dissertationibus apud Goldast. in polit. Imp.

27. Unicum hîc adiicere placet, quod nempè pacificatio hæc jurisdictionē Ecclesiasticā suspendat, ut verba habent in Recess. de Anno 55. Damit auch obberürte beyde Religions-verwante/so viel mehr in beständigen Friede gegē vñ beyandern sitzen vñ bleiben mögen: So sol die Geistliche *Jurisdiction* wider der Augspurgischen Confessions Religion Glauben/ bestellung der Ministerien/ Kirchengebräuche/ Ordnungen und Ceremonien/ so sie auffgerichtet/oder auffrichten möchten/biß zu endlicher vergleichung der Religion nicht *exerciret*, gebrauchet/ unnd geübet werden/ quæ jurisdictio hodiè ad principes Imperii jure superioritatis devoluta est, *Andr. Knicb. de sublim. terri. jure c. 3. n. 232. Zanger. de except. p. 1 c. 1. n. 425. Hillig. lib. 17. Don. Enucl. cap. 10. lit. cc. Dauth. de testam. n. 95. Syring. de pace religin. concl. 29.* ut ita duplicem jurisdictionem in diversis Consistoriis per idoneos & occurrentium rerum peritos judices ritè exerceant, *Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 3. cap. 4. n. 13. & cap. 15. per totum*, At nonne hoc contra jus divinum, quo militantes Deo prohibentur se implicare negotiis secularibus, *2. Tim. 2. vers. 4.* adeòque confundi non possunt in unâ personâ spiritualia & secularia? Sanè negant hoc pontificii & præsertim *Bellarm.* negotia secularia *in dict. c. 2. Tim. 2.* accipiens non de regimine politico, sed cura victus parandi ac proinde negotiationibus, mercimoniis & similibus, & prohiberi non regimen politicum, sed nimiam solicitudinem circa vitam corporalē autumat *lib. 5. de pontifice Romano cap. 10.* eoque modo defendere conatur, personas Ecclesiasticas officio Magistratus civilis simul fungi posse, & pontificem Romanum Hierarchiæ Ecclesiasticæ caput temporalem potestatem, ac in omnes principes, Reges & Imperatores superioritatem jure obtinere, hinc etiam videmus Episcopatum & principatum in una eademque persona concurrere ut Archiepiscopus & Elector Coloniensis, inscribitur Dux Angariæ & Westphaliæ, Argentinensis Landgravius Alsatiæ

tiæ, Wirtzburgensis Dux Franconiæ, Virdenensis Episcopus, & Comes Virdenensis, Episcopus Cameracensis, Dux Cameracensis, Episcopus Constantiensis, Baro de Reichenaw / Episcopus Sittensis, Comes in Wallia, *Tob. Paurmeist. de jurisd. Imp. Rom. lib. 2. c. 9 n. 8.* Hodiernis namque temporibus baculus Aaronis & gladius Nimrodi unâ manu regitur, & unâ parte clerici, alterâ principes & Duces salutari cupiunt, altero pugno codicem, altero ensem gestant, *Bernh. Zieritz. de princip. inter ips. dign. prærog.* Ist also dahin kommen / daß man den Bischoff vnd Prälaten auff dem Roß gar nicht kennen / in der Kirchen aber selten finden kan / *Act. Autonompart. 3. cap. 32. pag. mihi 432.* Et quod olim de Herbipoli vulgatum erat dicterium. Herbipolis sola judicat ense & stolâ, id hodierno seculo latius diffusum, cum sint compatibiles dignitates Ecclesiastica & politica, *Zieritz. dict. loco Matth. Steph. de jurisdict. lib. 3. part. 1. c. 1. & lib. 2. part. 1. c. 7. Paurmeist. dict. loco.* hocque hodiè non improbari, apparet ex Responsione, so der Käyserlichen Mayestet die Protestirenden Fürsten vnnd Stände gegeben haben / von verglichenen vnnd unverglichenen Articuln bey vergleichung der Religion. *ibi:* vnnd sind darwider nicht / daß die Bischöffe die Güter vnd Herrschafften besitzen / die jhnen von Käysern / vnnd andern Fürsten zugegeben sind / *apud Hordl. de bello germ. lib. 1. cap. 35. p. 263.* Sed rectius edocti nostrates theologi pariter ac politici contra pontificios statuunt, Ecclesiasticam personam magistratu aut munere politico fungi non posse idque propter expressam Christi prohibitionem *Math. 20. vers. 25. Marc. 10. v. 42. Luc. 22. v. 25. Joh. 18. v. 36. Luc. 12. v. 14. Matth. 17. v. 27. Luc. 12. v. 14.* Ex omnibus Apostolis non fuit quisquam, qui Imperium politicum attingeret, Non monstrabunt inquit *Bernhard.* ubi quispiam Apostolorum aliquando sederit judex hominum, aut divisor terminorũ, aut distributor, terrarũ, stantes quidẽ judicatos legimus Apostolos, sedentes autẽ judicasse nõ legimus.

mus. *Henr. Eckard. de ordine ecclesiast. & polit. part. 1. c. 6. q. 1.* Nec est, quod obiiciant pontificii, exempla Melchisedechi, qui fuit Rex & pontifex, *Gen. 14.* primogenitorum quibus Regnum & Sacerdotium debebatur. *Gen. 49.* patriarcharum,
22. qui præfuerunt suis tàm in iis, quæ ad pol ticam vitã pertinebant, Mosis, qui fuit princeps & pontifex *Exod. 18. 32. Hele. 1. Reg. 1.* & aliorum interdictum namq; novo testamento ministris, quod in veteri testamento Sacerdotibus fuit concessum, *Dn. Gerhard. in loco de ministerio ecclesiastico. pag. 506.* Hinc Nicolaus 1. pontifex in Epistola ad Michaëlem Imperatorem. Ante Christi adventum, inquit, eosdem Reges & pontifices fuisse, sed Christum verum Regem & pontificem ista distinxisse. Cum ad verum ventum est, ultra sibi nec Imperator iura pontificatus arripuit, nec pontifex nomen Imperatorium usurpavit, quoniam idem Mediator Dei & hominum homo Christus Jesus propriis actibus & dignitatibus destinctis officia utriusq; potestatis discrevit. *c. cum ad verum dist. 96.* Quid ergo dicemus. Nullo ne iure principes seculares ex pacificatione Religionis iurisdictionem ecclesiasticam exercent? Optimo sanè iure non obstante divino præcepto, quod non nisi de iis exaudiendum, qui veri sunt Episcopi, hi sese immiscere non debent secularibus negotiis, aut iurisdictionem exercere temporalem, principes autem nostri seculares nō propterea sunt veri Episcopi, qā habent ex pacto Religionis iura Episcopalia, ut ut etiam nominetenus respectu istorum iurium ita dicantur, quæ tamen non Episcopum constituunt, sed potius prædicatio verbi & administratio sacramentorum, *Hatter. in action. in Iacob. Gretser. de Imp. in sed. Rom. munif. cap. 2.* quod utrumque deficit in principibus & Episcopis secularibus, hinc protestantes in Bedencken von der Reformation der Kirchen der Käyserlichen Mayestet vberantwortet/ inquiunt: Teutsche Nation hat viel/ die den Bischöflichen Nahmen vnd Titul tragen / aber keinen Bischoff haben wir/ der das Ampt außrichtet/ *apud Frid. Hordl. de bello germ. l. 1.*
28. *c. 37. pag. 272.* Denique Imperator in Capitulatione privilegia, iura principum ac ordinum Imperii confirmare, eaque se mini-

se minime convellere aut imminuere, sed potius defendere ac tueri velle sanctè promittere tenetur *Sleidan. lib. 1. pag. 28. Henning. Gœden. de elect. Regis Rom. c. 7.* Hoc ipsum ut faciat, Carolus IV. in A. B. constituit tit. 2. Das nemlich der / so vorgemelter massen zum Römischen König erwehlet wird / so bald nach verrichteter Wahl / ehe dann er in einiges andern sachen vnd Geschefften / in Krafft des heiligen Reichs handelt / allen vnnd jeden Churfürsten Geistlichen vnd Weltlichen / so für die neheste Glieder des Reichs gehalten vnnd erkennet werden/alle jhre privilegia, Brieff/ Recht / Freyheiten/ verleihungen / alte Gewonheiten vnnd Würden / vnnd was sie von dem Reich biß auff die Zeit solcher Wahl gehabt herbracht vnd ersessen haben / ohne verzug vnnd Widerrede/durch seine Brieff vnnd Siegel confirmiren vnnd bestetigen / auch jhnen solches alles wie vorstehet/ wenn er mit der Käyserlichen Infeln gekrönet worden / ernewern soll. Etsi autem hic textus Aureæ Bullæ saltem de Electoribus loquatur, nec de aliis principibus, Comitibus, Baronibus & statibus agat, horum tamen eadem est ratio, unde illorum privilegia confirmare Imp. tenetur, ut apparet ex subseqq. Impp. capitulationibus, in quibus hæc verba habentur: Auch andere Fürsten / Graven / Herrn vnd Stände / bey jhren Hoheiten / Würden / Rechten / vnnd Gerechtigkeiten / Macht vnd Gewalt / jeden nach seinem Stande vnnd Wesen bleiben lassen / ohne vnser vnd männigliches eintrag vnnd hinderung vnd jhnen darzu jhre Regalia, vnd Obrigkeit / Freyheyten / Privilegia Pfantschafften / vnd Gerechtigkeiten / auch gebrauch vnd gute Gewonheiten / so sie bißhero gehabt haben / oder in Vbung gewesen

sein / zu Wasser vnd zu Landt / in guter Beständiger Form / ohne alle Wegerung confirmiren vnd bestätigen. Sie auch dabey als erwehlter Römischer König handhaben / Schützen vnd Schirmen / doch menniglich an seinen Rechten vnschädlich / in capitul. *Matth.* Nec enim soli Electores verum & reliqui proceres Imperii Regalia, aliaque jura territorialia habent, ut sunt principes, Duces, Comites, Barones, *Sixtin. lib. 2. de Regal cap 4.* Unde Baronum quorundam potentia, & autoritas in Imperio plus põderis habet, quàm alibi principum ac Ducum, *Franc. Carol. Dux. Saxon. apud Frider. Achill. in orat. progerm.* Quo etiam respicit illud *Guilielmi Brussii in cons. de bello adversus Turcam feliciter gerendo*: Se ut in Italia palatia & antiquitatum monumenta, in Gallia milites in Hispania præsules, in Anglia Agricolas, in Polonia nobiles, ita in Germania principes omni laude & admiratione dignos invenisse, *Bern. Zierit. de princ. in 1. ips. dig. prærog.* Nec refert an principes sint politici an Ecclesiastici, hi enim non ut Episcopi sed ut principes Regalia tenent, perinde ut & alia superioritatis jura, quæ Duces Marchiones & Comites habent ab Imperio *Gail. lib. 1. obs. 30.* ut proinde Arnoldus quidam Brixian. quod Episcopis Regalia competere, negabat, Anno 1139. in præsentia 1000. antistitum hæresi damnatus fuerit, *Carol. Sigon. de Regn. Ital. lib. II.* idemq; de Civitatibus Imperialibus dicendum quibus Imperator in Capitulatione non minus jura sua ac Privilegia, quàm reliquis statibus Imperii confirmat, nam & hæ Regalia habent quæ iisdem denegare aut in dubium vocare esset revangare mundum, *Matth. Stephan. de juris dict. Imp. Rom. lib. 2. part. 1. cap. 7. & part. 2. c. 1. Casp. Glock. de contribut. concl. 10. Rutg. Ruland. de commiss. lib. 5. c. 4. n. 44. Besold. de jurisdict. Imp. Rom. quæst. 171. Joach. Cluten. in syll. rer. quotid. concl. 27. Henr. Bruning. de variis univers. speciebus. concl. 10. Johan. Georg. Becht. de salvo conductu concl. 161.* Et hoc innuit Munsterus, quando scribit: Gleicher weise wie die Könige vnd Käyser in Teutschen Landen hoch-

29.

30.

hochbegabet die Fürsten und Herrn/ alsohaben sie auch nochmals aus sonderlicher Gnade und Mildigkeit gefreyhet/ die alten Städte / denselben vergönnet eigene Regierung /dergleichen einen mercklichen Theil der Zöllen/Ungeldes/und andern gefällen jhnen zugestellet / *in Cosmog. lib. 3. de germ. cap. 22.* Et quamvis principes cum Regalibus, amplissimisq; clausulis vestiti sint, qua prærogativa Civitates destituuntur, Regalia tamen non solùm per investituram conceduntur, sed exinde propriè descendunt, quod quis in numerum statuum est cooptatus, unde videmus nonnullos Ducatus, Comitatus, Baronatus in totum vel ex parte adhuc esse allodiales, jureq; proprio possideri, ubi tamen nihilominus possessores jura territorialia usurpant, pariter atq; illi, qui singulari investitura ea acquisiverunt, *Besold. dict. q. 17.* in quam sententiam invitus licet descendere cogitur *Warem. ab Erenb.* Dicamus ergò, necesse est, inquiens multas civitates habere rem sed non nomen, appellaveris itaq; pro habitu quod tenent, tàm est tamen simile juri principatus ac ovũ ovo *de fæderib. lib. 2. c. 1. n. 39.* Hæc & alia jura Imperator in Capitulatione omnibus Imperii statibus confirmat, ut & Privilegia quorum multa specialia habent Electores, qua de causa horum saltem fit mentio *in dict. tit. 2. A. B.* Ita namque singuli Electores Cameræ Imperialis assessorem præsentant, licet reliqui ordines conjunctim nomine Circulorum suorum id faciant, in quibus plures sunt principes & alii status cũ iis conjuncti, *Ordinat. Cam. part. 1. tit. 1.* etiã pro investitura nihil ab Electoribus numeratur, quotiescunque feudum ab Imperatore recognoscunt. Wann die Churfürsten jhre Leben und Regalien/von dem Kayser oder König empfahen / das sie derwegen etwas zugeben und zahlen nicht schuldig und verbunden sein sollen, *tit. 29. A. B.* Singulare quoque est Privilegium filiorum Electorum, ut in iis tutela anno 18. finiatur, *tit. 7. A. B.* Etsi enim invito etiam Regi usque ad 25. ætatis annum dandum esse curatorem, existiment *Tiraquell. de primo gen. quæst. 40. num. 207. Paul. Montan. de jure tutel. c. 37. num. 68.*

314

G

& seqq. propterea quod fragile & infirmum sit hujusmodi ætatis consilium & multis captionibus suppositum, multorumq; insidiis expositum *l.1.ff.de minor.* ita ut rei familiaris cura quavis rem benè gerenti homini privato ante 25. annum non permittatur *d.l.1.* Ideoq; Mecœnas Octaviano suadebat, ne ad senatoriam dignitatem minores 25. annorum promoveret, nec ad præturam 30. annorum *Dion.Cass.lib.53.hist.* Carolus tamen IV. Imp. Electori 18. annum habenti Electoralem dignitatem & ab ea dependentia dedit *d.t.7.A.B.* fortassis quod institutio quæ electorum filiis adhibetur & cōversatio cum viris doctis quos aulæ Electorales alunt, defectum ætatis facillimè supplere queant, maximè cum & sæpissimè in minori ætate adhuc quidam sint idonei ad munera publica, ita enim Carolus V. *17.* an Regnis hereditariis præfectus fuit imperio v. anno ætatis 20. *Sleid.l.1. de stat.Rel.* & Ottho III. II. annos natus Imperator creatus. *Cusp.in vit. Otth.3.* Frid. quoq; I. ætate puer sed mēte senex electus fuit, *Gunth.lib.1.in Ligurin.* Et in omnem eventum Elector ad regimen Electoratus admissus, prudētia consiliariorum minus confirmatum judicium supplere poterit *Montan. dict. c.37. num. 71.* ejusmodi privilegia particularia Electoribus concessa hinc inde in Aurea Bulla invenienda, quæ huc referre instituti nostri non est. Hæc autem privilegiorum confirmatio an necessitatis sit, ita ut si ab Imp. successore non confirmata sint privilegia non valeant eaque convellere possit Cæsar, disceptatur? Rationem siquidem dubitandi præbet Carolus IV. *in A. B. tit. 13.* ubi tam sua quàm prædecessorum suorum privilegia, quæ juribus & honoribus Electorum officiunt, revocat & annihilat: Dann solche Privilegia vnd Brieff / wann vnd so viel den Freyheiten / Gerichten / Rechten / Ehren vnd Herrschafften die oben gemeld / der gedachten Churfürsten / oder jhrer eines zu entziehen / vnd zuwider zusein gehalten werden / Wir aus Käyserlicher macht / volkommenheit / in solchen / vnd so viel dieses betrifft / aus rechten wissen auffheben vnd cassiren, auch für cassiret vnd wiederruf-

sen

sen wöllen geacht vnd gehalten haben / Idque optima ratione fecisse videtur Carolus IV. cum par in parem non habeat Imperium *l.3.in f.de recept.arbitr.* Ergo ne princeps sui antecessoris acta servare tenetur. Qua de causa Michaël Hospitalis Galliæ Cancellarius privilegia Vico S. Mauri à Carolo IX. Rege concessa sigillo Regio munire obstinato animo petente etiam Regina recusavit, propterea quod perpetuam tributorum immunitatem continerent contra naturam privilegiorum, quæ personis conceduntur & consequentiam principum potestati præjudicare viderentur, *Bodin.lib.1.de Republ. cap.8.* Neque si Hospitalis morem gessisset Regi, propterea privilegium id vita Regis diuturnius esse potuisset, cum privilegium à principe concessum subdito à successore auferri possit ut putet *Fr.Vivius lib.2.disc.207.* Sed hæc transeant, immunitates enim & privilegia raro hodie ex liberalitate conceduntur, sed in se præmium seu meritum habent, Ergò revocari non possunt ne quidem ex plenitudine potestatis cū ejusmodi concessio vim habeat contractus, qui cum subditis de rebus Imperii non patrimonialibus initus etiam à successore servari debet, *Ruland. à Valle consl.13.n.32.* Idem dicendum si ex causa remunerationis privilegia sint concessa, cum remuneratio contractui æquiparetur *arg. l. aquilius Regul. ff. de donat. Ruland. dict. cons.13.n.21. & seqq.* Et quamvis ex mera liberalitate privilegia sint data, non tamen tollenda, quia Regia majestate indignum factis antecessoris cōtravenire. Unde Fridericus I. ejusque filius Henricus VI. Imperatores quæ ab antecessoribus data Episcopis Ecclesiis, civitatibus, vel quibuscunque aliis personis erant, confirmarunt, *vers. hoc quod nos tit. de pace constantiæ.* Duo namque sunt quæ in principe considerari solent: Persona & dignitas. persona quidem moritur, dignitas verò semper & ubique, quàm diu Imperium durat manet. Cujus intuitu cum omnia, quæ cum Imperio tractantur, peragi soleant, relinquitur, dignitate manente & etiam illa quæ ab eâ promissa sunt, præstanda esse, *Peregrin. de jur. fisci lib.1.tit.1.n.37 Pruckman.§.soluta potestas membr. 2. cap.4. effect.2.n.10.& 11.* Quibus ita stantibus confirmationem

35.

privilegiorum, necessitatis non esse dicemus, cū & alia Impp. in capitulatione sanctè promittunt, quæ absq; promissione & juramento servanda essent, interim ut Imperatores arctiori vinculo constringantur, hæc & alia capitulationibus inserere visa fuêre Electoribus. An ergò Carolus IV. rectè fecerit quod privilegia ab antecessoribus & à seipso concessa sustulerit, non immeritò quis dubitaret, maximè cum indistinctè absque omni respectu privilegiorum hæc privatio facta: Es sey vber welcherley Recht/Gnad/ Freyheiten/ Gewonheiten oder andere Sachen was es wölle/ vnd dieselbe entweder aus eigener bewegung/oder sonsten/von vns/oder vnsern vorfahren/ Römischen Käysern vnd Königen/ auch mit welcherley Worten gegeben. Et postea: Ob auch gleich in solchen Freyheiten vnd Brieffē einiger Person/was würden Hoheit vnd Stands die weren wie gemelt oder auch der gemeindten außtrücklichen vrsachen/ *dicit tit. 13. A.B.* Et quamvis par in parem Imperium non habeat, attamen par paris, hoc est, antecessoris promissionem præstare cogitur, quia Imperium, cujus intuitu promissio facta est, Successor tenet. *Peregr. & Pruckman. dict. locis.*

Cap. IV.

Cap. IV.

De JURE BELLI.

Summ.

1. *Jus belli indicendi ut Regale solius est principis.*
2. *Imperator solus absque consensu statuum bellum suscipere non potest.*
3. *Bellum saltem justum Christianis gerere licet.*
4. *Quænam justa causa belli gerendi.*
5. *Justum est bellum quod adversus Turcam suscipitur.*
6. *Justum suscipitur bellum pro defensione Religionis.*
7. *Exempla bellorum proter Religionem.*
8. *Justa causa belli gerendi non est amplificatio Imperii.*

CUm privatam vindictam divina & humana jura propterea prorsus sublatam velint, ne ut inter Bestias, quò quis potentior, eò plus juris, oppresso inbecillo, quoq; sibi sumat, neve

neve plus vindictæ inferatur, quam peccatum mereatur, inter privatos bella convenit interdicta esse, *Henning. Arnis. de jurib. majest. majo. cap. 5.* Ordo quoque naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi Belli autoritas atq; consilium apud principes sit *c. quid culpatur 23. quæst. 1.* Hinc solus Imperator jus habet belli indicendi, quod inter Regalia refertur *Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 10. Petr. Gregor. Tholosan. de Republ. lib. 9. c. 1. n. 14. Alber. Gent. in lib. de jur. belli Matth. Stephan. de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 1. memb. 2. n. 50. Arnold. Clapmar. de Arcan. Rerumpubl. lib. 1. cap. 20. Sixtin. de Regalib. lib. 1. cap. 2. n. 10. Henr. Bocer. de Regal. cap. 2. n. 141. & in tract. de bello & duello lib. 1. cap. 5. n. 2. Anton. Coler. de jur. Imper. germ. sect. 28.* Cum enim vim vi repellere licet *l. ut vim ff. de just. & jur.* princeps autem supremus non nisi sua defensione innitatur, sua se suamq; Rempublicam autoritate tueatur oportet, privati & principes inferiores, cum jus suum apud superiorem persequi possint, ad judicium Martis decurrere non debent, *Petr. Heig. part. 1. quæst. 12 num. 13. & seqq. Danæus polit. Christian. lib. 7. cap. 3. Zoannet. in tract. de Imp. Rom. n. 110.* Cur enim ad arma & rixam procedere prætor patiatur, quos sua potest componere jurisdictione. Unde Lex Julia Majestatis damnat eum qui injussu principis bellum gesserit, delectum habuerit, exercitū comparaverit quive cū ei in provincia successum esset, exercitum successori non tradiderit *l. ex 12. tabb. vers. eadem ff. ad L. Iul. maj. Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 4. n. 9. Marta de jurisd. part. 1. c. 93. n. 4.* gravissime siquidem læditur Majestas, quando ius vindicandi aut puniendi, quod ipsi debetur, privatus sibi sumit, quasi superiorem non habeat cui injuriā suā exponere possit, *Arnis. dict. c. 5.* Hocq; jus belli indicēdi ita cohærere dicitur Majestati, ut nullo modo ab ea divelli queat *Tob. Paurm. de jurisd. Imp. Rom. c. 3. l. 1. Matth. Steph. de jur. Imp. Rom. l. 2. c. 1. memb. 2. n. 50. Bocer. de bello & duello lib. 1. cap. 4.* Hinc etiam statibus Imperii bellum gerere permissum non est, nisi periculū sit subitum. Quid enim si Imperatoris copia haberi nequeat, res autē ita comparata sit, ut ulteriorem morā absq; Imperii incommodo & læsione non patiatur. *Elias Schröder.*

in deli-

in delineat. jur. bellici concl. 2. Quod & tunc procedere existimat *Frider. Schenck. Baro à Tautenb.* si Imperator quidem præsto sit, ille tamen qui injuriam passus moratoria & delusoria procrastinatione circumducatur, & tunc non expectato principis jussu arma sumenda esse, *ad tit. 18. in pr. F. 2.* Etsi vero hoc jus Belli indicendi sit Imperatoriū ac majestati ita cohæreat, hodiè tamen non solus Imperator, sed ordines etiā Imperii de bello inferendo statuunt *Heig. lib. 1. quæst. 12. n. 29. Elias Schroder. dict. loco.* Unde quod consensu & voluntate statuum pro rebus Imperii nec intra, nec extra fines Imperii bellū suscipere nec militem exteaneū ullū in germaniā adducere velit si non ipse vel imperiū bello petatur sanctè in capitulatione Imperator promittere tenetur: Pacificè etiam, & prout Vicinitatis jus exigit, nos, durante nostro Regimento erga confines & Christianos geremus, nullasq; discordias diffidationes aut bella intra vel extra imperiū nomine Imperii movebimus nec suscipiemus: Neq; ullum exercitū vel milites extraneos in Imperium ducemus absq; scientia, consilio & consensu statuum Imperii, sin minus omnium, saltem Sex-virûm Electorum. Si vero aut nos causa Imperii, aut ipsum Imperium bello peteretur, eo casu liceat nobis quavis ope, auxilio uti. Wir sollen vnd wollen vns darzu in Zeit bemelter vnserer regierung Fried vnd Nachtbarlich gegen den anstossenden vnd Christlichen Gewalten halten / kein Gezänck / fehde krieg in oder ausserhalb des Reichs von desselben wegen anfahen oder vernehmen / noch einig frembd Kriegsvolck ins Reich führen / ohne vorwissen / Rath vnd bewilligung der Reichs-Stände / zum wenigsten der sechs Churfürsten. So auch von einem oder mehr Ständen des Reichs der gleichen vorgenommen / vnd ein frembd Kriegsvolck in das Reich geführet würde / dasselbe mit Ernst abschaffen. Wo wir aber von des Reichswegen / oder das

2.

heilige Römische Reich angegriffen vnd bekrieget würde / alsdenn mügen wir vns dagegen aller Hülffe gebrauchen. Goldast. *in polit. Imper. part. 12. Sleidan. lib. 1. comm. de statu Religion. pag. 29.* Cum enim non omne bellum permissum: sed justum saltem ac legitimum, nec Christianis bellum gerere liceat, nisi ex causa iusta & sufficiente, *Gail. lib. 2. observat. 52. n. 3. Ventur. de Valent. in parth. litig. lib. 1. cap. 3. n. 39.* Ordines Imperii omnes simul cognoscant, an causa sit iusta & sufficiens ad bellum gerendum. Nulla enim accepta injuria ad cædes & vastationem velle venire, non tàm bellum quàm latrocinium esset. Unde Romæ arma movere non licebat, nisi causam Fecialium iustam pronunciasset Collegium *Elias Schröder. in delineat. jur. bell. concl. 1.* solent enim iniusta bella tristes & funestos habere exitus, *Herod. lib. 1.* proinde nec bellum suscipiendum, nisi iusta ac necessaria subsit causa, ut

4. heroicè dixit Octavianus Cæsar, *referente Cuspin. in ipsius vita* iusta autem causa est quando pro defensione sui & suorum, & rerum atq; honorum conservatione bellum geritur *Henr. Bocer. de bello & duello. lib. 1. c. 6. Gail. lib. 1. de pace publica c. 4. n. 40. & 2. observ. 57. n. 5. Petr. Greg. Tholos. lib. 11. de Republ. cap. 1. Lamb. Danæus polit. 6. cap. 3.* Si verò nocendi cupiditas, rebellandi fe-

5. ritas & si quæ alia bellum extorserint, tantum abest, ut dicatur legitimum, quin potius omni iure sit detestandum *Gail. dict. observ. 57. n. 3.* Iustissimum itaq; bellum est, quod adversus Turcam suscipitur. nec verum quod docet *Bellar. l. 3. de Laicis c. 16.* Lutherũ bellum contra Turcas simpliciter improbasse, ita hic enim inquit *in lib. de bello contra Turcam, edit. Anno 28. tom. 4. Jenens. germ.* Den Käyser vnd die Fürsten / solt man vermanen jhres Ampts vnd schuldiger Pflicht / daß sie gedächten mit Fleiß vnd Ernst / jhre Vnterthanen in Fried vnd Schutz Handzuhaben / wider den Türcken sie treiben / vnd jhre gewissen auffs Höchste beschweren / wie sie Gott schuldig sein / jhre Vnterthanen nicht so jämmerlich lassen verderben / vnd wie sie so grosse

treff-

trefflich e Sünde thun / daß sie jhr Ampt hirinne nicht bedencken / vnd den jenigen / so mit Leib vnnd Gutt vnter jhrem Schutz leben sollen / vnd mit Eyden vnd Hulden verbunden sein / nicht mit Rath vnnd Hülffe erscheinen nach allen jhren vermögen/Et postea: Also solte ein Legat von Rom auff dem Reichstage mit den Reichsständen handeln/Gottes Gebot fürhalten/vnd eine vnvermeitliche Noth daraus machen vnd sagen: Lieben Herren / Käyser vnd Fürsten / wolt jhr Käyser vnd Fürsten sein/so thut als Käyser vnd Fürsten/ oder der Türck wirds euch lehren / durch Gottes Zorn vnd Vngnade: Teutschland ist euch von Gott gegeben vnd befohlen / daß jhr schützen / regieren / rahten vnd helffen solt / vnd nicht allein solt / sondern auch müsset / bey verlierung ewren Seelen seeligkeit/Göttlichen Hulde vnd Gnade / rc. Solum ergo improbavit Lutherus belli gerendi modum, quando nimirũ absq;vera pœnitentia suscipitur&quod bullis ac indulgentiis papalibus expeditionem suscepturi nimium tribuant, prout mentem suam explicat *in assert. art. à Leone damnatorum.art.34.tom.2.latin.* Tot jam annis, inquit passi sumus nos deglubi per impostores& Legatos Romanos, toties ad bellum Turcicum indulgentiis ac facultatibus impudentissime venditis pecuniam&substãtiam nostram devorantes. Et postea: Quantò rectius faceremus, si primùm orationibus imò totius vitæ mutata ratione Deum propitiũ faceremus?Et *in dict. lib. de bello contra Turcam.* Solches (das ich diesen Artickel setze / den der Pabst *Leo X.* verdampt hat) thet ich so viel desto lieber das ich der Römischen Büberey den schalckdeckel nehme / denn die Päbste hattens nie mit Ernst in Sinn / das sie

wider den Türcken kriegen wolten/ sondern brauchē des Türckischen krieges zum hütlein / darunter sie spielten vnd das Gelt mit Ablas aus Teutschland raubeten / so offt sie es gelüstet / wie das alle Welt wohl wüste / aber nun auch vergessen ist. Also verdammeten sie meinen Artickel nicht darumb / daß er den Türckischen Krieg wehret / sondern das er solch Käplein aberiß / vnd dem Geld gen Rom die Strasse legete / denn wo sie mit ernst wieder den Türcken hetten wollen kriegen / hette der Pabst vnd die Cardinäl so viel von den Palliis , Amaten / vnnd andern vnsäglichen zugang / daß sie solche schinderey vnd raubens in Teutschlanden nicht bedürfft hetten / So gefiel mir auch das nicht / das man so treib / hetzte vnd reitzte die Christen vnd Churfürsten / den Türcken anzugreiffen/vnd zu vberziehen / ehe denn wir selbst vns besserten / vnd als die rechten Christen lebeten/etc.

6. Justa quoq; est defensio in causa Religionis, homines enim Religionis causa vim sustinentes præsidio armorum defendi posse præter protestantes ipsos apud *Sleid. l. 17.& 8.* voluit Lutherus ut cōstat ex fine libelli wieder den Meuchler zu Dreßden/*tom. 5. jenensi* aus seiner warnung an seine liebe Teutschen/*eod tom. 5. ex concione 3. super historiam passionis in postillis domesticis, & ex disputatione quam publicè Witteberga Anno 1540. in hanc sententiam proposuit*: Daß man dem Pabst vnd seinem Schutzherrn wieder vnrechte gewalt vnd Krieg widerstandt thun soll / præter testimonia enim & exempla ex sacris deducta, *ut 1. ad Timoth. 2. v. 15. Esa. 49. Actor. 23. 1. Macab. cap. 1. & 2. 1. Reg. 18. vers. 4.* Imperatores dicuntur advocati & protectores Ecclesiæ, der heiligen Christlichen Kirchen Rechtvogte/Advocaten/schirm vnd schutzherrn / Reichsabschied zu Cölln/Anno 1512. §. vnd nach dem wie/quam protectionē quoque iurant ut dictum *c. 2. Lupold. de Babenb. de jure ac translat. Imp. c.*

Imp.c.9.& 13.Knichen.de Saxon.non prov.jur.verb.ducum. c. 5. n. 495.& seqq. Et armis Religionē sæpius tuiti sunt veteres Germani, adeo ut pleriq; ordines Equestres ob hanc defendēdæ veræ Religionis causam instituti scribantur *Spangenb.* Adelspigel *part.2.lib.6. cap.52.* Sic Reformatam in germania Religionem Elector Johannes Fridericus, cæterique confœderati Schmalcaldici & Mauritius Elector propugnarūt *Sleid.comm. l. 23. War.ab Erenb.in medit.fœd.c.2.n.24.& seqq.* in Gallia Rex Navarrenus, Princeps Condæus & Admiralius: Caspar Collinius *Dn.de laNove.disc.26.& seqq.* in Belgio ordines confœderati, *Dn.de la Nove disc.22.* Et religionem Hussiticam quondam propugnarunt Bohemi *Spangenberg.dict.lib.6.c.53.* Videant tamen ii quibus cura Religionis incumbit, ne prætextu istius Regionem aut aliud lucrum quærant, *Eberh.à Weyhe in disc.probl.regii.* quod de Demetrio argentario sacræ tradunt literæ *Act.c.19.v.24. & seqq.* de Philippo Pulchro Galliarum Rege *Bodin.lib.3.de Republ.c.7.* & de aliis *Petr.Gregor.lib. 13. de Republ.c.11.* Id quod juvat jus pontificium, quo constitutum ut si quæ potestates seculares ditiones suas ab hæretica pravitate purgare neglexerint, illæ catholicis exponantur occupandæ. *c. excommunicamus §.moneantur.c.ad abolendam. §. statuimus.ext.de haret.* Quam constitutionem confirmavit Frid. I. Imperator in A. si verò C. de hæret. & Manich. absq; dubio fraude pontificum adductus.

8. Justa verò gerendi belli causa non est amplificatio Imperii, nec gloria aut proprium commodum principis *c. quid culpatur c.militare 23 quæst.1.* Etsi enim Imperatores dicantur semper Augusti zu allen zeiten mehrer des Reichs / hic tamen titulus non ita accipiendus quasi Imperator Romanus ex quavis causa adversus peregrinam gentem Bellum suscipere & ita Romanum Imperium augere licitè possit, sed exaudiendus hic titulus de justa causa augendi Imperii: Ut si Imperator ditioni Romanæ iterum per bella addat gentes & provincias, quæ aliquando Imperio Romano subjectæ fuerūt sed violenta manu ab eo detractæ, *Henr. Bocer.de bello & duello lib.1.cap.6.* Nec etiam statim si injuriam animadvertat Impe-

rator, bellum gerere debet, ad arma siquidem non prius veniendum, nisi nulla quàm in armis spes sit relicta, *Christoph. Besold. in polit. lib. 2. cap. 7.* Unde Bellum dicitur injustum, controversia si per arbitros potest sopiri, *Alb. Gentil. lib. 1. de jur. belli cap. 3.* Nec enim Romani, Martis progenies, lacessiti injuria bella suscipiebant, nisi antea juris via tentata, clarigatum, id est, res ablatas ac raptas, repetitum misissent *Lips. lib. 5. polit. cap. 4. Plin. 22. histor. nat. c. 11. Alb. Gentil. lib. 1. de leg. c. 11. & seq.* Hinc Venetorum famam meritò tuetur *Kirchn. de Republ. disp. 5. th. 2.* adversus Bodinum qui eos reprehendit ac bestiis imbellibus Cervis Columbis & Leporibus confert, quod bellorum omnes causas studiosissimè declinent, quod illata difficillimè suscipiant, suscepta verò finire ac pacem omnibus modi inire conentur *lib. 6. de Republ. n. 569.*

Cap. V.

De

ARTICULIS IIS ET CAPITIBUS, QUÆ CONVENTUS CONCERNUNT.

Summ.

1. Jus indicendi Comitia soli competit principi summo.

2. Solus Imperator hodiè absque consensu Electorum Comitia indicere nequit.

3. Electorum quoq; consensus requiritur ad translationem Comitiorum.

4. Consensus Electorum est de forma Comitiorum.

5. Qua-

5. *Quare non omnium statuum Imperii consensus ad Comitia indicenda necessarius.*
6. *An consensus hic Electorum collegialiter, an verò seorsim dandus?*
7. *Extra fines Imperii comitia non indicenda.*
8. *Quousq; fines germaniæ porrigantur?*
9. *An Bohemia pars germaniæ?*
10. *An Batavia portio germaniæ?*
11. *In quo loco comitia habenda.* 13.
12. *Quare comitia imperatoria Francofurti habeantur.*
13. *Quare Electoribus specialiter permissum conventus agere.*
14. *De conventibus Electoralibus nihil reliqui principes Imperii participant.*
15. *Rex Bohemiæ an interesse soleat comitiis Electoralibus.* 17. 18.
16. *An Rex Bohemiæ habeat votum in electione Imperatoris?*

CUm comitia sint fundamentum Reipublicæ aliis non possunt tribui, nisi soli Majestati, quippe in cujus tanquam Naucleri manu non

non tantùm Navem, sed & gubernacula omnia esse oportet totam aliàs Navim pessundatura si contra nutum Nauclerî huc vel illuc à quovis dirigi possit: *Henn. Arnis. de jurib. majest. majorib. cap. 4. n. 17.* Hoc cum animadverterant Decem-Viri, opinio certa, inquit *Livius* exierat quamvis sine autore, non in præsentis modo temporis iniuriam eos conspirasse: sed fœdus clandestinum inter ipsos jurejurando initum, ne Comitia haberent, quo perpetuò Decem-Viratu, possessum semel retinerent Imperium nec fefellit opinionem evẽtus, *lib. 3.* ideoq; Romulus licet multa alia Senatui & populo concessisset maiestatem redolentia, populum tamen convocandi senatumq; cogendi potestatẽ sibi tantũ reservavit. *Halicar. l. 2.* Idq; fecit Anglorũ princeps qui solus cõvocat Duces, Marchiones, Barones, alioq; quibus licet Parlamẽtis, quæ vocant, interesse. *Smit. l. 2. Reip. c. 3.* Neq; alia de causa iure Comitiorũ apud Venetos nullũ sanctius atq; antiquius habetur quã quod in eo maxima Imperii maiestas atque dignitas eluceat *Arnol. Clapmar. de Arcan. Rerumpubl. lib. 1. c. 14.* Unde meritò hoc ius inter maiestatis iura iura referendum, *Bornitius de majest. c. 26. Christop. Besold. in polit. lib. 1. cap. 3.* Soli itaque Imperatori, cum Caput sit, ius indicendi Comitia universalia competit, quod à primis quoque temporibus hucusq; sartum tectumque Cæsares sibi conservarunt nec statibus Imperii concesserunt, utcunque etiam quædam non infimæ notæ jura ipsis communicata sint, quamvis hoc ius Imperatorium ab Electoribus aliquo modo limitatum reperiatur, ita ut Imperatori ad indicenda comitia universalia ipsorum opus sit approbatione & consensu, hinc in capitulatione Imperator promittit quod comitiales conventus absque scitu & voluntate Sex. Virum Electorum ad id requisita indicere non velit *Sleid. lib. 1. comm. p. 29. Gold. in capit. Imp. Tob. Paur. de jurisd. imp. Rom. lib. 2. cap. 2. n. 19. Unde Auct.* Des außführlichen berichts wie es vff Reichstägen pfleget gehalten zu werdẽ, statim in princip. inquit, Ob auch wol ein Römischer Käyser vor alters aus vorfallẽdẽ wichtigẽ

2\.

Reichs-

Reichsgeschäfften einen Reichstag vor sich selbsten außgeschrieben/ vnd darauff Churfürsten/ Fürsten vnd Stände erfordert/ so ist doch jetzo in der Capitulation vnnd pactis, darauff ein jeder Römischer Käyser nach seiner Wahl schweren muß/ vnter andern versehen/ daß solches mit Wissen vnd Rath der Churfürsten beschehen sol. Et hoc stricte Imperatores observare, apparet ex Recessibus Imperii, ut Ratisp Anno 1576. Als haben wir mit Rath vnd Beliebung obgemelter vnserer/ vnnd des Heiligen Reichs Churfürsten nicht vmbgehen mögen eine gemeine Reichsversamlung außzuschreibẽ. August. Anno 1582. haben auff gutachten vnd Rath vnserer vnnd des heiligen Reichs Churfürsten eine gemeine Reichsversamlung außschreiben lassen. Ratisb. Anno 1598. Derhalben wir denn diesen Reichstag mit vorwissen vnnd bewilligung gedachter Churfürsten/ anhero außschreiben vnd ankündigen lassen. Idque ipsum Epistolis Cæsareis, quibus ad Comitia vocantur ordines Imperii vulgo den außschreiben zum Reichstag hisce verbis inseri solet: Wann dann sampt vns den heiligen Reichs Churfürsten nach reiffer stattlicher erwegung vnvermeidlich vñ vnumbgänglich zu seyn befunden/ einen allgemeinen Reichstag anzustellen/ darzu vns wolermelte Churfürsten einhellig jhren Consens, dem herkommen gemeß vnter jhre Lieb den Handschrifft vnnd Siegeln gegeben/ die bestimmung des Tages heim gesetzet/ vnd als viel die Wahlstadt betrifft/ jhnen vnser/ vñ des heiligen Reichsstadt n. vmb erheblicher Vrsachen gefallen lassen. *Paurmeister dict. cap. 2. n. 19.* In translatione quoque Comitiorum ab uno loco ad alium novo Electorum consensu ac autoritate opus esse dicendum videtur. Cum enim semel consensu Electorum certus locus Comitiorum

3.

 defini-

definitus, alio loco si Ordines Imperii conveniant hoc contra consensum Electorum fieri manifestum est. Ergo & contra capitulationem ut patet ex præcedentibus. Idem & de reassumtione Comitiorum habendum, Cæsarem enim, hic, quicquid statuit, cum consilio Electorum statuere oportere existimat *Bertram de comitiis. apud Arum. t. 1. jur. publ. disc 9.* ubi in hanc rem profert responsum Cæsaris Rudolphi II ad principum Septem-Virorum Noribergæ congregatorum Legatos sub dato Pragæ 25. Novemb. Anno. 1611. ubi inter alia habetur: zu solchem Ende were sie auch denen nach Nürmbergk verordneten Käys. Commissarien befehl zugeben in Werck gewesen/das bey dieser Churfürsten Collegial versamblung/ die Occasion nicht verseumbt / sondern entweder zu außschreiben eines newen Reichstages der Consens den herkommen nach erlangt / oder da sie die Churfürsten für gut ansehen würden/ der jüngst verschobene wieder reassumiret werden möchte. Et

4. consensus hic Electorum ad indicenda comitia universalia in tantum est necessarius, ut si Imperator eô non requisito vel recusato comitia indicat, actus sit ipso jure nullus, formæ enim instar hic adsensus in comitiorum indictione, & solennitatis vicem obtinet in ejusmodi generalibus conventibus, quod quando fit, eo non interveniente, sine nullitatis vitio res explicari nequit. Idque magnâ ex ratione receptum. Cum enim in comitiis plurimum momenti sit, sive ad evertendam, sive mutandam, sive conservandam Rempublicam: Ordinum sanè Imperii multum interest, Comitia haberi vel non haberi: igitur nihil æquius, nihil salutarius Reipublicæ, quàm ut membra ejus potiora nempè Electores iis cogendis consentiant, maximè cum in ejus, qui potestatem comitiorum habet, arbitrio situm sit, ut Res per comitia agenda vel expediatur vel omittatur *Arnis. dict. lib. de jurib. majest. major. cap. 4 n. 17.*

5. At quare Electorum tantum adsensus ad Comitia indicenda necessarius, cum reliquorum statuum Imperii interesse Comitia haberi vel non dictum sit. Res autem sine ejus consensu, cujus maximè interest nec possit nec debeat

beat perfici, *Schrad. de feud. part. 8. c. 2. n. 28.* Et ut hoc fortassis facilius quis largiatur, de principibus Imperii, idem tamen de Civitatibus liberis asserendum arbitror. Nam & hæ jura principum habent, & imperio non minus incorporatæ sunt, quam ipsi principes prælati & comites, nec non Cameræ & Imperatori immediatè contribuunt, & status Imperii sunt, *And. Gail 2. observat. 57. n. 7. Rutg. Ruland. de commiss. lib. 5. cap. 4. n. 41. Aut.* der Politischen Schatzkammer/ *lib. 2. disc. 1. Auct. anon. de statu polit. seu civili lib. 4. c. 42. Joach. Cluten. in syll. rer. quotidian. concl. 27. Waremund ab Erenb. de fœderibus lib. 2. cap. 1. n. 35. & seqq.* Unde etiam jus votandi habent in comiciis, quia status sessuræ & dictionis Sententiæ communicatione actuali definitur. *Paurmeister de juridict. lib. 1 cap. 8 n. 4.* & ita auct. des außführlichen berichts wie es auff Reichstägen pfleget gehalten zuwerden. Der dritte ordinari Reichsraht ist der Frey vnd Reichsstäten gesandt vnd Botschafften / welcher auch abgesonderte in einer andern Rathsstuben gehalten wird / darinnen sind zwo Bäncke / die Römische darunter Cölln vnd Aach die fürnembsten seyn / die andern die Schwäbischen als Regenspurg/ Vlm/ Nürmberg/ Augspurg/ inmassen den auch die Städte im außschuss.n alle mehr nicht als zwey Vota haben? Quare non ergò & harum ac principum æquè ac Electorum consensus ad Comitia indicenda necessarius. Hisce occurrit *Lupoldus de Babenberg. de jur. Imp. Rom. cap. 6.* Nempe, quod Electores vice & auctoritate omnium statuum consentire videantur comitiorum indictioni, habenda itaque eorum approbatio est, ac si statuum omnium ea esset, perinde sicut Electio Regis Romanorum ab Electoribus facta habenda, ac si à tota universitate principum & populi, à quibus in ipsos ea potestas translata est, facta esset; *Paurmeister de juridict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 2. n. 102.* An verò Electores conciliorum indictioni collegialiter consentire debeant, ubi majoris partis scitũ concors sufficit, an verò singulorũ consensus seorsim requiratur dubio non caret? Cum n. jus eligendi ad electores ut collegiũ spectet. *Lupold. de Babenberg. de jur. Imp. Rom. c. 6. Paur-* 6.

LlI 2 meist.

meist. dict lib. 2. c. 2. n. 103. Pet. de Andlo de Rom. Imper. lib. 2. c. 3. & ibi Freherus in notis, etiam in Comitiorum universalium indictione consensum Electorum collegialiter considerari dicendum videtur, maximè cum hæc verba habeantur in der sechs Churfürsten Brüderlichen Union Anno 1521. **Ob es antreffe bestetigung oder bewilligung zu einigen Sachen zugeben? Darinnen sollen wir oder unser einiger nicht endliche Antwort geben / noch einigerley beschliessung thun / wir thun es dann alle sämbtlich miteinander / oder mehrertheil.** Sed consensum Electorum hâc in re seorsim accommodari usus observat, maximè cum Imperator causas de quibus Comitia habenda, singulis Electoribus non Collegio Electorum significet, Unde Auct. **Des außführlichen Berichts wie es uff Reichstägen pfleget gehalten zu werden. Wann nun solche geschäffte im Reich vorfallen / daß von nöhten einen Reichstag außzuschreiben / so pfleget die Römische Käys. May. solches zuvor dem Churfürsten einen jedern insonderheit / durch schrifften unnd schickung zuvermelden unnd sich mit ihnen der Zeit auch etwa der Mahlstat zuvergleichen?** Idque publicæ utilitatis causa ita servatur, ne videlicet Electores collegialiter convenire ac de comitiis indicendis comitia cogere necesse habeant. Ex præscripto quoque Electorum Cæsar antequam rerum potiatur inter alia hoc juratò promittere tenetur, quod extra fines Imperii Germanici, conventus agere non velit, *Sleidan. lib. 1. comm.* ita etiam Rudolph. II. Cum maximè autem nulla comitia Imperialia extra S. Imperium germanicæ Nationis instituemus vel indicemus, *Goldast. in polit. Imp. part. 22.* Idque in gratiam ordinum reliquorum Imperii, nam Electorum consensu locus comitiorum definiendus. At, quousque porriguntur Germaniæ fines? quæque loca & provinciæ habentur pro Germanicis? Hoc enim si incertum & ignotum quomodo Imperator huic membro Capitulationis satisfaciet? Non sanè germani sunt, qui iis fœdere contra hostes communes conjuncti; ut Angli, Poloni, Russi, Luthuani, Dani, Norwegi, Hungari, Non enim adscititia illa amicitiæ Conjunctio sed amores, ingenium, lingua germanos

7.

8.

faciunt

faciunt ut censuit Trevirensis apud *Sleidan. lib. 1. com. de stat. Relig.* Nec inter germanos numerandi qui originem saltem à germanis duxerunt, aliâs & Galli & Britanni germani essent, Germani enim Gallorum patres, in Galliam siquidem vacuam populos quosdam ab insulis extimis & tractibus transRhenani, crebritate bellorum & alluvione fervidi maris sedibus suis expulsos, ait *Ammianus Marcellinus lib. 15.* Sed ubi terrarum illi tractus transRhenani nisi in germania: De Britannis inquit *Tacitus*, Rutilas Caledoniam habitantium Comas, magnos artus Germanicam originem asseverare, Cui accedit sermonis cognatio de qua ille: Dextro suevici maris litore Æstyorum gentes alluuntur, quibus ritus habitusque suevorum, lingua Britanniæ propior, *de morib. german.* Et si opinentur quidam Gallos & inprimis Belgas vicinum Britanniæ solum occupasse, quid ad illud Cæsarianum respondent, plerosque Belgas ortos esse à Germanis *Cæsar. lib. 5. Bellgat.* Germani ergò si non patres, tamen Britannorum Avi. Et dudum Viri doctissimi demonstrarunt antiquitus eandem Germanis, Gallis & Britannis fuisse linguam, dialecto tantummodo discrepantem, *Francisc. Carolus Dux Saxon. apud Frider. Achill. in orat. pro germaniâ.* Non ergo falluntur, qui credunt Germanos vel multitudinis minuendæ causâ, vel ulteriora visendi studio, in Gallias & Britannias vicinas gentis suæ examina effudisse. Et hæc ut verissima, tantum tamen abest, Gallos & Anglos germanos esse, ut etiam ortus sui obliti & succo sanguineque Gallico & Anglico imbuti naturam Germanorum prorsus exsuxerint, *Petr. Heig. lib. 2. quæst. 5. n. 27.* Germanos ergo propriè sic dictos veteres Geographi illos dixerunt qui in districtu à mari Balthicò versus Septentrionem, Rhenò versus occasum, Dannubiò versus Meredіem, & Vistulâ versus Ortum circumscriptò habitarent. Sed hi germaniæ termini jam dudum moti sunt, *Franc. Carol. Dux. Sax. apud. Frid. Achill. in orat. pro Germania.* Quis enim omnium Regionum fines semper eosdem fuisse, esse, aut fore affirmabit? Sicut enim inquit *Franc. Carol. dict. orat.* urbes terminos habent incrementi & decrementi

 ambula-

ambulatorios, jam mœnia panduntur latius, jam contrahuntur angustius, aut uti flumina non semper æquabili in lecto decurrunt, nonnunquam decentius, aliquando fluunt superbius: Sic & Regionum sua sunt fata, quæ finium regundorum judicium exercent, statuuntque ex occasionibus modum: Et fermè quot Reges, tot mutationes provinciarum & nomina oriuntur. Non ergò Rhenus & Danubius Germaniam omnium Europæ provinciarum maximam amplius claudunt, sed per medios Germanorum delabuntur agros. *Æneas Sylvius in German. cap. 2.* extra illos enim Helvetia, Rhætia, Styria, Carinthia, Carniola, Austria, Alpes, magnæ Sarmatiæ pars & aliæ potentissimæ & patentissimæ Regiones in linguam, potestatem, & nomen Germanorum commigrarunt. *Thuan. lib. 56. histor. Tob. Paurmeist. de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 1. Goldast. in præfat. tom. 3. const. Imper. ad Magnæ Brit. Reg. Jacobum* Risu ergô excipiendi, qui quærunt quàm latè Urbis Germaniæ pateat ambitus, multis siquidem Italis & Gallis, qui nunquam extra lares suos pedem extulerunt persuasum est, Germanos unam eandemque urbem in habitare, *Ph. Camerar. in medit. histor. cent. 1. cap. 44.* Quæ ergò provinciæ germanicæ, quæ loca germanica? Hodiè non montium situ non fluviis Nationes, sed lingua ac jurisdictione à se invicem discriminari, inquit *Münster. in Cosmograph. lib. 3. cap. 7. in f.* partes ergò Germanicæ erunt, ubi & lingua Germanica colitur & Imperii jurisdictio agnoscitur, quo si Imperator Comitia indicat, capitulationi, in quam juravit, satisfecisse videbitur, inquit *Bertram. de Comitiis th. 23.* adeoque nec Bohemia pars Germaniæ, nec Pragam Cæsar ad comitia status evocare poterit, hoc posterius ut concedam, quia

9\. Praga non civitas Imperialis, Bohemiam tamen partem Germaniæ esse, potius affirmarem cum *Marq. Freh. in not. ad Petr. de Andlo lib. 2. c. 2.* Regnum enim Bohemiæ Imperio subjectum, quia privilegium de eligendo novo Rege à Romanis Imperatoribus Bohemis indultum, *tit. 7. A. B.* At concessio privilegii superioritatem & subjectionem arguit *Rutg-*

Rutg Ruland part. 4. c. 3. num. 27. lib. 2. de commissar. Et Bohemiam Henricus Auceps Imperio tributariam reddidit, *Peuc in chron. lib. 4. in Hen. Aucup.* Ideoque Imperator Albertus à Wenceslao Rege Bohemorum decimas Argenti, quod in Bohemiâ ex montibus, puteisque argenteis eruebatur, petiit, rationem hanc addens, eodem jure, eademque conditione obligatum esse Imperio Bohemiam, quâ cæteræ principum in Germaniâ provinciæ, quæ à Cæsare jurisdictionem suam accipiunt, ut merito Cæsar vicissim ab illis decimas metalli exigat, à quo etsi Wenceslaus peteret, ut vectigalibus Cæsaribus debitis contentus esset, tantum tamen abfuit ut Imperator contentus fuerit, ut bellum etiam Regi intulerit, *Dubrav. lib. 18. histor. Bohem.* Et quorsum ista sententia Cameræ quam refert *Buxdorff. ad A B. th. 88.* hisce verbis conceptam in sachen N. contra N. ist erkandt / das Appellaten unverhindert jhrer einrede vff der Appellaten einbrachte klage litem contestiren vnnd antworten sollen: vnnd wollen sie die Appellaten gegen den Regenten in Böheimb auff die angezogene peen procediren / sollen sie denselben Regenten darzu / wie recht / citiren lassen. Ex quo Regem Bohemiæ in Camerâ conveniri posse satis evincitur, Bohemi ergò sub jurisdictione Imperii, nec totaliter exexempti, utcunque etiam à Collectis, oneribusque aliis sint immunes, nam & Austriæ Archiduces multis privilegiis donati, & tamen subjecti sunt imperio. Neq; officit quo respexit Legislator. Saxo lib. 3. art. 57. landr. c. 29. der König in Böheimb hat keine Wahl weil er nicht Teutsch ist. Cum magis hoc casu jurisdictio respicienda, quæ sola politicè Germaniam definit, quam lingua, quamvis & hoc respectu *Æneas Sylvius in germ. c. 18.* Bohemiam Germaniæ portionē faciat, quando scribit: Bohemia, quamvis Sclavonico sermone utitur, sub Imperio tamen germanico est, & moribus utitur Theutonicis & pauci sunt inter Bohemos, saltem Nobiles, qui non utramq; noverunt linguam, & undiq; cincta est ea terra Theutonicis plebibus. Illudq, Germanicam esse Bohemiam palàm ostendit, q in templis sermone Theutonico plebs doceatur.

Münster.

Münster. lib. 3. in descript. regni Bohem. Bohemos quoque Germanis permixtos ipsam germaniam inhabitare fatetur *Dubrav. lib. 9. histor. Bohem.* Ex quibus appaiet quid dicendum,
10. utrum Belgium & præsertim Hollandia sive Batavia portio germaniæ? Quod existimat *Cæsar. lib. 1. de bello Gallico*, eò quod majori parte Belgæ dicantur inferiores germani, quod Germanicè loquantur, quod ipsimet germaniam magnam suam patriam vocent. At si jurisdictionem consideraverimus, luce meridianâ clarius apparebit, nec Batavos germanos nec Belgium præsertim Hollandiam portionem esse germaniæ, ut quæ Respublica libera & ab Imperio exemta, quale etiam Responsum dederant Ordines confœderati, cum Imp. Romanus literis missis Annô 1607. ipsis exprobravit, quod viam compositionis cum Rege Hispaniarum & Archiducibus non modo injussu suo, sed se prorsus inscio atque inconsulto ceperant, testatus provincias unitas esse feudum deductum à S. Imperio, quemadmodum ex Archivis Imperii, ex actibus investituræ, multisque publicis monumentis omni exceptione majoribus liquidò appareet, se verò caput & supremum feudi Dominũ esse, quicquid igitur secus fecissent ordines, irritum nulliusque momenti fore, secundum ea quæ lege fidelitatis & jure communi feudorum sanciuntur, *Dom. Baud. de induc. belli. belg. lib. 1.* Nimirum hodiè eo res deducta, ut ordines isti confœderati non saltem se liberos esse, sed & alios principes ac Reges potentia & divitiis superare existiment, quamvis linguâ isti utantur germanicâ quod negari non potest, utut etiam compositio verborum cum Gallico sermone ferè conveniat, & stylus per se corruptus multis vocabulis gallicis sit permixtus, ita ut vix belgæ intelligi queant ab iis, qui nullam prorsus habent linguæ gallicæ cognitionem, hoc autem propterea quod gallia cũ Belgio eosdem ferè fines habet, unde & antiquis gallia dicebatur belgica, habito respectu ad considerationem Cosmographicam, quo Rhenus fines ponit germaniæ. Ex hisce manifestum, in-
11. tra fines Germaniæ locum certum ac ordinarium ubi comitia habenda constitutum non esse, quondam sane cum Con-

stantinus

stantinus III. Comitia annua urbe Arelatensi perpetuò habenda constituisset, *Goldast. tom. 3. Const. Imper. pag. 1.* Conventus iste à Carolo M. Moguntiam: Moguntiâ deinde à Friderico II. Francofurtum translatus est, qui locus propterea electus, quod nullus in Imperio commodior videbatur, cum eorum quibus undique in urbe commeandum erat, ratio haberetur, Etenim si perpendamus, quibus intervallis distet à quibusdam remotioribus oppidis, unde ad se tempore nundinarum tantam multitudinem hominum accire solet, eam veluti centrum in medio positam esse, comperiemus, & si non solùm quali in agro, sed & quâ ejus parte sita sit, consideremus, vix alibi melius iis, quæ ad Vitam necessaria non incolis tantùm, sed etiam advenis forent, institui posse, fatebimur, *Arum. ad c. 1. A. B. p. 73.* Quæ loci commoditas Fridericum II. Imperatorem haut dubiè permovit, quod Nundinas antea Moguntiæ haberi solitas Francofurtum transtulerit, ut enim rerum omnium copia adesset, propter Conventũ nundinæ ordinatæ sunt, *Goldast. tom. 3. const. Imper. const. 1.* Hâc de causâ quoq; plures Francofurti electi sunt Imperatores, ut Arnolphus *Münster. lib 3. de Germanicâ.* Fridericus I. Barbarossa, *Gunth. lib. 1. in Ligurino. Rudolphus I. Crus. l. 3. cap. 1. part. 3. annal. Suevic. Albertus I. Cuspin. in Alberto* & demum Carolus IV. Romanorum Imperator, qui hanc urbem benevolentiæ affectu singulari prosecutus, electionis Romani Regis, futurique Imperatoris per septem Germaniæ principes Electores finiendæ, locum eò potissimum in perpetuum constituit, Bullaque sua aureâ confirmavit *c. 1. A. B. Münster. dict. loco.* At temporis successu arbitrio Cæsaris & statuum relinqui cepit, quô locô comitia celebrare vellent. Unde Maximil. I. in conventu Coloniensi Anno 1512. deliberationem de loco necessariam judicans eam ad Comitia Wormatiensia rejecit, daß daselbst durch jhre May. vnd die Stände ferner der künfftigen Reichstage halben solle berathschlaget vnnd beschlossen werden / wo die hinfurder durch jhre May. vnd die Stände gehalten werden sollen / Verum tempore subsequenti nihil de eâ re constitutum ut proinde ad- 12.

Mmmm huc

hic liberum sit Imperatori & statibus, quo loco conventus agere velint. *Auct.* des außführlichen berichts / wie es auff Reichstagen pfleget gehalten zu werden / Communiter tamen comitia in civitate aliqua Imperiali celebrari solent, ut Augustæ, Eslingæ, Coloniæ, Ratisbonæ, Spiræ, Noribergæ, Wormatiæ, Friburgi Brisgojæ, ut ex Recessibus clarum, quamvis in municipiis quoque comitia quondam coacta fuisse testentur historici. ita enim Fridericus I. Barbarossa Wirtzburgi *Crantz. in Metropol. lib. 6. c. 35.* Otto II. Magdeburgi Comitia Imperialia habuit, *Heig. part. 1. quæst. 8. n. 41.* Constitutum quidem in Aurea Bulla, ut prima Cæsar Comitia Noribergæ habeat, sed strictè non observatur. Dictum supra jus Comitiorum principis proprium esse, nec aliis communicari, quod de Comitiis universalibus verum, Electores namque non modo pro eligendo Rege vel Imperatore Romanorum Comitia indicere, habereque possunt Wahltage: Sed alios etiam pro salute & incolumitate Imperii congressus celebrare ipsis indultum *est A. B. tit. 12. qui conventus dicuntur* Churfürstentage. Quod jus Electorum Imperator in Capitulatione confirmare tenetur, quando hisce verbis promittit: Wir lassen auch zu / daß die Churfürsten / je zu Zeiten nach vermöge der Güldenen Bulln vnd ihrer Gerechtigkeit des Heyligen Reichs zu ihrer Notturfft / auch so sie beschwerlich obliegen haben / zusammen kommen mögen / dasselbe zubedencken vnnd zuberathschlagen / das wir auch nicht verhindern noch irren / vnnd derhalben kein Vngnad oder wiederwill gegen jhnen sämptlich noch sonderlich schöpffen vnd entpfahen / sondern vns in deme vnd andern der güldenen Bull gemeß / gnediglich vnd vnverweißlich halten wollen / *Goldast. in* Politischen Reichshändeln / *part. 8. cap. 3. & in polit. Imper. part. 12. Sleidan. lib. 1. comm. de stat. Relig. pag. 28.* Huncque articulum principes Electores propterea Capitulationi inseruisse videntur, ne Impp. prætendere queant per dict. c. 12. A. B. vers. hâc nostrâ ordinatione hanc conveniendi licentiam ipsis non in perpetuum, sed tantum us-

que

que ad Imperatoris beneplacitum indultam esse. *Buxdorff. ad cap. 12. A. B.* Congregatio ergò collegialis Electoribus permissa, eo quod multiplices Reipublicæ curæ non patiantur Cæsarem omnibus intentum esse, ipsique Electores solidæ bases Imperii & columnæ inmobiles sint, cujus ideò salutem magis quàm ruinam quærent, quodque per longinquas terrarum distantias consistant, & ideò de emergentibus defectibus referre simul & conferre, sanisque consiliis iis providere poterunt. *per. c. 12. A. B.* Hinc gravissima quæque Imperii negotia in hoc Electorum conventu tractantur, ut de pace & bello, de Vectigalibus, Regalibus, defendendis ditionibus, juribus Electorum, de amoliendis conspirationibus, ligis contra Imperatorem, deque aliis causis, quæ ad decus & incrementum Imperii spectant. Unde hic conventus Collegialis omnium optimum remedium in magnis Germaniæ tempestatibus, litibus ac tumultibus reputatur. *Ventur. de Valent. in partb. litig. lib. 2. c. 3. n. 181.* Hujus enim solius medio & remedio Sacri Romani Imperii possessio adversus pontificis Romani molitiones & alias ejusmodi lites ac malitias publicas semper fuit conservata & adhuc conservatur *Arum. ad tit. 12. A. B.* De sublimi hoc jure reliqui principes Imperii nihil participant *Peucer. lib. 5. Chron.* quibus regulariter nullam congregationem celebrare licet, idque optimâ ratione, quod principes æquali potentiâ præditi raro in collocutionem descendere debeât, fieri enim non potest, quin ipsorum familiares de rebus anteactis loquantur, non absq; molestia & fremitu alterius partis, alii sunt aliis elegantius vestiti ex ipsis quoq; principibus aliis alii sunt decentiores, unde ludibrium nascitur & jocus, *Arum. disc. 1. ad cap. 1. A. B.* Hinc *Cominæus*, Vidi *inquit*, quo tempore Carolus Dux Burgundiæ Comitem palatinum Rheni p complures dies honorifice tractabat Bruxellæ, Burgundiones dicebât, germanos esse sordidiores in rebus omnib⁹, ideò potissimû, q Ocreas conjicerent in lectos cubiculares splendidè magnificeq; paratos & levius multo q̃ antea, cû nondû vidissent, de iis judicabant. Germanis autẽ displicebat luxus ille im̃odicus & ostentatio. *l. 3. comm.*

13.

14.

de rebus gestis Ludovici XI. Accedit, quod Principes æquales, ut opes potentiamque suam ostentent, sumtuosissimos in congressibus mutuis sese exhibeant, ut pote qui non raro divitiarum & pecuniæ fructum non alium quàm profusionem credánt. Et quod maximum est, si convenire principibus fas non erit, non facilè ad seditiones devenire poterunt. Excipiendus tamen hic est conventus Naumburgicus, in quo fœdus, quod est inter domum Saxonicam Brandeburgicam & Hassiacam renovari solet, ubi tamen, ne sinistra inde nascatur suspicio, de causis congregationis Cæsarem certiorem reddunt, *Sleidan. lib. 26.* Excipiendæ quoque conventiones collegii Hanseatici, de quibus infra. Huic autem conventui Electorali personaliter Electores interesse debent, ita enim Imperator Carolus IV. in A. B. tit. 12. **das dieselbe Churfürsten hinfuhro alle Jahr einmal / wann vier Wochen aneinander zurechnen / nach Ostern vorüber / in einer des heiligen Reichsstadt persönlich sich versamblen ?** Sed hoc non ita strictè observari, observantia, à quà Bullæ interpretatio desumenda, testatur, sic enim Anno 1611. ultimo conventui Noribergico nomine Brandeburgici Electoris Legatus ejus Baro à Putliz interfuit. An autem huic conventui Rex Bohemiæ interesse soleat ? dubitatur: idque Aurea Bulla confirmare videtur, quæ indistinctè principibus Electoribus tàm Ecclesiasticis quàm secularibus convenire permittit *dict. tit. 12.* Et quare Bohemus hoc jure non gaudere debeat, cum tamen sit Elector, & æque votum habeat in electione Regis Romanorum, ac cæteri Electores *tit. 8. t. 4. §. 3. tit. 7. §. 2. A. B.* Unde Rudolph. I. Imperator in quâdam constitutione. Hæc vero jura pincernatus & Electoratus, ait nedum dicto Regi, & suis heredibus didicimus competere, sed & suis progenitoribus, abavis, atavis & avis plenissimè, purè competebant, apud *Goldast. const. Imper. tom. 2. Anno 1290.* Et in electione Friderici II. Imp. primas partes tenuisse Regem Bohemiæ ex constitutione de privilegiis Regis Bohemiæ ab ipso promulgata apparet, apud *Goldast.* **in Reichshandlung** *de Anno* 1212. Hinc cum tempore Maximiliani I. electionis præteritus

15.

ritus fuisset Bohemus, non saltem pœnam Aureæ Bullæ in, quam principes inciderant, sed & arma se illaturum minatus est. *Hartm. Maur. in coronat. Caroli V. Imp.* Abeat ergo speculum Saxonicum *lib. 3. art. 57.* Bohemiæ Regem pincernæ **16.** quidem munere fungi, verùm non eligere, quia non sit teutonicus, hanc enim rationem non usque adeò liquidam meritò rejicit *Freher. in notis ad Pet. de Andlo. c. 2. lib. 2.* Bohemiam siquidem Germaniæ portionem facit *Æneas Sylvius in germ. c. 18.* Cujus sententia supra relata. Abeant etiam qui scribunt, Regem Bohemiæ non nisi pari numero dissentientibus reliquis Electoribus suo voto intervenire. *Petr. de Andlo. lib. 2. de Rom. Imp. c. 2. & canonistæ.* Et *Dubravius* Additus tamen sex illis principibus, postea Rex Bohemus fuit, *ait,* Elector septimus ad tollendam discordiam, quæ inter pares numero, pari suffragio concurrente nonnunquam intercedebat, *lib. 6. histor. Bohem.* Hunc enim errorem taxat *Thuanus lib 2. histor.* Nec minus plerisq; suspectum est, *inquit,* quod vulgo itidem jactatur, Regis Bohemiæ partes esse, ut paribus suffragiis interveniat, cum tertium ei in dicenda sententia locum nominatim Caroli IV. Bulla attribuat. Nempe in *tit. 4. §. 3. A. B.* in verbis: **zum dritten von einem König zu Böheimb/ als welcher unter den weltlichen Churfürsten / von Königlicher Würde wegen / recht unnd billich den vorzug behelt/** Si ergo ex bullâ aureâ votum tertium & inter Electores Seculares primum habet, utique dici nequit quod paribus existentibus suffragiis saltem interveniat, quia sic non tertium sed ultimum obtineret suffragium. Hocque jus eligendi constitutione Ruperti Comitis Palatini Vicarii confirmatum est, quod nempe Reges Bohemiæ ab Atavis, proavis & progenitoribus suis ab eo tempore, cujus memoria apud homines non existit habuerint continuo, habeant, & habere debeant jus & vocem plene & omnimodo ad instar aliorum principum Coelectorum: apud *Goldast. tom. 2. constit. Imper fol. 91.* Rex ergo Bohemiæ si Elector, quare huic conventui Electorali non interesse deberet, maxime cum huic tanquam principi coronato & uncto in quâlibet Curia

primus assignetur locus, *tit. 4. A. B.* Verum ut ut etiam Bohemus tempore Caroli IV. congregationi Electorum collegiali interfuerit, ipsi quoque in Aurea Bulla hoc permissum, ab eo tamen jure hodie per observantiam recessum, testatur nupera congregatio Electoralis Noribergica, propterea tamen è numero Electorum non erit removendus, quanquam enim Rex Bohemiæ, *inquit Hartm. Maur.* perrarò adsit Conventibus & tractatibus Electorum: Nec fœdera pro manutenenda communi dignitate cum iisdem proximis seculis percusserit, non operas Imperio, voluntariasque collationes præstet, neque gratuita onera ferat, non denique in circulis illis, in quos Imperium digestum atque partitum, comprehendatur: tamen Elector Imperii est & tertium in Consilio Electorum tempore electionis Regis suffragium habet, *de Coronat. Caroli V. rubr. quo apparatu apud Goldast. in polit. Imper. part. 3.* juxta quæ *c. 4. A. B.* explicandum quod nempè Bohemus primum habeat locum in curia, id est Comitiis Imperialibus non verò conventu solo Electorum. Sic enim verba principii habent: Wir setzen ferner vnd wollen/wann nun ins künfftig ein Käyserlicher Hoff/ wie zuvor gehalten wird? Non ergo Bohemus indistinctè comitia visitat, nec hodiè alia, quàm ea in quibus de electione Regis Romanorum agitur, Elector tamen nihilominus est, sed ad Electionis actum saltem deputatus.

17.

18.

Cap. VI.

Cap. VI.

DE ARTICULIS QUI FOEDERA RESPICIUNT.

Summ.

1. *Fœdera cum aliis sunt contrahenda.*
2. *Imperator absque consensu Electorum fœdera inire nequit.*
3. *Ob quas causas fœdera cum aliis facienda.*
4. *Cum quibus & an cum Hispaniarum Rege fœdera pangenda? 5. 6.*
7. *Quæ fœdera in Imperio prohibita 8. 9.*
10. *Quænam confœderationes licitæ 12. 14. 15. 19.*
11. *Fraternitas & Unio Electoralis.*
13. *Status Imperii an rectè contrahant fœdera cum exteris nationibus.*
16. *Confraternitas inter domum Saxonicam & Haßiacam.*
17. *Fœdus Smalcaldicum justum. 18.*
20. *Fœdus Belgicorum statuum.*

21. *Quid*

21. *Quid de Unione Evangelicorum habendum.*

22. *Fœdus Civitatum Anſeaticarum* 23.

LAudat Thomas Morus Utopiæ gentes (id eſt, prudentiores) quod fœdera cum nulla gente contrahant, cùm Naturæ conſortium fœderis vice habendum, & homines melius benevolentiâ quàm pactis, animo, quàm verbis conjungantur, nec is, qui naturam negligit, verba curet *lib. 2. Utopiæ.*

1. Sed hæc Principes non fallant, tàm forte ſiquidem non eſt vinculum fœderis naturalis, quo homo homini tenetur, ejus enim vigore nemo tenetur, alterum propriæ cum vitæ & ſalutis periculo defendere, quod tamen fit promtè à confœderatis intuitu auxilii quod in ſimili caſu exſpectant. Sunt ergò fœdera quaſi Arietes, quibus pravæ actiones, & conatus nefarii adverſatiorum improborum deſtruuntur ac in nihilum rediguntur: Quibus ſicut diſcordiâ diſſolvuntur Regna, eadem principes conſervare poſſunt, ad quos cum Reipublicæ cura ſpectet illis etiam jus fœderum competit, ſoli enim qui majeſtatem habent, fœdera rectè contrahunt, *Waremund. ab Erenb. lib. 1 de fœderib. c. 2. Bornitius de majeſt.* Ideò ſapienter Helvetii non aliter fœdus cum Tramulio inire voluerunt, quàm acceptis qui capite punirentur, niſi Princeps rem ratam haberet. Et laudabiliter Angli belli gerendi causâ profecturi ad exteros, Regi ſuo ſanctè promittunt, & conceptiſſimis verbis, ſe nullas conditiones pacis cum hoſte firmaturos citra Regis ac procerum voluntatem *Arnold. Clapmar. de Arcan. Rerumpubl. lib. 1. cap. 20.* Hinc fœdera ſancire jus majeſtatis habetur. *Bornit. dict. loco. Chriſtoph. Beſold. Polit. lib. 1. cap. 5* Quod tamen Imperator noſter ſolus exercere non poteſt. Unde in capitulatione quod cum conſenſu Electorum in rebus Imperium concernentibus fœdera inire velit,

velit, promittere tenetur quando jurat. Nos quoque ipsi nulla fœdera nullamve Ligam, cum exteris nationibus, vel etiam in ipso Imperio in rebus Imperium concernentibus, tractabimus, faciemus aut inibimus, nisi prius consultis atque ob id in loco commodo tempestive convocatis Principibus Electoribus, & obtentâ vel omnium pariter, vel saltem majoris eorum partis voluntate & consensu. Wir sollen vnnd wollen darzu für vns selbst als erwehlter Römischer König / in des Reichshändeln / auch kein Bündniß oder einigung mit frembden Nationen / noch sonst im Reich machen / wir haben denn zuvor die sechs Churfürsten deshalben an gelegene Mahlstatt zu ziemlicher Zeit erfordert / vnnd jhren willen sämbtlich / oder des mehrentheils aus jhnen in solchen erlanget. *Sleidan. lib. 1. comm. Goldast. in polit. Imper. & in* Reichshandlungen. Idque non saltem propterea, quod hoc modo Imperator Principes majori benevolentia & fidelitate sibi devinciat, cum nullum firmius sit præsidium ipsorum benevolentiâ, & ut omnis tollatur suspicio, ne fortassis ipsorum consensu excluso pacta ac fœdera in ipsorum præjudicium ineantur, *Schrad. de feud. part. 10. sect. 7. n. 30.* sed & quod multum intersit Imperii, cum quibus & quomodo fœdera contrahantur, cujus rei consideratio in collegio Electorum suscipiatur, necesse est! Diligenter namque causæ quibus ad fœdera ineunda ducamur, sunt considerandæ, nec satis est causam esse justam & honestam, si non quoque sit necessaria, *Sueton. in Augusto cap. 21.* justissima ergo & maximè necessaria est causa si vis illata repellatur. *l. 3. ff. de just. & jur.* sive illa concernat corpus, sive bona, sive honorem, sive etiam propinquos *Schrad. de feud. p. 9. c. 4. n. 61.* & tales causas refert plurimas *Alber. Gent. de jure belli lib. 1. c. 7. 8. 9. 10. &c.* Neque etiam cum omnibus fœdera facienda, non sane cum iis, qui nec nos tueri, nec à nobis defendi possunt, *Besold. in polit. lib. 2. cap. 6.* & cum populo libero fœdera inita magis firma esse, quàm cum principibus quæ ineuntur, autumat *Machiavell. 1. com. 59.* Et periculosa putat

3.

4.

esse fœdera eorum, qui in diversâ politiæ formâ vivunt, *Jun. polit. quæst. 79.* ut & generaliter contracta cum iis, qui diversi sunt humoris. Unde non immeritò disputant politici, an cum Hispaniarum Rege fœdus contrahendum, quam disputationem non tàm facilem ac expeditam esse, ut primo intuitu appareat, inquit *Waremundus ab Erenb. de fœderib. lib. 1. cap. 2. numer. 140.* cum ratione linguæ, morum & ingenii naturaliter videantur diffidere Hispani ac Germani, illi enim præter alia in tantum superbi, multaque sibi imaginantur ut ex opinione tantùm vivere videantur, fingendo nunquam facta, nunquam futura, quod fatentur Portugalli, dictitantes, se niti potius eo quod se esse putant, quàm eo quod revera sunt, *Georg Frider. Limp. Bavo. apud Frid. Achill. in orat. contra Hispan. pag. 321.* Et superbiæ Hispanicæ vel solus Antonius Læva miles testis esse posset, qui ut caput etiam coram Imperatore tegeret, dixit, capiti suo malè esse, *Thuan lib. 1. hist.* & Martinus Juanius Alcantaranæ militiæ in Hispaniâ Magister, qui quo fastum suum post mortem etiam extenderet, sepulchro suo hæc verba incidi curavit. Hic jacet Martinus Juanius, in omni periculo experti timoris animo quod Carolus V. facetè excepit, credo, inquiens Equitem hunc nunquam Candelam ardentem digito attigisse, *Casp. Ens. in thes. polit.* Insitumq; præterea ac innatum ordinum inter Germanos ac Hispanos bello germanico & belgico mirificè fuit confirmatum. Præterea quis nescit, Regem Hispaniarum instigantibus Jesuitis & autore Pontifice meditari Monarchiam, & constituisse Concilio Tridentino invecto Religionem in Augustanis Comitiis & insuper multis insequentibus annis & constitutionibus approbatam cum gente germanicâ delere, imperiique majestatem sibi applicare & nobilissimam aquilam incaveare, *Johan. Gars. in orat. de Pontif. coronat.* & quorsum Conatus iste bellicus Hispanorum in belgio? Nimirum ut jugo imposito terræ belgicæ, libertate penitus erepta in suæ dominationis potestatem redigant universa, unde progredientes corroboratis deinde viribus vicina regna & finitimas terras, germanicam

nicam potissimum nationem, facilius & majore apparatus, fortuna oppugnare, potentiam omnium debilitare & religionis sanctitate eversâ ipsam, denique Imperii majestatem sibi applicare, ac domini ac Monarchæ Christiani nominis evadere possint. *Christoph. Carlewiz. & Joach. Camer. in consil. pro Republ. contr. Hisp. Tyrannid.* Hæcque omnia autore Pontifice & ipsius asseclis pro defensione suæ auctoritatis & dignitatis, cujus interitum quasi præ oculis vident, si non inveniant aliquos quorum auxilio fulciantur, nullos autem aliôs magis idoneos esse judicant quàm Hispanos, quos elatos animis, concupiscentes ardua, & superstitionibus mirificè devinctos sciunt atque norunt. *Auct. quæstion. An pontif. magis quàm Hispan. Regis ad Monarch. univers. propos. extimesc. sit. Euseb. Philadelphus in querelá libert. German.* Quis ergò fœdus cum iis initum probaret? Maximè cum legibus Imperii prohibitum, cum extraneo Principe fœdera pacis contrahere. Qua de causâ *Waremundus ab Erenberg.* utiliter cum Hispano fœdus contrahi, non tanquam cum Hispano sed Duce Burgundiæ, existimat. *dict. lib. 1. c. 2. num. 143.* Sed non video, quare non etiam cum Rege Hispaniarum tanquam Hispano fœdus iniri queat, cum non simpliciter leges Imperii fœdus cum exteris improbent, sed ut consilio & consensu Electorum fiat, velint, ut constat ex ipsis verbis capitulationis, tantum itaque abest, ut Leges ejusmodi fœdera prohibeant, ut etiam necessitate & utilitate Imperii suadente, ea contrahi jubeant. Quamvis enim non negem, tàm facilè cum exteris & iis qui non in proximo habitant, fœdera non facienda, eò quod nunquam stabile ac diuturnum, quod à remotissimis & invitis promittitur animis, cum tamen confœderati ejusmodi semper sint eligendi, iisque adhærendum, qui plurimum nobis in Bello prodesse, vel inimicis nocere possunt *Liv. lib. 8. 1.* & aliâs etiam potius cum potentibus qui divitiis & opibus abundant, fœdera ineunda: Rex autem Hispaniarum sit potentissimus, cujus uxor fortuna, quæ pro dote attulit in mariti domum potentiæ perpetuitatem; quæ facit ut maritus totum terrarum

orbem facilè movere & hinc inde propellere possit, *juxta Georg. Baron. Stubenb. apud Frid. Achill. in orat. pro hispan. pag. 357.* Quis negabit fœdera cum ipso ut potentissimo Rege terrarum contrahenda, maximè si non extendantur extra Regiones Imperii, sed respectu saltem earum quæ in Imperio non verò in aliis partibus mundi sitæ sunt, cum Hispano fiant, & certis limitibus ac conditionibus circumscribantur, quibus suspiciones etiam, quarum supra mentio facta, quod nempe Hispanus Monarchiam universalem meditetur, removeantur, & qui scit, an homines isti suspiciosi verè aut falsò ita opinentur, ut ut etiam hæc opinio apud peritos pariter & imperitos vehementer crescat, *Dresser. in orat. de pontif. insidiis per german.* Attamen quò minus hoc tempore Hispanus inter confœderatos Imperii recipiatur, obstare videtur bellum belgicum, cui se Principes Imperii implicare noluerunt, neutralitati studentes, cum inter hispanum & Ordines agatur ut salva ac illibata sint privilegia data, ut Religionis quoque exercitium illis relinquatur, *Vid. Carlewiz. & Camer. in dict. consil. contr. Hispan. Tyrann.* Adeòque quid impedimento hoc obstante faciendum, cogitent, quibus summa Imperii commissa, & qui rerum Imperii notitiam habent exactiorem.

6\. Præterea, quoniam cum infidelibus plerunque fœdera sunt periculosa, ut apud quos rarò fides invenitur, *Richt. axiom. polit. 157. Alb. Gentil. lib 3. de bello. c. 19.* propterea eadem maximè sunt fugienda *Marq. Freher. ad Petr. de Andlo fol. 153.* nec aliter ineunda, nisi cum summa ingruit hostium crudelitas, quamvis semel inita non facilè rumpi debeant, secus ac pontificius quondam Legatus suasit & effecit, ut Rex Ungarorum Uladislaus fœdera cum Turcarum Rege inita violaret, & Varniensem attraxit cladem, *Bonfin. in histor. Ungar.* Adeòque cum Turcarum Imperatore fœdera non contrahenda, quamvis hoc maximè neglexit Franciscus I. Gallorum Rex, quem hodie confœderatos Status belgii sequi videmus, suadent econtra politici, nec sine ratione, cum Gallo, Dano, Suecô, Pontifice, Polono & aliis contra

Turcam fœdus contrahendum, quod consilium ut prudentissimum olim Leoni X. latum legimus, ut nempe omnes Christiani Principes, vel compositis vel sepositis controversiis omnibus manus jungerét pro nominis Christiani professione & defensione salutis communis, *Warem. ad Erenb. lib. 1. de fœder. c. 2. n. 148.* Nec hâc in re operam suam denegabunt Veneti, qui non minus Turcarum Imperatori ac Regi Hispaniarum, omnibus modis, oculisque semper apertis resistunt, ipsique ut tuti vivant & in pace certam pensionem solvunt. Unde *auct. della relatione di tutte le cose più essentiali della Republica di Venetia.* Onde pare, *inquit,* che questa Republica riconosca quasi per prencipe fatale alla sua rovina, ò alla sua declinatione quella gran bestia. *Et postea:* La Republica di Venetia ha Villaggi alcuni del Turco, onde si per questi, come per l'isola di candia, per il traffico di Levante, & dell'isola del Zante, & per star in pace co'l Turco li paga ogn'anno di tributo Cechini 16000. Multum quoque interest Reipublicæ, fœdera contracta an sint temporaria an verò perpetua, quæ fœdera Salis appellantur, eò quod nihil eorum, quæ ex elementis concreta sunt sale sit incorruptius *Bodin. lib. 4. de Republ. c. f.* ubi dicit, Diabolum, ut qui rerum corruptionem procurat, à sale ut signo immortalitatis abhorrere. Ejusmodi fœdus perpetuum ictum inter Regnum Bohemiæ & domum Saxonicam *Waremund. ab Erenb. lib. 2. c. f. num 46.* Hisce fœderibus perpetuis nihil pernitiosius esse statuit *Bodin. lib. 5. c. 6.* adeòque potius fœdera ad certum & definitum tempus contrahenda, cum & hœc temporaria fœdera semper renovari queant, maximè si inita sint cum pacto de renovando si placuerit, *Bod. lib. 6. c. 4. Wartm. 1. d. c f.* Hæc omnia ut benè observentur, nihil certi in contrahendis fœderibus Imperator absque consensu Electorum concludere potest. Ut autem jus fœderum rectè contrahendorum, principi qui majestatem habet, competit, ita è contra omnes confæderationes & conspirationes illicitæ subditorum damnantur & improbantur, unde in capitulatione quoque Imperator in hæc verba jurat: Cunctas etiam

7.

incompetentes ac odiosas confœderationes, colligationes & coitiones subditorum, Nobilium & Plebejorum, insuper motus, seditiones & vim injustam in Electores, Principes & cæteros status jam institutas aut inposterum instituendas, tollemus, prohibebimus, & de consilio ac auxilio ipsorum Electorum, Principum, & cæterorum statuum, eas competentibus legitimisque modis compescemus, & ne in futurum fiant, providebimus. *Goldast in polit. Imper. part. 12. & aliis in locis.* Et has confœderationes illicitas, reprobat, & damnat quoque Imp. Carolus IV. in A. B. tit. 15. Vber das so verwerffen / verdammen / vnnd vernichten wir auß rechtem wissen / alle verfluchte / vnd in den Heyligen Gesetzen verworffene zusammen verschwerungen / vnnd versamblungen / oder vnzuläßige zusammen Verbindungen / in vnnd ausserhalb den Städten / oder zwischen den Städten / oder den Personen / oder auch einer Person vnnd Stadt vnter dem Schein einer verwandtschafft / oder auffnehmung zu Bürgern / oder vnter was schein solche conjurationes geschehen möchten? Sunt enim hæ Uniones revera disuniones & dissolutiones totius Imperii? Unde & *Fridericus I. Imp.* Conventicula quoque, ait, & omnes conjurationes in civitatibus & extra etiam occasione parentelæ inter civitatem & civitatem, ac inter personam & personam sive inter Civitatem & personam modis omnibus prohibemus fieri *Radew. lib. 2. cap. 7. de reb. gest. Frider.* deque hisce illicitis confœderationibus accipi potest illud *Auct. disc.* Ob es Heilsam vnnd Nützlich sey / im Heyligen Römischen Reich Uniones vnnd Bündtnissen anzurichten / quando ait: Aller Königreicher vnnd Regimenter eusersstes Verderben vnd Untergang ist / wann die Stände vnd Unterthanen so weit in vneinigkeit oder mißtrawen gerahten / daß sie sich trennen / vnnd gegen einander in Verbündtniß oder vereinigung begeben / Confederationes autem & conventicula illicita, quæ prohibentur, illa censentur cum plures in unum conveniunt animo deliberato ad perpetrandum malum, juxta ea quæ tradit *Carolus IV. Imp. in tit. 15. A. B.*

Ejusmo-

Ejusmodi illicitæ subditorum confœderationes, in dubio præsumuntur, *Marta de jurisdict. part. 2. cap. 23. num. 8. Petr. Ritter. de confrater apud Arum. tom. 1. jur. publici, disc. 22. th. 12. Mascard. de probat concl. 450. numer. 1. Rol. à Valle. cons. 17. numer. 29. & seq vol. 1. Menoch. conserv. 28. numer. 2. Buxtorff. ad tit. 15. A. B. Schrader. de feudis. part. 10. numer. 27.* Illicitæ quoque confæderationes censentur si plures quidem ad bonum finem convenerint, sed Domini consensum non requisierint. Quare si vel inter Cives in Civitatibus, vel paganos, vel duas aut etiam plures Civitates, vel inter Civitatem & alium puta Principem vel Comitem prætextu parentelæ sive protectionis colligatio vel congregatio inita sit, Domini consensus ut interveniat, isque etiam nominatim ut excipiatur, necesse est *per tit. 15. A. B. ibi* **Ohne ihrer Herren denen sie unterthan unnd zu dienst stehen / oder in deren bezirck sie begriffen / erlaubniß oder sie nicht außtrücklichen außgenommen / gemacht / oder ins künfftig zumachen /** Etsi enim per receptionem factam sub protectione nihil detrahatur juri ordinarii & superioris, unde illud: **Schutz unnd Schirm gibt keine Obrigkeit /** *Gail. lib. 2. obs. 54. numer. 1.* Licet etiam Clientes non efficiantur subditi ejus, cujus protectioni se committunt, per ea quæ tradit *Henning Arnis. de majest. cap. 4. & Waremund. ab. Erenb. de fœd. lib. 1 c f. numer. 12. & 13.* injuria tamen quadam per obliquum Dominus afficitur, quasi is non sit ejus potentiæ, ut se suosque subditos tueri queat. Civitatum quoque incolæ per has colligationes audatiores adversus Dominum suum, cum protectoris se niti auxilio sciant, reddi videntur. Domini ergo consensus in confœderationibus hisce minimè excludendus, nisi velimus, ipsum injuria affici. Confæderationes autem illicitas qui faciunt, si personæ sunt singulares, ultra pœnas legis antiquæ, de quibus *in l. 1. & 2. C. de seditios.* notâ infamiæ & pœnâ decem librarum auri puniuntur, Civitates verò, vel universitates incurrunt pœnam centum librarum auri, quarum medietas fisco, altera domino earundem debetur & amissionis libertatũ ac privilegiorũ, Ita enim *Carolus IV.* **Was aber besondere Personen belanget / so hin-**

8.

9.

so hinfüro wieder den inhalt dieser vnserer constitution vnnd vnserer alten Gesetz/ so derwegen gegeben/ verbündniß/ zusammenknüpffungen/ conspirationes dergleichen geübt fürnemen vnnd eingehen wird / der soll vber die straff des Gesetzes/ nemblich vorlust seiner Ehren vnd Verleumbdung auch in die Peen von zehen Marck Goldes / ein Stadt aber vnnd Gemeinde / so gleichsfals wider diß vnser Gesetz handelt / in die Peen von hundert Marck Goldes / vnnd darzu verlust vnnd beraubung ihrer Freyheiten vnnd Privilegien gefallen seyn / vnd die helffte der Geldstraffe dem Käyserlichen fisco / die andere helffte aber dem Herrn des bezircks / wieder dem solch Bündniß vnd versamblung gemacht / zugeeignet werden / *tit. 15. A. B.* Licitæ verò sunt Confœderationes & Ligæ, quas Principes inter se vel alii aut civitates pro tuendâ in suis ditionibus pace ineunt, Statibus siquidem Imperii fœdera publicæ pacis & securitatis causa inire concessum est *in tit. 15. A. B ibi* doch außgenommen die Verbündniß vnnd Liegen / so die Fürsten vnd Städte wie auch andere wegen des gemeinen Landfriedens vnter sich gemacht vnnd auffgerichtet haben. ; Dann wir dieselbe vnserer erklärung insonderheit vorbehalten / vnnd wöllen / daß dieselbe in ihren krefften / bis wir derwegen andere verordnungen thun vnnd anstellen werden vorbleiben sollen. *Recess. Imper. Wormat. Anno 1495.* §. auch sollen wir. *Münster. cent. 6. observat. 2. Buxdorff. ad tit. 15. A. B ubi & Arum. disc 6. Warem. ab Erenb. de fœder. lib. 2. c. 2. numer. 13. Christoph. Besold. in Polit. lib. 2. cap. 6.* Ideoque Electorum confœderatio & fraternitas, quæ inita Francofurti Anno 1446. & confirmata Gilhausæ Anno 1502. & postea Anno 1521. ab Alberto Moguntino, Richardo Trevirensi, Hermanno Coloniensi, Ludovico palatino, Friderico Saxone & Joachimo Marchione renovata est, non solum licita & permissa judicata sed & Imperio maximè commoda & necessaria visa fuit, ut quæ spectat ad conservandam unionem in Imperio & abolendã omnem discordiã, ut apparet ex verbis initialibus dictæ renovationis, q̃ extat apud *Goldast.* von

Teutschen

10.

11.

Teutschen Reichshändeln *part. 8. pag. 217. §. 1.* ibi: Als wir berichtet vnd zu Hertzen genommen haben / wie vnsere Churfürstliche Versamlung zu Nutz vnd Nothdurfft des Heiligen Römischen Reichs Anfangs löblich geordnet/vnd herkommen/ auch wie sich der vnd anderer beweglichen Vrsachen halben vñ sonderlich zu Handhabung der Churfürstlichen Ehren vnnd Würde etwan vnsere Vorfahren vnnd Voreltern Churfürsten löblicher Gedechtniß / als die förderisten Glieder des Heiligen Reichs/ denen Ehre / Nutz vnd Einigkeit des Heiligen Reichs zutrachten/ vnd Trennung vnd Schaden desselben zuverhüten gebühret/ in freundliche vnd brüderliche Einigung vnd Verschreibung gegen vnd mit einander begeben haben/ etc. Et postea: So haben wir als billich/den Fußstapffen/ Vorfahren vnd Voreltern / als Nachkommen vnd Erben derselben / nachgefolget / vnd GOtt dem Allmechtigen zu Lob dem Heiligen Christlichen Glauben der Römischen Keyserlichen Majestet/dem heiligen Römischen Reich/ vnd sonderlich Teutsche Nation zu frieden / Ehre / Nutz vnd Frommen vnd auch zusammen in freundlich brüderlich Einung vnd Verständniß gethan etc. Et notandum in hâc unione Electores sese invicem obligare quod membra Capitulationis S. Majestati Cæsareæ proposite nullo modo mutare velint, quę res vel sola conservationem legis fundamentalis Imperii respicit *in §. 11. ibi:* Auch sollen vnd wollen wir die Artickel / so wir jüngst zu Franckfurt in der Wahl Römischer Keyserlichen Majestet / vnsers allergnedigsten Herrn / eintrechtiglich aus guten getrewen Rathe vnnd Bedencken begriffen / vnd jhrer Majestet Commissarien in Krafft jhrer voller Macht angenommen/ bewilliget / auch vnter Keyserlichen Majestet Nahmen vnd Insigel verbriefft/ versiegelt vnd geschworen/ die auch folgend durch Keyserliche Majestat zu Aach / vor jhrer Majest. Königlichen Krönung persönlich mit leiblichen Eyde/ geschworen / &c. in aller jhrer Inhaltung bey Krafft vnd Macht vnverhindert behalten/ vnd vnser keiner an den andern in keinem Wege darwieder nichts bewilligen noch begeben ohne Gefehrde. Imperatoris quoq; persona in hac fraternitate excepta est *in §.* doch

11. nennen wir. 18. Quod autem de Civitatibus dicit *Carolus IV. dict. tit. 15.* eas quoque confœderationes inire posse, id non accipiendum de Municipalibus, ut quæ sunt locò privatorum, ergò inscio vel invito Domino confœderationes inire non possunt, sed de civitatibus liberis Imperialibus, Von Frey- vnd Reichsstädten/ quæ nullum superiorem præter Cæsarem & Imperium recognoscunt. Conditionatæ verò civitates, quæ certis conditionibus Electores vel Principes agnoscunt, si quoad Regalia subjectæ sint, aut si specialiter jus confœderationis inscio vel invito Principe ipsis sit inhibitum sub hac constitutione non comprehenduntur, proinde confœderationes contrahere ipsis non concessum. Sed an etiam cum exteris nationibus fœdera status Imperii inire po-

13. terunt? quod Aurea Bulla permittere videtur, ut quæ generaliter & indistinctè loquitur, attamen cum Maximilianus I. Imp. societatem cum exteris Nationibus contrahere inhibuerit, *Jul. Pflug. in Orat. de Republ. germ. curanda*, textus A. B. secundum hanc constitutionem Maximilianeam exaudiendus, verùm, tantum abest ut hæc sanctio Maximiliani fuerit observata, ut etiam Principes germaniæ cum Regibus Galliæ quadraginta septem fœdera contraxisse perhibeantur, *Bodin. lib. 1. de Republ. c. 9.* Imò non contrarium hoc esse sanctioni Maximiliani, putat *Warem. ab Erenb. de fœder. libr. 1. c. fin. n. 238.* si fœdera sint fundata in pace publicâ conservanda & promovenda, & si Imper. persona excipiatur, quæ in omnibus fœderibus statuum Imperii necessariò excipienda,

14. quod & innuit text. in art. 1. Landrecht lib. 2. Wo Fürsten vnd Herren mit Eyden zusammen schweren / sie scheiden dann den Keyser vnd das Reich aus/ so haben sie wider das Reich gemißhandelt. Hinc & juramento quod Principes solent præstare feudum & Regalia petentes cautum: Daß die Fürsten nimmermehr wissentlich in dem Rath seyn sollen noch wollen/ da nicht was wider Keys. Majest. Person/ Ehr/ Würden vnd Stande gehandelt oder fürgenommen wirdt. *Warem. ab Erenb. dict. cap. fin. num. 236.* Hic ergò si excipiatur, fœdus quod pro tuendâ pace contrahitur, legitimum est. Unde etiam pro-

vali-

valido & licito habitum fuit fœdus illud Suevicum pro conservandâ pace publicâ contra Rusticos seditiosos initum. *Waremund. ab Erenb. de fœder. lib. 7. c. 2. nu. 39. Petrus Ritter apud Arum. tom. 1. jur. publ. disc. 22. de confraternitatibus. Christoph. Besold. Polit. libr. 2. cap. 6.* Pro licito quoque judicatum fuit in judicio Cam. Imp. Anno 1553. fœdus inter Episcopos Würtzburgensem, & Bambergensem ac civitatem Norinb. adversus Marchionem Albertum initum, cum illud non solùm legibus permittentibus ad sui suorumque defensionem inierint, sed id quoque fecerint hortatu ac jussu Imp. Caroli V. qui mandârat statibus Circuli francici, ut fœdus inter se sancirent, de obviando omnibus, qui in posterum ipsos invadere violenter conarentur, tametsi prædictus Marchio hoc ipsum fœdus tanquam illicitam conspirationem contra se factam in Camerâ graviter impugnasset, *Mynsing. cent. 6. obs. 2. n. 10.* Tales quoque sunt confœderationes Saxoniæ, Brandenburgensium & Hassiæ Principum, quia pro pace tuendâ initæ sunt, ut apparet ex renovatione confœderationis. Anno 1587. Naumburgi factâ, ibi: Wir von Gottes Gnaden / bekennen mit diesem Brieff / als weiland die Hochgebornen Fürsten / etc. vor langen Jahren eine freundliche vnd brüderliche Erbeinigung / vnd Verständnüß / wie vnd welcher gestalt / sie vnd ihre Erben vnd Nachkommen ewiglich bey einander in freundlicher Einigkeit / guetem Friede / vnd ewiger Ruhe sitzen vnd leben / auch in desselben Widerwertigkeit vnd Nöhten / einander Hülffe / Rath vnd Beystandt thun solten vnnd möchten / gemachet / verbrieffet / versiegelt / gelobet vnnd geschworen haben / etc. Excepta quoque fuit persona Imperatoris in hâc confœderationis renovatione, doch nehmen wir in dieser Erbeinigung aus die Römische Keyserl. Majestet / vnserer aller gnedigsten Herrn / seine Keyserliche Person vnd Würde / etc. Nullum itaque dubium, hanc confœderationem validam esse. Sed quid de confraternitate Erbverbrüderung mutuam confratrum successionem continente, dicendum, quæ inter Saxoniæ saltem & Hassiæ Principes Anno 1262. inita secundum *Fabric. libr. 6. Orig.*

15. 16.

Orig. Saxon. Anno 1371. 1431. & denique 1587. Naumburgi renovata est: Also were es das Gott verhüte / daß unsere einige vorgenanden Parten / oder unsere Leibes Lehns Erben vorstürben / und ohne rechte Leibs Lehens Erben von Todeswegen abgiengen / daß also derselben abgegangenen Fürstenthumb / Graff / und Herrschafften etc. Lehen / Pfantschafften / Schulden / Gelder etc. auch aller andern fahrenden Hab nichts ausgeschlossen beweglich und unbeweglich / die wir jetzo haben / oder wir und unsere Leibs Lehens Erben noch gewinnen mögen / in allermassen das vorgeschrieben stehet / auff eine andere Partheyl und ihre Leibs lehens Erben / gentzlich zumal zuerbeigen gefallen / und erblichen bey ihnen und ihren Erben / als ihren rechten Erb-Herrn bleiben sollen / etc. Quod enim *Warem. ab Erenb. libr. 1. c. 2. n. 38. de fœder.* scribit. Anno 1587. Brandenburgenses ad fœdus der Erbverbrüderung accessisse, ejus rei vestigium nullum extat in formulâ confraternitatis Naumburgi renovatæ dicto. Anno 1587, Sed Saxoniæ Hassiæque Principes saltem exprimuntur. An & hæc confraternitas valida? Quod omninò dicendum, quia ipsi de quorum successione agitur, consentiunt omnes, cur ergò non valeret? *l. f. C. de pact. Gail. lib. 2. obs. 127. n. 1.* Neque *l. fin. C. de pact.* de illustrium personarum, sed privatorum pactis loqui videtur, daher die Chur- unnd Fürsten des Reichs / quæ personæ publicæ sunt, derselben Gesetz keines Weges unterworffen / uti respondit domus Saxonica in der Apologia und Rettung der zwo Schrifften / so 1609. von des Chur- und Fürstlichen Hauß Sachsen an den verledigten Gülischen Herrschafften rechten außgangen / *fol. 8.* facta quoque reservatio certæ summæ, de quâ testari possunt nempè ut ultimus ex alterâ harum familiarum decedens usque ad summam 3000. aureorum in bonis tantùm mobilibus, cuicunque voluerit, testetur, ibi: Doch soll dasselbe Testament uber 30000. fl. nicht seyn / auch nicht mit einem Schloß / Städten oder Dörffern / sondern aus fahrender Haab gemacht und gesetzt seyn. Adeoque nec facultas testandi hâc pactione impeditur. Maximè verò hæc confraternitas seu mutua successio valida est, quia ab Imperatore confirmata,

firmata, & iterum Anno 1614. Naumburgi renovata est. At quid de fœdere Smalcaldico habendum, quod inter plerosque protestantes Imperii Ordines Anno 1530. pro defensione religionis ac veræ doctrinæ ictum est Smalcaldiæ? Probumnè an improbum hoc fuerit. *Bodin.* sanè inter perniciosas improborum Civium adversus patriam nulla justa de ea usa arma capientium, conjurationes, illud retulisse videtur, hocque *Auct. Autonomia* appellat. Einen Schmalkaldischen/Frantzösischen vnd Pestilentzischen Bundt. multis etiam conviciis fœdus illud ignominiosè confodiunt, *Ant. Quetta, Ludovicus de Avila, & Natalis Comes.* Certi enim & indubitati juris est, inquiunt, omni in fœdere, quod licitum videri debet, excipiendum esse Cæsarem: Hunc autem non exceperunt, qui cum eo tandem, collatis pro tenore fœderis viribus, pro religione bellum apertum gesserunt. Unde etiam Theologi hoc fœdus dissuaserunt, ut constat ex Literis Lutheri ad Electorem Sax. Johannem, *in tom. 6. German. Jenens. Sleidan. comm. lib. 8. Bodin. 2. de Republ. 5. Luther.* in einer Schrifft an Hertzog Friedrich Churfürsten zu Sachsen vnterm Dato Bornæ am Aschermittwoch/ *Ann. 1522. tom. 2. Jenens. Luth.* im Buch von Weltlicher Obrigkeit/ wie weit man jhr gehorsam schuldig sey/ *impress. Anno 1523. tom. 2. Luther. in Epistolâ ad Wenceslaum Linckum sub dato 1530. apud Cœlestinum histor. August. Confession. tom. 4. Johann. Brentz. ad Georg. Marggravium Brandeburgensem sub dato,* Schwäbisch Hall/ Sambstadt nach Catharinæ *Anno 29.* quæ scripta extant apud *Frideric. Hortl.* Von Teutschen Kriege.

17.

Verùm dicamus potius, probum fuisse fœdus Smalcaldicum, licitum & honestum, imò pium ac Christianum. Licita enim maximè sunt fœdera quæ defensionis & conservandæ pacis publicæ gratiâ copulantur, *Julius* Pflug *in orat. de Republ. german. curanda.* Ut & supra probatum, fœdus autem Smalcaldicum ictum esse non turbandæ, sed muniendæ Pacis publicæ gratiâ, fœderis hujus causæ satis evincunt, Nempè proscriptio Lutheri, eorumque, qui quoquo modo Luthero faverent, operamve ei suam communicarent. Oborta inter utriusque Religionis Ordines gravis offensio, in comitiis Spirensibus

18.

anne tunc Cæsar excipiendus? quod non putabat Elector Saxon. Mauritius cum in Imper. Carolum V. Galliarum Regem Henricum II. sibi sociisque suis fœdere conjungeret, ut patriam libertati, religionem paci redderet ac restitueret, *Sleidan. comm. lib. 24.* Unde hæc distinctio Seculo superiore nata? inter Cæsarem, qua Cæsarem & qua non item. *Sleid. hinc inde.* Unde ista Saxonis ac Landgravii disceptatio: Cæsarisne an alio quo nomine sit affandus Cæsar, in literis belli germanici denunciatoriis, & Saxo non ei tribuendum Cæsaris cognomen putabat, alioqui cum eo belligerari non licere, Landgravius verò contra sentiebat, & habebat uterque sui dicti comprobatores, tandem hæc fuit inventa ratio media, ut illum appellarent, velut eum qui sese pro Cæsare gerat. *Sleidan. lib. 17. com. pag. 533. Friderich. Hortleder. dict. disp. de fœdere Smalcaldico, apud Goldast. part. 31.* Fœdus itaque Smalcaldicum, legitimum, pium ac Christianum fuisse nullum dubium est, maximè quia etiam pro defensione Religionis initum qualia fœdera justa & legitima habenda cum magistratui incumbat, defendere, conservare & vindicare Religionem contra hostes & turbatores, *Deut. cap. 13. Esa. 49. Petr. Gregor. Tholos. lib. 8. de Republ. c. 2.* Ita namque populus Dei unâ manu templum ædificabat, alterâ gladium adversus hostes strictum tenebat, *Nehem. 4.* Sic etiam Ethnici Athenienses subditos juramento obstringebant, ut pro Diis suis & sacris vel soli vel cum aliis pugnarent, *Warem. ab Erenb. de fœder. lib. 1. cap. fin. n. 60.* Et quis defensionem Religionis improbare vellet, cum & defensio pacis politicæ licita, istius autem non minor ratio ac hujus habenda? Unde apparet, etiam istud fœdus quod Nobiles belgici 400. Catholici pariter ac reformati Anno 156[illegible]. contraxerunt, legitimum fuisse, præterquam enim quod in isto majore ex parte liberum exercitium religionis in considerationem veniebat, illud non aliô quam ut tumultui præveniretur respiciebat, prout confœderati Bruxellæ gubernatrici Margaretæ Ducissæ Parmensi conjurationem istam explicabant, *Eman. Meter. de Bello Belg. Ernest. Erem. de Orig. & histor. Belg. tumult. pag. 77.*

19\.

20\.

pag. 79 tantumque abest, hanc confœderationem non fuisse justam ut etiam felicissimum eventum & exitum ea sortita fuerit, ita enim hodiè belgæ isti confœderati liberi & prorsus ab omni Imperio exemti, quodque potentissimus Rex Hispaniarum supplicantibus antea negaverat, militantibus concedere coactus est, *Dav. Chytr. Saxon. lib.25. pag. 695. & seqq.* Clamitent licet Pontificii, fidem à Belgis fractam, easque rebellasse, alii tamen hoc negant cum non nisi cursum Tyrannidis impedire conati sint, nec conscientias Paparum somniis constringi concesserint. Considerent Papiculæ, ab Hispano fidem contra Belgas prius violatam, considerent quoque, Hispanum contra eorundem privilegia: Ne sine consensu ordinum generalium dignitates Ecclesiasticæ mutarentur, nec peregrinus ad munera publica admitteretur, egisse. Et maximè observent istud quod inter cætera privilegia fuit postremum: si quid contra factum fuerit, subditi juramento essent soluti, & superiorib' resistere possent. *Eman. Mett. dict. loco.* Quid autem de confœderatione Evangelicorum, quàm vulgò Uniones vocant, dicendum, quæ sive ex vera sive ex falsâ suspicione nata, quod nempè Catholici operam & studium eo dirigant, ut exequantur Concilium Tridentinum, maximè dum nec hæreticis fides servanda, nec pacificatio Religionis pragmatica sanctio aut Lex perpetua, sed ut vocant, *Interim & Toleramus* usque ad Concilium Tridentinum, & quod Catholici Ligam sanctam appellitant, De hoc fœdere Auct. disc. Ob es nützlich und heilsam im heiligen Römischen Reich Uniones oder Bündnissen auffzurichten/ inter alia ita loquitur: Man hat allbereit eine Universal-Union am Religion Frieden/ zu dessen Observation so wol das Häupt als die Glieder von beyden Religionen thewer verbunden. Et postea: Aus diesem allen erscheinet daß durch die vorstehende Uniones allbereit das Corpus Imperii in fünff Partheyen zertheilet: Nemblichen: In die Catholische Union, Catholische Malecontenten, Evangelische Union, Evangelische Malecontenten, vñ endlichen das Häupt an sich selbsten/ welches bey solcher Zerrittung und Widerwertigkeit der Glieder

21.

sich nothwendig vbel befinden muß. Evangelici tamen confœderati hanc suam pactionem ita defendunt, quod non nisi ad pacem & concordiam inita sit, juxta ea quæ habentur in gemeinen Außschreiben der Vnirten Evangelischen Churfürsten / Fürsten vnd Stände / aus was Vrsachen sie sich in eine engere Correspondens begeben / de Anno 1610. in §. Daß wir. ibi: Daß wir vns demnach im Nahmen des Allmechtigen zu Beförderung seiner Göttlichen Ehren / zu erhalt- vnd fortpflantzung der lieben Justitien / Fried vnd Einigkeit / vnd bereit vor etlichen Jahren einer mehrern / nähern vnd vertrawlichern Verständniß vnd Zusammensetzung mit einander verglichen. Et postea: Sondern dessen versichert seyn / daß es allein aus schuldiger / trewhertziger lieb vnnd Affection gegen dem gemeinen Vaterlande / vnd zu Erhaltung friedlichen Wesens / hergeflossen / vnd wollens / ob Gott wil / mit der That bezeugen / daß sich ob die vnser Correspondens niemand zu beschweren / sondern vielmehr auch andere der einen vnd andern Religion / Vrsach haben sollen / sich in gleiche Verständniß mit vns einzulassen / damit also das bißhero verspürte schädliche Mißtrawen auffgehebt vnnd gute vertrawliche Einigkeit gepflantzet vnd erhalten werden möge. Imperatoris quoque personam in hoc fœdere exceptam, arguunt hæc verba: Vnd zwar gar nicht der Römischen Keyserlichen Majestat / vnsern allergnädigsten Herrn / als deren wir allen vnterthänigsten / gebührenden / vnnd schuldigen Gehorsam zu erzeigen / willig / oder auch einigem Standt des Reichs / so sich dessen Ordnungen gemäß erzeiget / als denen wir sampt vnd sonders / mit allem freundlichem / günstigem / gnädigem / vnd nachbarlichem guten Willen zugethan / vnd sonst keinen Menschen zu wider / zu Nachtheil / oder Beschwerung / etc. Sed de hoc ut & contrario Catholicorum fœdere judicent alii. Specialiter autem in capitulatione promittit Imperator, quod rationem inire velit cum Electoribus, ut Mercatorum confœderationes ac societates onerosæ, Germaniæ valdè perniciosæ, coërceantur, & rem sæpè deliberatam ad exitum perducere velit, *Sleidan. lib. 1. de stat. relig. pag. 29.* ita enim jurat. Monopolia

nopolia quoque & onerosas societates Mercatorum & Negotiatorum, qui hactenus copia pecuniarum dominati sunt, pro arbitrio cuncta egerunt, & per rerum caritatem multa incommoda Imperio, ejusdemque incolis ac subditis intolerabilia damna & gravissima onera intulerunt, & hodiè inferre non cessant, de consilio ac sententia Electorum & Principum, sicut jam & ante hac deliberatum, sed in effectum non fuit perductum, ita nunc abolebimus & interdicemus, *Gold. in Polit. Imper. part. 12.* Nonne ergò fœdus Civitatum Anseaticarum [quæ ita dicuntur vel ab antiquo gothico verbo Ansi, quo Vocabulo Proceres & Heroës denotantur, vel ex eo, quod maximæ & præcipuæ ex iis mari adjacent, Hänser-Städte / quasi Am See Städte/ *Christoph. Besold. Polit. lib. 2. cap. 6.*] de cujus initiis & progressibus. *Vid. Thuan. hist. lib. 53. pag. 838. & seqq. Nicolaus Betsius de pact. fam. illustr. pag. 53. & seqq.* juxta hoc membrum capitulationis illegitimum & tollendum, ut quod speciem Monopolii præ se ferre videtur, ideò enim contractum putatur, ut certis locis merces emant confœderati, ut rursus pretio eo quo volunt, vendant. Accedit, quod scribit *Waremund. ab Eremb.* Si penitius examinaverimus hujus fœderis naturam, vix negare poterimus quin sapiat, quoad nonnullas civitates speciem conjurationis, cum multæ civitates eo comprehendantur, aliorum Imperio subjectæ, *lib. 1. de fæder. c. 2. n. 44.* Unde vel ex solo hoc fœdus improbum erit, quod A. B. confœderationes civitatum aliis subjectarum sive eorum consensu inhibeat, *tit. 15. A. B.* Veruntamen tantum abest, ut hoc fœdus Hanseaticarum Civitatum sit contra Aur. Bullam, ut etiam consensu Caroli IV. Imperatoris sit corroboratum, eo ipso, dum autoritate sua perfecit, ut Civitas Brunovicensis cum fœdere illo exclusa esset, vicissim reciperetur, *Crantz. lib. 9. in Vandal. cap. 7.* Unde auch der vereinigten Teutschen Hanseestädte kurtze nothwendige Verantwortung: Jnmassen zu solchem End / höchstgedachter Keyser Carl der IV. A. 1377. d. Stadt Braunschweig / als die von unserm Collegio excludiret und außgeschlossen gewesen / sich dergestalt angenommen / daß sie endlich mit der

22.

23.

Hanser verglichen / vnd in vorigen Standt restituirt worden. Sic Civitas Coloniensis ex Ansa ejecta intercessione Friderici III. Imperatoris, & ad instantiam Archiepiscopi Coloniensis iterum fuit suscepta, *Auct. dict. resp.* Der vereinigten Teutschen Hanser Städte. Sic & Civitas Bremensis monitione Ferdinandi & Maximiliani II. Imperatoris iterum fuit recepta, *dict. Auct.* Ergò & hoc fœdus ab Friderico III. Ferdinando & Maximiliano II. probatum. Et non semel hoc Collegium Anseaticum ad contributionem requisitum, ut patet ex Recess. Imp. Anno 1542. 1544. 1548. 1576. 1582. quod non factum fuisset, si Ansa illicitæ conspirationis speciem foveret. Neque juxta *Waremund. ab Erenberg.* hoc fœdus propterea improbum judicandum, quod eo comprehendantur civitates alterius Principis Imperio subjectæ, cum adhuc incertum, propter vetustatem receptionis, an tùm plenariè subjectæ fuerint, vel an dominorum consensus non intervenerit, præterea & præscriptione immemoriali sese tueri possunt. *Arum. ad A. B. tit. 15. disc. 6.* Monopolium hanc societatem Ansaticam præ se ferre negat. *Auct.* Der vereinigten Teutschen Hänser Städte kurtzer nothwendiger Verantwortung / quando scribit: Darwider gantz vngereimbt zu vernehmen / daß von vnsern Mißgünstigen fürgeben werden wil / das vnser Verständniß auff die Commercia allein / vnd nicht zugleich mit auff die Necessitatem tuitionis vel Commerciorum, vel ipsarum inprimis Urbium sich erstrecken solle. Et ut hoc quoad quid concederetur, monopolii tamen respectum & consuetudo immemorialis & Cæsarum approbatio excluderet.

Cap. VII.

Cap. VII.

De

ARTICULIS, QVI BONA IMPERII CONCERNUNT.

Summar.

1. *Bona Imperii à Principe alienari non possunt.*
2. *Capitulatio prohibet alienationem bonorum Imperii.*
3. *Imperator bona Imperii sine consensu Electorum infeudare nequit.*
4. *Nec reinfeudare feuda Imperio aperta.*
5. *Cæsar bona Imperii alienata recuperare tenetur.*
6. *An Imperator totius mundi Dominus 7. 8. 9.*
10. *Quæ Provinciæ ab Imperio exemtæ.*
11. *Quid de Donatione Constantini factâ Sylvestro habendum.*
12. *Resp. ad c. Constantinus, dist. 96. 13. 14. 15.*

 16. Resp.

NOn sufficit Principi habere in regno vel Principatu bona plurima, nisi proba administratione eadem conservare sciat, fuerunt enim plures, qui bonis inventis copiosissimis abusi sunt, & multò magis nocuerunt Reipublicæ in illis malè dispensandis, quàm alii in pessimè conquirendis, *Pet. Greg. Tholos. lib. 3. de Rep. cap. 8.*

1. Habeant ergò pro axiomate Principes, Bona ea, quæ supremi Principatus sunt, & jura quæ ejus dignitati adhærent, cedi à Principe non posse, cum is tantum sit Usurarius jurium & Bonorum, quæ Reipublicæ seu Principatus sunt, cumque bona quæ committuntur Principi à Republica, subjecta restitutioni sint, vel propterea alienari non possunt in præjudicium

dicium Successorum in Regno, aut Reipublicæ Administratorum exemplo eorum, quæ à privatis restituenda distrahi ab illis nequeunt, *l. f.* § *sed nostra majestas. Comm. de legatis.* Hoc si observasset Carolus IV. Imperator, non in eas, quæ ante oculos sunt, angustias redactum esset Imperium. Maximam enim hic bona Reipublicæ alienando, jacturam fecit Imperio. Regnum siquidem Arelatense ab Ottone I. adjectū Imperio, prandii unius gratiâ in villâ novâ propè Avinionem Galliæ Regi tradidit: Sedecim liberas Civitates ad Imperium pertinentes vicinis Principibus vendidit, *Crus. libr. 5. Annal. Suevicor. part. 3. cap. 11.* Ut filium suum Wenceslaum sibi Successorem constitueret, cuique Electorum centum millia aureorum promisit, quæ, cum solvendo non esset, cum maximo Imperii detrimento Imperatoribus ad subsidia relicta Principibus ipsis abalienavit, *Egnatius in vita Caroli Dominic. Arumaus ad præfat. A.B. discurs. 1.* Et ut Competitoribus Imperii pacatis, Bonis Imperii, quibus inhiabat, libere potiretur, deque iis ex animi sententiâ negotiari posset, Günthero Comiti Schwartzenburgico ab Electoribus ipsi contrariis electo & Imperatori designato viginti duo millia marcarum argenti ac duo Oppida Imperialia in Thuringia ad tempus Vitæ dedit, *Cuspin. in vita Güntheri. Crantz. lib. 10. cap. 3. in Saxon. Dubrav. lib. 22. histor. Bohem. Frideric. Hortled.* Von Ursachen des Teutschen Krieges. *lib. 3. pag. 612.* Rectius Fridericus III. hic enim cum promisisset, Imperium nullatenus, nec bona Imperii se alienaturum, & modo hoc modo illud ab eo peteretur, maluit avarus negando, quam concedendo perjurus videri, eamque ob causam petenti Borsio Marchioni Estensi Ducatum Mutinæ & Regii tamdiu restetit, donec monstratum est, eundem Ducatum lucri magis quam alienationis speciem habere, præsertim cum Mutina & Regium in sua potestate non essent, *Æneas Sylv. ad Panormit. de dictis Alphonsi lib. 4. cap. 41.* Adeoque ne Caroli IV. vestigiis insistant Imperatores, in capitulatione juramento promittere tenentur, quod bona Imperii alienare aut distrahere non velint, *Sleidanus lib. 1. de stat. Relig.* hac formulâ: Præ- 2.

terea

cetera atque imprimis S. Romano Imperio ejusque pertinentiis nihil absque scientia, voluntate & permissu omnium dictorum Electorum & non singulorum demere, distrahere, obligare, vel oppignorare, aut alio quovis modo alienare, vel gravare debemus, *Goldast. in Polit. Imp. & Reichshandlungen.* Quondam sanè Cæsares provinciarum habebant commercia, unde in vetustissimis multarum urbium privilegiis hæc verba invenienda: Hanc urbem à nobis & Imperio nullatenus separari, alienari, oppignorari permittimus: Hoc oppidum immediatè nobis & Imperio reservare volumus, &c. *Zach. Victor. de causa exempt. Imp. concl. 13.* Idque innuit Seneca in personâ Neronis Cæsaris, quando inquit: Ego ex omnibus mortalibus placui, electusque sum, qui in terris Deorum vice fungerer: Ego vitæ necisque gentibus arbiter; Qualem quisque sortem, statumque habeat in manu meâ positum est. Quid cuique mortalium fortuna datum velit, meo ore pronuntiat. Ex nostro responso lætitiæ causas populi, urbesque concipiunt. Nulla pars usquam, nisi volente, propitioque me floret. Hæc tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit, ad nutum meum stringentur: Quas nationes funditus exscindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos Reges mancipia fieri, quorumque capiti regium circumdari decus oporteat, quæ ruant urbes, quæ oriantur, mea jurisdictio est, *de clementia lib. 5. c. 1. pr.* At hodiè, quia dominium Coronæ dos Regia, *Petr. Gregor. lib. 3. de Republ. c. 2. nu. 10. Anton. Fab. lib. Cod. tit. 22. defin. w. num. 4.* Imperatores hoc membro Capitulationis maximè obstante, bona Imperii distrahere aut alienare non possunt, *Enenckel. 2. de privil. c. 5. n. 67. Alb. Gentil. libr. 3. de jure belli. c. 22. Longovál. ad l. 3. ff. de jurisd. n. 256. Vasq. lib. 1. illustr. quæst. 4.* Adeoque nec eadem sine consensu Electorum infeudare, cum infeudatio sit alienatio. *tit. 3. F. 2. Henr. Bocer. in tract. de invest. feudi. c. 3. n. 66.* Et quamvis F. F. distinguant inter proprietatem & usumfructum, ut in infeudatione hic saltem alienetur, apud Dominum verò maneat proprietas, *tit. 23. F. 2. Schrader. de feud. part. 4. c. 1. num. 7. & seq. Vult.*

3.

Vult. de feud. lib. 1. cap. 5. n. 15. Schneidevvin de feud part. 1. n. 32. tamen ut ne quidem Usumfructum Imperatorem alienare posse apparet ex eo, quod promittit, se nihil planè (ubi etiam ususfructus comprehenditur) demere, distrahere aut alio quovis modo alienare velle, ut constat ex supra dictis. An 4. autem Imperator feuda Imperio aperta sine consensu Electorum re infeudare possit? disceptatur: Quondam hoc Imperatori licuisse probat exemplum Rudolphi I. Imperatoris, qui Austriam ad Imperium devolutam filio Alberto, qui Archiducum Austriæ primus fuit plantator, concessit, Sic Woldemario Marchione Brandeburgensi defuncto Ludovicus Bavarus Marchiam in filio transtulit, *Peucer. libr. 5. chronicor.* At posteriorum Imperatorum capitulationibus cautum, ne hoc faciat Imperator, sed feuda Imperio aperta in usum Imperii vertat, reservet & incorporet, *Sleidan lib. 1. de stat. Relig.* Optimum enim hoc remedium visum fuit ad labescentes Imperii vires nonnihil restaurandas, vigore cujus etiam Regnum Galliæ ad præsentem potentiam evectum, *Buxdorff. ad A. B cap. 7. th 87.* Et quamvis Bocer. capitulationem non de feudis apertis, sed vacantibus bonis accipiat, *de Regal cap. 2. n. 61. & cap. 4. n. 15.* hanc tamen explicationem ipsa verba Capitulationis respuunt & fortassis Bocerum Sleidanus fefellit, qui de bonis vacantibus loquitur, interim feuda Imperio aperta intelligit, lib 1. pag. 29. ut constat ex formula Capitulationis apud *Goldast.* Was auch von Lehen dem Reich vnnd vns / bey zeit vnserer regierung / eröffnet / vnnd ledig heimfallen wird / so etwas merckliches ertragen / als Fürstenthumb / Graffschafften / Herrschafften / Städte vnnd dergleichen / die sollen vnnd wollen wir ferner niemands leihen / sondern zu vnterhaltung des Reichs / vnser vnnd vnserer Nachkommen / König oder Käyser behalten / einziehen vnnd incorporiren, biß so lange dasselbe Reich wider zu wesen vnnd auffnehmen kompt: Doch vns von wegen vnserer Erbland / vnnd sonst menniglich an seinen Rechten vnnd Freyheiten vnschädlich / *part. 2.* Reichssatzung *fol 184.* Idque formula privationis Wenceslai Imperatoris confirmat, nam

cum Electores Imperatoria dignitate cum privarent, formulæ inseruerunt: Als der dem Herrn zu Meyland zum Fürsten/ vnnd zu Paphey zum Graffen gemacht auff des Reichsstädte/ Schloß vnd Güter/ Hinc etiam Regis Galliarum Legatus apud Imperatorem admonuit Henricum Regem, non esse ferendum illud, quod Carolus V. Imperator Philippum filium extra conventus ac sine Principum Germanorum consensione vel autoritate Anno 1551. Bruxellis Mediolani Ducem designavisset, *Bodin. lib. 2. de Republica cap. 6.* Alia ratio est Electoratuum, qui si aperiantur, feuda ista Imperator non saltem ad alium transferre potest, sed & hoc facere debet, *tit. 7. A. B. ibi:* Da aber derselben Fürstenthümb eines im Reich ledig würde/ alsdann soll vnd mag ein Käyser oder Römischer König/ so der zeit seyn wird / verordnen vnd einsetzen/ als einem Ding/ so jhme vnd dem Reich mit Recht heimgefallen / quam constitutionem capitulatio expresse non tollit, nec consensum Electorum ab hoc requirit, sed de ducatibus saltem & principatibus & aliis feudis agit, & ratio fortassis hæc specialis reddi potest, quod Electoratus feudum Imperio apertum necessariò reinfeudari debeat, ne numerus Electorum septenarius minuatur, cætera verò feuda regalia tum demum, si eorundem reinfeudatio commodum afferat Imperio, quod an futurum, penes Electores est, considerare. Et ita Sigismundus Imperator, extinctâ familiâ Ursorum in Alberto, Electoratum Saxoniæ ad Imperium devolutum Friderico I. Marchioni Misniæ in feudum dedit, ex quo hodierni Electores Saxoniæ descenderunt, Balthasar Mentz/ von Stamb vnd Ankunfft der Churfürsten zu Sachsen vnd Marggraffen zu Meissen. Contrarium

5. autem, quia multi fecerunt, & bona Imperii alienaverunt, Imperatores animos & studia eo dirigere debent, ut alienata recuperare possint, quod & Electoribus in capitulatione promittunt, quando jurant: *Unice summaque ope niti debemus, omnemque diligentiam atque studium impendere, ut divulsas ab eo ditiones, præsertim caducos principatus & dominatus ac alias res ad ipsum spectantes insuper confiscata & non confiscata magni momenti bona, quorum magna pars ab exteris Nationibus injustè usurpatur & detinetur ut primum fieri commodè poterit, recuperemus,*

Impe-

Imperioque rursum conjungamus, eique incorporemus, & in rebus proprietate confirmemus: Qua in re consilio, auxilio & assistentia Sex Virùm Electorum, cæterorumque principum atque statuum semper utemur, & quod pro tempore nobis & illis pariter consultum, possibile & commodum Reipublicæ videtur, maturè exequemur, sine tamen cujusquam privilegiorum, jurium & libertatum præjudicio ac detrimento. Si quid etiam ad Imperium spectans Imperator sine consensu & auxilio statuum acquisiverit, Imperio restituere & reincorporare tenetur, nec solum principatus & ducatus, sed etiam omnia jura & debita servitia, si hereditario jure aut alio casu dominium ad ipsum perveniat, *Goldast. dd. locis.* Nec enim boni principis officium saltem Rempublicam in præsenti statu tueri, sed & corruptum Imperium in pristinum statum reponere: ac propterea ad arma veniendum, ubi justitia locum invenire non potest, & quamvis alias non facilè ad vim armatam prosiliendum, aliud tamen dicendum, ubi justa belli gerendi causa, *ut supra c. 4.* probatum, at nullum bellorum justius videtur, quâm qꝫ pro rebus repetendis suscipitur, *c. 1. 2. caus. 23. q. 2. l. quæ restituere ff. de R. V. Lips. 5. polit. c. 4. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 4. numer. 40. Alb. Gentil. lib. 2. de jur. belli. c. 2. Herm. Kirchn. lib. 1 legat. c. f.* Qua causæ bonitate confisus *Imp. Justinianus*: Bonam, *ait*, spem habemus, quod Deus nobis annuat, ut & cæteras gentes, quas socordia suâ amiserunt Romani, cum ad utriusque Oceani terminos tenerent, iterum ditioni nostræ adjungamus, *Novell. 30. c. 12.* Ideoque & status Imperii Pontificis jugum excutere, & se à tyrannide vilissimi mancipii liberare concluserunt, apud *Aventin. lib. 7. annal. Goldast in replicat. pro* Imp. *c. 20.* Et Maximil. I, Imp. non semel in animo habuit jura Imperii vindicare, *Warem. ab Erenb de reg. subsid. c 1. n. 22.* Carolus V. quoq; Imp. etiamsi ab initio hoc improbare videbatur, dum Electorum literis instigatus, ut caput Imperii recuperaret, facerē respondit, nisi me Religio deterreret, *Vent. de Val. in parth. litig. lib. 2. c. 3. n. 9* ipsi tamen postea aliud placuit, dum in Comitiis Wormat. de An. 1521. hisce verbis mentē & ꝓpositū declarat:

Vnnd als wir in vnser Käyserlich Gemüth gesetzt vnd fürgenommen haben/ mit hülffe des Allmächtigen / Gott zu förderst zu Lob / dem heiligen Reich zu Ehre vnnd Wohlfarth / vnsere Käyserliche Kron/ wie sich gebühret / zu holen vnd zu erlangen / auch das jenige/ so dem Reich entzogen/vnd lange zeit in frembden Händen gewesen / widerumb zu eröbern / vnd zum Reiche zu bringen. §. Vnnd als wir. Quod ipsum quoque deliberavit Maximil II. Imp. Durch was füglche Mittel ansehnliche Stände / Landt vnd Leute von frembden Potentaten entzogen/ vnd entfrembdet/ wieder herzu gebracht/auch weitern Anschlägen vnd Practicken begegnet werden möge / *in Recess. Imp. de Anno 66.* §. nach abgesetzten *Anno 76.* §. Wir haben auch ein ferners. Hodieque ut recuperatio fiat Provinciarum earum, quæ jure ad Imperium spectant, in nullis non proponitur Comitiis.

Hoc ipsum verò non nisi de Provinciis ab Imperio divulsis intelligendum, quæ scilicet quoad possessionem reverà sub jurisdictione Imperii Romani fuerunt, quod luculenter innuunt verba capitulationis. Nec enim audiendi sunt qui docent, Imperatorem totius mundi, id est, universi orbis terrarum dominum esse, hoc etenim si verum, quis negabit, Imperatorem obligatum ad recuperandas provincias quotquot sunt in orbe terrarum? Universale sanè Dominium totius Mundi Cæsari tribuere videntur, *l. 9. ff. ad leg. Rhod. du jactu. l. 3. C. de quadr. præscript. Bart. in l. hostes ff de capt. & postreverf. Zoann. de imp. Rom lib 2. cap. 8.* Unde in palatio Constantinopolitano erecta fuit statua Justiniani, qui Sphæram sive orbem gestabat cum Cruce infixâ, ut significaretur auspiciis divinis Dominum esse mundi, *Petr. Gregor Thol 6 lib. cap. 13. n. 14 de Republ.* Quod universale Imperium etiam Pomum, quod Comes Palatinus imperatori præfert, denotare videtur, *Arum ad Aur. Bull. pag. 289.* Idq; de se testantur Ludovicus IV. & Fridericus Pulcher Impp. hisce verbis: Wir Ludwig vñ Friederich bekeñen / daß wir vns mit einander verbundẽ habẽ ewiglich/dz wir dz Römische Reich/darzu wir beyde erwehlet vñ gewerhet seyn/mit allẽ seinen Würdẽ/&c. Vñ wz es hat/ vnd

6.

vnd darzu gehöret/ vber alle die Welt miteinander gleich als eine Person besitzen sollen vnd wollen: Et post pauca: Vnnd soll jederman fürbas von einem andern Recht nehmen / an allen Sachen/ in allen Landen/ vber alle die Welt. Rationabiliter itaque Imperator possidet universam terram, quæ videt occidentem Solem, & quæ ex utroque latere est, secundum *Bald. in A. habita C. ne fil. pro patre, Schenck. B. de feud. lib. 1. tit. 14. n. 4.* Omnes populi ejus legibus tenentur. *Bartol. in l. cunctos populos C. de summ. trin.* Verùm etsi vix alia fuit ante Respublica, cujus Imperium amplioribus finibus circumscriptum fuit, quàm Romanorum, in Europa enim tenuit Italiam, Dalmatiam, totamque Græciam, item Insulas Siciliæ, Sardiniæ, Candiæ, Cypri, & alias maris mediterranei, item, Hispaniam, Galliam, & Germaniam inferiorem infra Rhenum, Angliam & Scotiam: in Asia Ciliciam, Bithiniam, Cappadociam, & alias Regiones, constat tamen in innumeras gentes potissimum ultra Euphratem Romano Imperio nunquam subditas, sed multas fœderatas Romanis fuisse æquali jure, multas iisdem formidabiles, cum quibus pacem fecisse gavisi fuerint, vel inimicitias sine victoriâ aluerint, *Tob. Paurmeist. de jurisd. Imp. Rom lib. 2. 4. 1. n. 21.* Verissimum sanè istud Gattinaræ ad Carolum V. chi vuole troppo abbraciare va à periculo di non strignere cosa alcuna, *apud Guicciard. lib. 16.* Cæsari ergò qui imponet onus, cui ferendo sufficiens esse non possit, Curam scilicet administrandi totum orbem terrarum, Rempublicam absque dubio is concidere vel diffluere videbit. Nec Imperatores ipsi unquam tàm injusti finium dividendorum arbitri fuere, ut omnia sibi attribuere voluerint: Quorsum namque consilium Augusti in testamento, coercendi intra terminos Imperii, *Tacit. lib. 1. Annal.* Quos Trajanus maximis in Oriente rebus gestis, usque ad rubrum mare produxit, *Tacit. lib 2. Annal.* Quorsum Justinianus Imp. *in §. si ab hostibus inst. quib. mod. jus patr. potest.* ubi postliminio reversus dicitur; qui cum ab hostibus, *inquit*, captus fuisset, postea ad fines nostros revertebatur, ubi addit: Nam limina sicut in domo finem quendam faciunt: Sic &

7.

8.

Imperii finem esse limen veteres voluerunt. Hinc & limen dictum est quasi finis quidam & terminus, ab eo postliminium dictum est, quia ad idem limen revertebatur, quod amiserat. Quorsum Paulus in *l postliminium, in pr. ff de capt. & postl. revers.* ubi populos quosdam liberos esse confitetur, qui nullius alterius populi potestati sunt subjecti, *l. non dubio §. 1 ff. eod.* Et Impp. Persarum Regnum alienum vocant, ejusq; limites separant à suis, *in l mercatores c. de commerc.* Quorsum Pomponius *in l. f. ff. de legat* gentium Legatos ait, recipi Romæ liberosq; manere etiamsi isti genti sit indictum bellum, Paulus in *l. omnibus ff. ad Trebell.* Omnibus civitatibus, inquit, quæ sub Imperio populi Romani sunt. Et Imperatores: Quos clementiæ nostræ regit Imperium, *in l. 1. c. de summ. Trinit.* Qui sub Imperio nostro sunt, *§. sed hoc tempore inst. de his qui sui vel al.* Nempè ex hisce omib⁹ apparet, vel ex sola ipsorũ Imperatorũ confessione, Universale Imperium non dari, nec Cæsarem Dominum totius orbis terrarum esse, ut proinde ridiculum sit, quod scribit *Bartol in l. hostes ff. de cap. & post. revers.* Hæreticũ qui dicit, Imperatorem non esse Dominum universi orbis, *Joach. Ernest. Dux Holsat apud Frid. Achill. in orat. pro Gallia pag 169.*

9. Quid ergò? Quare Antonius se Dominum mundi jactitat. *in l 9. ad l. Rhod. de jact.* Quare Antoninus pro toto orbe se laborare scribit *in l benè à Zenone C. de quadr. præscr.* & Henricus VII. in tranquillitate Imperii totius orbis tranquillitatem consistere asserit, *in extrav. Quomodo in crim. les. majest ubi addit:* Omnem animam oportere subjectam esse Romano Imperatori? Scilicet de orbe Romano hæc exaudienda *l. in orbe ff. de stat. hom.* quem Justinianus Imp. orbem nostrum vocat, *in l. un. C. de rapt. virgin. & in N. 69 c. 1.* Universam ditionem & quæ ascendentem videt solem, & quæ occidentem, & quæ est ex utroq; latere sed addit? Quæ nostris obedit sceptris. Quo modo etiam exaudiendum illud *Luc. 2.* Exiit edictum, ut universus mundus censeretur. Non enim censi sunt, nisi qui Romanis obediebant, Vel dicendum, Illa quæ universale dominium totius orbis Imperatori Romano tribuere videntur, Synec-

necdochicè, toto scilicet pro parte majore sumto, intelligenda esse, & orbem Romanum appellari, quod fermè omnes gentes Romanis suberant, plura enim tenuerunt Romani, quam ulla alia Respublica, *l. un. C. de Athlet. lib. 10.* ideoque meritò aliarum comparatione majorem partem vel universa tenuisse dici possunt, maxima enim pars sæpè totius nomen retinet, quomodo majore parte anni possedisse dicitur, qui tantum duobus possedit mensibus, si referatur ad alium, qui paucioribus diebus possedit, *l majore & ibi Alciat. ff. de V. S. Paurmeist. lib. 2. de jurisdict. Imp. Rom. c. 1. n. 21. Matth. Steph. de jurisd. Imp. Rom. lib. 2. p. 1. c. 1. num. 53. Christ. Besold. de jurisd. Imp. Rom. quæst. 6. Arnis. de mag. c. 2. Henr. Bocer. de Regal cap. 4.* Et ita verba explicanda Cyri, quando de se dicit: Omnia Regna dedit mihi Deus, *Esdr. 1.* & Daniel de Nabuchodonosore: Omnia in quibus habitant filii hominum, & bestias agri, volucres quoque cœli dedit in manu tuâ, omnia sub te constituit, *c. 2.* Quantum enim iis ad totius Mundi Dominium defuerit, constat ex *Polyb. lib. 1.* ubi scribit: Persarum quibusdam magnus principatus & magna potentia fuit: Sed quotiescunque transgredi Asiæ fines ausi fuêre, non in principatus solum, verum etiam in proprii capitis periculum inciderunt. Macedones in Europa quidem dominati sunt ab Adria ad flumen Istrum: quæ prorsus exigua quædam ejus Regionis pars est; postea debellatis Persis, Asiæ quoque Principatum habuerunt, sed tamen hi quoque & si complurium rerum ac locorum Domini sunt visi, magnam tamen orbis partem intactam reliquerunt, &c.

Imperatores igitur hoc membro Capitulationis obstricti sunt ad Provincias recuperandas, non nisi eas, quæ antea ad imperium spectarunt, & nunc ab eo divulsæ sunt, nec simpliciter hoc facere debêt, sed sine cujusquam privilegiorum, jurium & libertatum præjudicio ac detrimento, quæ verba capitulationis hoc innuunt, ut si provinciæ docere ac demõstrare queant titulum exemptionis, justum scilicet ac legitimum, tutæ sint, nec denuô Imperio subjiciendæ, Quænam verò istæ sint, & quinam titulus sit justus & tribuat plenarium 10.

rium

rium jus exemptionis, istud judicio potius Satuum Imperii relinquendum, quàm privatorum disputationibus submittendum. Interim verissimmum est, loca quædam facto, quædam jure esse exemta, jure, vel per contractum, vel privilegium, vel ex consequentia aliorum jurium. Ut & hoc; Plura facto quam jure exempta, & maximè deplorandum, quod immanis iste hostis Anno 1410. sedem Graii Imperii Byzantium exitio crudelissimo Populatus ex Oriente toto duodecim Regna, plusquam 200. urbes in æternam servitutem mancipavit, *Petr. de Andlo. lib. 1. cap. II. Marsil. Patavin. de translat. Imp. cap. 5. 6. 7. Leonclav. in pand. Turc. Æneas Sylv. epist. 130. 155.* Africa, Iberia, Pannonia, Mysia, Thracia, Macedonia, Illyria & aliæ Orientis Regiones Romanis ademtæ barbaro nunc parent Imperio. Plena & absoluta libertas per donationem Imperatorum adscribitur urbibus ac provinciis Italicis ad jus & Dominium Ecclesiæ pertinentibus, vulgo Patrimonium Divini Petri appellant, *Car. Sigon. de regn. Ital lib. 4. fol. 100. 197. & 166.* Illarum hodiè sunt quàm plurimæ in Italia, ut Roma, Bononia, Ferrara, Regium, Ravenna, Perusia, Avenio, Ariminium, Civitas Castelli, Maria, Trebatiæ, Romandiolæ, Companiæ & aliæ maritimæ Provinciæ, quas se obtinere ex donatione Constantini facta Sylvestro, communiter jactitant, quæ tamen vel propterea suspecta, quod duodecim ejus diversa instrumenta proferri posse, scribat *auct.*

11. *comm. ad donat. Constant. ad Reg. Brit.* Alii namque sedem Imperialem, alii Romam urbem, alii palatium Lateranense, alii dignitatem Regalem, alii totum Imperium Occidentale, alii Italiam judicandam concessam datam scribunt, scripturas autem diversas nihil habere firmitatis, inquit ipse *Constantinus Imp. in l. 14. C. de fid. instrum.* Et nonne Agatho Pontifex circa Annum Christi 682. in Epistola ad Constantinum, quæ in 4. act. syn. Constantinop. continetur, Romam appellat servilem urbem principatus Serenissimi, quod absque dubio non fecisset, si sub dominio suo fuisset. *Hutt. in act. advers. Jacob Grets. de munif. Impp. in sedem Roman. facta pag. 29.* Referente quoque *Busebio* Constantinus Imperator totum Imperium

tribus

tribus filiis divisit, ac Constantinum Occidentalium partium, Constantium Orientalium, & Constantem interjectarum nempè Italiæ ac Illyrici Principem fecit, at hoc post donationem quomodo facere, & Pontifici suum auferre potuisset? Aut si diviserit Imperium ante donationem, quomodo filiis portiones semel tributas repetierit, & Pontifici donaverit? Nec veteres historici, quibus propositum fuit Vitam Constantini Imp. describere, hujus donationis mentionem faciunt, ut propterea pontificii de hâc delirent: Ita enim *Kranz*, tribuunt, inquit, nonnulli Constantino M. donationem illam Italiæ & Germaniæ, & nescio, quarum Provinciarum Ecclesiæ Romanæ factam, de qua ipsi viderint *in Saxon. lib. 2. c. 1. Egnat.* De ejus baptismate, inquit, uti variant autores, sic constanti fide quæ de Imperii donatione circumferuntur, uti minus similia non probant, sed alii hoc viderint, *lib. 1. Rom. Princip. in Constant.* Et *Bartol.* in præfat. *ff. n. 14.* cum multa non obscure contra hanc donationem disputasset tandem, Videte, inquit, quod nos sumus in terris Ecclesiæ, idcirco dico, quod illa donatio valet, *Covarruu.* quoque licet veritatem apertè confiteri cogatur, attamen autoritatem Ecclesiæ sibi obstare dicit quo minus eam profiteri possit, *lib. 4. var. resolut. c. 16. n. 8.* Proferunt quidem ad confirmationem hujus donationis, *c. Constantinus dist. 96.* Sed præterquam quod pontifices in propriâ causa testes esse nequeant, istud propterea nullam autoritatem habet, quia in antiquis decretis planè non extat, ut non immeritò *Nicol. Cusan.* Absque dubio dicat: Si non fuisset illud dictamen Apocryphum, Gratianus in veteribus codicibus & canonum collectionibus invenisset, & quia non invenit, non posuit, *lib. de concord. Cathol. 3.* Insuper quoque hoc capitulum, vel propterea suspectum, 1. quod Papæ Romano, dicit, tributum fuisse principatum super quatuor præcipuas sedes Antiochenam, Alexandriam, Hierosolymitanam & Constantinopolitanam, utq; ejus judicio omnia disponerentur, jam verò eo tempore superistas sedes nullũ fuisse principatũ Pontificis. constat ex Concilio Carthaginensi, quo paulò post decretum, *Can. 42.*

12.

13.

Ne quis appellaretur princeps Sacerdotum, aut summus sacerdos, Imò in Synodo Nicœna statuitur *c.6.* Antiqui mores serventur, qui sunt in Ægypto, Lybia, & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus horum omnium potestatem habeat, quandoquidem & Episcopis Romanis hoc idem est consuetum similiter, & in Antiochia &c. Et in Synodo Antiochena *c. 15.* apertè prohibetur, ne semel judicatus à provinciæ Episcopis ulterius judicetur, sed illius provinciæ Episcoporum firma

14. maneat sententia, *Arnis. de potest temp. Pontif. cap. 6. 2.* quia in d. c. Constantinopolitana sedes subjicitur, quæ tunc nondum erat in rerum naturâ, cum donatio facta, antequam Constantinus Romanam urbem relinqueret. At tum Constantinopo-

15. lis nondum erat, *Niceph. lib. 8. c. 4.* 3. In *d. c.* dicitur, Constantinum lepra laborasse quod falsum, utut etiam is baptizatus fuerit â Sylvestro, nec enim hoc docent historici, nec ratio hoc admittit, cum tempore Plinii morbus Lepræ in Italiâ erat extinctus, qui tamen vixit sub Vespasiano, quomodo ergo verisimile Constantinum eo laborasse morbo, cum longo post tempore imperavit, *Bapt. Mantuan. lib. 1. de patient. cap. 30.*

16. Nec majoris autoritatis est, *c. Ego Ludovicus dist. 63.* quo donationem Romæ aliarumq; civitatum & provinciarum Italicarum à Pipino factam Pontifici, Childerico Rege Francorum deposito, ut Imperium adipisceretur, illamq; postea à Carolo M. ejusq; filio Ludovico pio, confirmatam probant, 1. quia illud c. proficiscitur à suspecto autore, nēpe à Bibliothecario Papæ, teste *Platin. in vita Paschal. 1.* Proinde nec ipsi ut famulo Pontificis, nec Gratiano collectori Canonum credendum qui affectibus Pontificū indulsit, nec posterioribus Scriptorib⁹, qui non nisi fabellā dicti Bibliothecarii recitant. 2. *Volatteranus lib. 3. Geograph* hanc Ludovici donationē multò aliter recitat, quàm Gratianus, Calabriam enim & Ducatum Neapolitanum includit, & tamen ipse quoque in bibliotheca Pontificis illa se scripta invenisse; indicat. 3. Eugenio II. qui immediatè Paschali successerat, ipsoq; adhuc Ludovico Imperatore vivente, Lotharius I. Filius Ludovici in consortium Imperii assumptus à patre Romæ politiam ordinavit, & ina-

& magistratus instituit, quod fieri non potuisset, si vel Ludovicus, vel majores ipsius Romam Imperii caput Pontifici donassent, *Hutter. in act. advers. Jacob. Gretser. de Impp m. nis. in sed. Rom. c. 4.* 4. Si aliqua Ludovici donatio facta, ipso tamen jure fuisset nulla, nec enim alienare potuit regiones Imperii, aut Romam caput, *l. benè à Zenone C. de quadr. praescript* Quicquid sit, aut factae aut fictae hae donationes, pontifex omninò principatus ejusmodi & temporalem jurisdictionem renuere debuisset, nec enim clericis permissum, rebus temporalibus se immiscere, nec Pontifici nomen Imperatorium usurpare, *c. cum ad verum. dist. 96.* Unde in Concilio Later. sub Innocentio III. c. 42. sancitum: Ne clerici jura sibi vendicent Laicorum, adeoque talis donatio inutilis & nullius fuit momenti, ut incapaci facta, §. *non solùm inst. de legat. L. multum interest ff. de V. O. Hutt. dict. act. in Jacob. Grets. cap. 2. pag. 15. & 16.*

Omnijugam quoque exemtionem sibi vendicant Domini ac Civitates omnes in Italia, enumeratae à *Carolo Sigonio de Regno Italiae, lib. 14. fol. 338.* ut Mediolanum, Brixia, Mantua, Venetiae cum adhaerentibus, Verona, Vicentia, Patavio. Varvisio, &c. Bononia, Parma, Placentia, Ravenna, &c. & quidem ex foedere inito cum Imperatore Friderico, ex constitutione de pace Constantiae, *Sigon. dict. loco,* ubi foederatae dicuntur adeoq; Imperator in eas supremam potestatem exercere non potest, *Fulv. Patian. cons. 19. n. 342. cons. 149. n. 76. & de probat. lib. 2. c. 43. n. 21. Bartol. in l. inter eos ff. de acquir. rer dom. Bald. in l. beneficium n. 17. col. f. de constit. princip.* Verùm istas civitates, salvis quibusdam privilegiis & immunitatibus, tàm quoad jurisdictionem, quàm alia potestatis politicae capita, Imperio, ejusq; summo Magistratui, Caesareae nimirum Majestati, etiamnum subjectas esse, statuit *Tob. Paurmeist. de jurisd. Imp. Rom. lib. 2. cap. 4. numer. 52. per cap. Imperialem §. firmiter de probib. feud. alienat. per Frid.* Non saltem enim isti de populo intelliguntur esse Romano, qui in omnibus ad potestatem politicam pertinentibus Imperio parent, sed & qui in aliquibus, cum nulla fuerit unquam Respublica, quantum-

17.

18.

vis popularis, in quâ cives omnes omninò jure Civitatis sunt exæquati, *Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 6. in f.* adeoq; non statim Itali propterea quod diversorum Imperatorum beneficiis multa ac præclara habent privilegia & immunitates, ab omnimoda Imperii jurisdictione sunt exemti; cum & Germani Principes ac Civitates non minoribus beneficiis sint decorati, qui tamen subditorum numero sese eximere non queunt. Tantumq; abest, Principes ac Civitates Italiæ libertatem & exemtionem omnimodam probare, ex *dicta const. de pace Constantiæ,* ut etiam ibidem subditi aliquoties appellentur *in pr. ibi.* Imperialis clementiæ immensa serenitas, mansuetà, eam semper in subditis suis dispensationem favoris & gratiæ habere consuevit. *Et postea*: In numero dilectorum nostrorum fidelium computandos censemus, *It.* Rebellium insolentiam ad debitam fidem & debitæ devotionis obsequium revocare, *Its* devotæ sinceritatis servitia, quibus nihil nisi plena subjectio denotatur. Nec constitutio illa de conventione agit inter Cæsarem ac Civitates illas, tanquam liberas, sed de mera reconciliatione contumacium & rebellium subditorum, ut constat ex *pr. dict. const. in verb.* Quod nos solita benignitatis nostræ gratia, ad fidem & devotionem Lombardorum, qui aliquando nos & Imperium nostrum offenderant, viscera nobis innatæ pietatis aperientes, eos & societatem ac fautores eorum in plenitudinem gratiæ nostræ recipimus, offensas omnes & culpas, quibus nos ad indignationem provocaverant, clementer eis remittentes, eosq; propter fidelia devotæ sinceritatis servitia quæ nos ab eis credimus certissimè recepturos, in numero dilectorum nostrorum fidelium computandos censemus. *Et in §. sententiæ vers. Oppizoni. ibi.* Omnem offensam quam nobis, vel alicui partis nostræ fecerit, (nempè Marchio Opizo) postquam in societate fuerit, vel per se, vel per aliquam personam cum societate, vel defendendo aliquem de societate imperiali clementia per nos & nostram partem remittimus, & in plenitudinem nostræ gratiæ eum recipimus. Et quamvis Regalia Imperator Civitatibus Italiæ in *dict. const.* concedat (ut proinde non immeritò,

19.

pro

pro liberis habendæ, cum revocare potestatem eorum, qui habent regalia, sit tevangare mundum, *Alex. conf. 2. n. 9. lib. 1. Roland. à Valle conf. 68. n. 20. vol. 1.*) ea tamen quæ omnimodam exemtionem innuunt, ipsis non sunt collata, nec enim aliquid de belligerandi potestate, subsidiariâ munerum tàm realium quàm personalium indictione, legum ferendarum ac fœderum ineundorum potestate, Civitatibus ibidem permissum apparet. Præterea jurisdictio ipsis concessa in §. *nos Romanorum* in judicio secundo ad causas quantitatem 25. librarum imperialium non excedentes diserte restringitur, *in §. in causis appellationum.* Et in eo concilio Constantiæ, confirmationem privilegiorum civitatum Lombardiæ cum diserta reservatione fidei, subjectionis, ultimi judicii & supremæ potestatis Imperii factam esse, testatur *Anton. Marta de jurisdict. p. 1. cap. 33. n. 37.*

Hac igitur constitutione Civitates Italiæ cum libertatem suam & omnimodam exemtionem defendere nequeant alio modo, speciali scilicet privilegio aut titulo emtionis hoc efficere conantur, ita namq; Senenses 10000 Coronatorum ab Henrico IV. Florentini 6000. à Rudolpho, Lucenses 12000 ab eodem libertatem comparasse jactitant, *Bodin. lib. 1. de Republ. c. 9. 125. Platin. in vita Honor. Carol. Sigon. lib. 20 de regn. Ital. Natta conf. 637 0 23. Decius conf. 528. Tob. Paurm. de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 4 n. 27 Zach Victor. de cauf. exemt. imp. concl. 2.* Genuenses quoq; pretio exemtionem acquisivisse, refert *Sigon dict. lib. 20. Menoch. conf. 2. n. 67. & 67. & 68. lib. 1.* Sed quoad Senenses hodie res est expedita, ut qui Magno Duci Hetruriæ subjecti, sicuti & Pisenses, quos 12000. aureorum libertatem cõparasse à Carolo IV. testatur *Marta de jurisdict. part. 1. c. 33. n. 103.* tantumq; abest, Genuenses verè liberos esse, ut durante controversia cum Marchione Finali, isti cum ad Imperatoris Maximiliani II. tribunal vocati emanuissent, res contra ipsos mandatis pænalibus fuerit agitata, hoc addito, nisi parerent urbem & agrum Genuensem proscriptum iri, & cum frivolè à sententiâ pontificum appellassent, disertâ appellatione judicato paruerunt *Bodin. dict. lib. 1. cap. 9.* Neq; titulus emtionis 10.

 ipsis

ipsis nec aliis Civitatibus prodesse potest, adversus Imperii fiscalem vindicantem ea quæ sibi comissa sunt, cum notissimi sit juris, rerum commerciis hominum exemtarum, qualis est etiam publica Imperii potestas, nec emtionem, nec venditionem, nec ullam aliam obligationem vel alienationem subsistere, *§. idem juris inst. de inut. stipul. l. inter §. sacram ff. de V. O. Donell. lib. 12. com. jur civ. cap. 20.* proinde jura Imperii venalia non sunt, adeoq; cum sine principum ac ordinum consensu distrahi non potuerint, à Civitatibus pecunias pro libertate adipiscendâ numeratas tributi aut pensionis potius, quàm pretii loco solutas esse existimandum juxta ea quæ tradit *Bodin. dict. lib. 1. de Republ. cap. 9. Paurmeist. d. ct. lib 2. cap. 4 n. 56.* Et ut ut Florentia titulo emtionis libertatem obtinuisset, non tamen video, quomodo illam non amisisset, eo ipso dum à Carolo V. Imperatore obsessa, demum in gratiam recepta est, qui Ducem ei præfecit, cum enim Florentini familiam Mediceam ejecerant, restitutus pontifex ut se suosque gentiles ulcisceretur, fœdus cum Cæsare iniit, ut is in Florentinos pro eo ac meriti essent, animadverteret. Quid Florentini: Hi à Cæsarianis atq; Pontificiis copiis obsessi, cum per anni ferè tempus bellum duxissent, (cujus belli vestigia adhuc florentiæ monstrantur.) Certis conditionibus cum Ferdinando Gonzaga, Cæsaris legato transegerunt, qui postea ipsis Alexandrum Medices principem constituit. *Sleidan. lib. 7. histor. pag. 189.* jam vero qui principem provinciæ præficit, is ut ibi jura summa majestatis aut superioritatem habeat necesse est. Neq; plus juris aut libertatis Veneti habent, quàm aliæ Civitates Italiæ, utut etiam supra annos mille ducentos Venetias liberas fuisse, scribat *Thomas Bozius de statu Italiæ lib. 3. cap. 3. n. 15.* neq; Imperatorum in Venetos unquam jurisdictionem habuisse, putet *Socin. jun. Conf 100. n. 10 Gomez. in § fuerat n. 5. inst. de action.* Cujus rationem assignat *Alvarott. in tit. 16. F. 2.* quod nempe ipsorum civitas non sit fundata in solo juris alicujus, ideoq; libera, *arg. § 1. & 12. inst. de rer. divis. Cepoll de S. R. P. c. 26. n. 2 & 7.* sed hæc ratio vel ex eo solo refellitur, quod Romanos quoq; Imperium Maris obtinuisse, scribit *Polyb. lib. 1.* Et hæc

21.

ratio

ratio si vera, insulæ nullæ forent subjectæ Imperatori. Nec Venetorum Imperium mari terminatur sed bonam partem Vicinorum littorum occupat, *Arnis. de majest. cap. 2. n. 4.* Ubi tamen verissimum esse putat, quod Respublica Venetorum Imperatori nunquam fuerit subjecta, eo exorta tempore, cum Italia plena esset turbarum, incertaque rerum dominia, nec à Carolo M. ipsis libertatem privilegio datam, sed potius relictam esse: Hic enim accepta Coronâ, cum Irene transegit, & postea cum Nicephoro, ut alter Occidentis, alter Orientis Princeps esset, nec hujus in illius ditiones quicquam juris remaneret, *Onuphr. Pavin. de Comit. Imp.* In quo fœdere cum Irene etiam diserte cautum, ut Veneti suis uterentur legibus & bello, pacevè neutrius censerentur juris, *Sigon. lib. 4. histor. Ital.* Hancq; opinionem primæva origo hujus Urbis confirmat, Condita namq; ea fuit, cũ Hunni Duce Attila totã oram Venetam insignem Italiæ Provinciarum igne ac cædibus devastarunt, ubi Cives, qui & nobilitate & aliis præstiterè, primùm se cũ familiis recepere in insulas seu tumulos, qui è mari eminebant & oppida extruxerè, ut tuti essent, licentia demum data omnibus ædificandi (unde & nomen habet ab Italico: Venete quâ, id est, venite huc, & ædificate) usq; in tantam magnitudinem Urbis, quæ huc usq; est. Ab hâc primâ origine, (quod nulli unquam Civitati legimus contigisse) inquit *Caspar Contarenus*, ad hæc usq; tempora per mille ac centum annos semper ab hostili Vi Urbs Veneta integra perseveravit, *de magistr. & Republ. Venetor lib. 1. pag. 3.* Quo respectu etiam Virgo appellitatur. Hinc autor della Relatione di tutte le cose piu essentiali della Republica di Venetia: Venetia inquit, sola tra le Citte d'Italia è hoggi nomina Vergine, per non haver maj provato il giogo de servitu, ne assaltato, ò invasione de ne mici. Hoc ut concedamus, de aggressu & invasione, nec mirũ, ꝓpter situ in Adriatico pelago oportunissimũ ac tutissimũ. Venetos tamen propterea majestatẽ Germani Imperii nunquã coluisse, minus probabile, imo contrarium vel ex eo manifestum, quod Badoarius Dux Venetorum à Cõrado Imperatore jus signandæ monetæ accepit. Sic & Cianus ornamẽtis

22.

23.

tis

tis Regiis à Barbarossa sese indui passus est, *Contaren, de magistr. & Republ. Venet. lib. 2. Carol Sigon. de regno Ital. lib. 4 fol. 10. Alber. de Rosate in l. 1. C. de summ. trinit.* Et nonnè Maximilianus I. Imp. Victoriam obtinuit contra Venetos Anno 1509. *Guicciard. lib. 8. histor.* Unde Anton. Justinianus Patritius Venetus, nomine Ducis & Senatus Veneti: Non in postremis, inquit, laudum duarum numerabitur, si tua Majestas, quæ partam in manibus de Venetis habet Victoriam, fragilitatis memor humanæ moderate eâ uti didicerit. Et posteà clarius: Quotannis T. M. legitimisq; in Imperio successoribus quinquaginta millia aureorum perpetuò ex ærario deponemus, alia tua jussâ, decreta, sanctiones, & præcepta lubentes amplectemur; it: Tua servati clementia te patronum, parentem, & Urbis nostræ fundatorem appellabimus. Annalibus inscribemus, & filiis denique nostris ea tua ingentia merita sedulò ingeremus: Nec prava tuarum laudum fiet accessio, quod primus es omnium, cujus pedibus Veneta Respublica se prosternit, cui submittit cervicem, quem ut cœleste quoddam numen veneratur, colit, observat, *in orat. habita 25. Martii Anno 1509 ad Imp. Maximil. apud Goldast. in polit. Imper. part 21. pag. 977.* Et si alia Venetorum oppida & civitates recipiamus, vix una aut altera, quam aliis non abstulerè, cujus rei testis est, inquit *Ludov. Helian.* Jacobus Rex Cypri, quem acceptâ prius in uxorem filiâ S. Marci, cum filiolo veneno sustulerunt, ut Cypri Regno potirentur, quod ipsis tamen hodiè à Turca ablatum. Testes sunt Imperatores Romanorum, quos Patavio, Vincentia, Veronâq; dejecerunt. Testes sunt Austriæ Duces, quos Tarvisio, Feltro, Concordia, Utino, Tergesto, Goritia expulerunt, & c. *in orat. invect. in Venetos habitâ in Conventu Augustano Anno 1510.* Quod etiam confirmat Anton. Justin. hisce verbis: Si summus maximus DEUS eam nostris majoribus mentem indidisset, ut suis contenti limitibus alienas contrectare res non essent ausi, jam splendescens nostra Republica alias Europæ Urbes anteiret, *dict. orat. ad Imp. Maximil.*

24. Mediolanensem quoque ducatum jure ad Imperium Romanũ pertinere, quis dubitabit? Ditio namq; ista Imperio subje-

subjecta fuit usq; ad Rudolphi Habsburgensis tempora, *Cuspin. in vita Rudolph.* cujus successor Adolphus Nassoviensis, Matthæum præfecit provinciæ Midiolanensi, ut Rempublicam Imperii nomine gubernaret, unde vice-comitis nomen obtinuit, postea Wenceslaus Johannem Galeaceum Ducem creavit urbe, ditioneq; grandi pecuniâ venditâ, additaq; potestate, ut in hæredes transferri posset, *Arnis. de majest. c. 5. n. 5.* Hinc Electores in abdicatione Wenceslai §. 1. Mutilasti Imperium Mediolano & Provincia Longobardiæ, quæ Juris sacri Romani fuerant, redeuntibus inde ad Imperium amplissimis emolumentis, in qua ditione Mediolanensis veluti minister sacri Imperii partibus fungebatur, cum tu contra quam tuam sublimitatem & dignitatem decebat, acceptâ pecuniâ, Mediolani Ducem & Comitem Papiensem creasti, &c. Demum Carolus V. Imp. Francisco Sfortia, quem bis restituerat sine posteritate mortuo, Ducatum Mediolanẽsem sub titulo juris publici retinuit, eumque postea certis pactis ad filium Philippum transtulit, unde Rex Hispaniarum in hodiernum usque diem Dux Mediolanensis, ita, ut Archiepiscopus Trevirensis Caroli V. electionem dissuadens non falso dixerit: Eum suis Hispanis, & non Imperio vindicaturum Imperium Italiæ, *Sleidan. lib. 1.*

25. Idem de Duce Sabaudiæ asserendum. Is enim Imperatorem Superiorem recognoscit, *Menoch. cons. 2. n. 104.* Ideoque & ipsius nomen in Catalogo personarum Recessibus Imperii subjuncto inveniendum, unde *Bodinus*: At enim, inquit, Allobroges ipsi confitentur, totaq; eorundem historia declarat, hanc Imperii Germanici Provinciam, quæ nunc Sabaudia dicitur, Imperii feudum extitisse, & ab Henrico V. fiduciarios Comitum dignitatem assecutos, ac tandem Duces Sigismundi Cæsaris beneficio appellatos fuisse, *lib. 1. de Republ. cap. 9.* Perpetuum namq; Imperii Vicarium Sabaudiæ Dux se scribit, quod privilegium ipsi primum â Sigismundo Imperatore concessum â subsequentibus Imperatoribus confirmatum fuit, *Tessaur. in præfat. decis. n. 14.* Quo ipso se subditum Imperii esse fatetur, si enim in ditione sua Vice-Impe-

 rato-

ratoris est, ut & eum cujus vices sustinet, agnoscant, necesse est, *l. 1. c. de off. Vicar.* Ideoq; rectè *Jacobin. de S. Georg in invest. feud. col. 1.* asserit, Ducem Sabaudiæ Imperatorem recognoscere, quanquam imperii jura in suo Dominio sive singulari privilegio, sive continuâ usurpatione, sive patientia Imperatoris obtineat, neq; aliud de reliquis Italiæ Principibus & Civitatibus asserendum, id quod stylus Cancellariæ aulicæ docet, quo talis ad singulos inscriptio: Principi illustrissimo N. Duci Mantuæ & Montisferrati, Duci Parmensi, &c. Principi nostro carissimo. It: Honorabilibus nostris & Sacri Imperii fidelibus dilectis, N. Magistratibus Civitatum nostrarum Imperialium, Papiæ, Cremonæ, Pisæ, &c. illustri. Magnificis nostris, & sacri Imperii fidelibus dilectis N. Duci & Magistratibus Cameræ & Civitatis nostræ Genuæ, teste *Tobia Paurmeister de jurisd. Imp. Rom. lib. 2. cap. 4 n. 75.* Omnes ergò quotquot ferè in Italia sunt principes ac civitates jure ad Imperium spectant. Hinc specialiter etiam feudorum Italicorum fit mentio in Capitulatione §. zu deme vers. fürnemlich sollen Wir auch/dieweil vns fürkömpt/daß etliche ansehnliche dem Reich angehörige Herrschafften vnd Lehen in Italia, oder sonsten veræusert worden seyn sollen/ eigendliche Nachforschung derentwegen anstellen/wie es mit solchen alienationen bewandt/ vnd die eingeholete Bericht/zur Churfürstlichen Meintzischen Cantzley/ inner Jahresfrist/ von dato an zu rechnen/ vnfehlbarlich einschicken/ &c.

26. Quodq; de Italia hactenus dictum, idem de Gallia asserendum, putat *glossa in c. per venerabilem in verb. minimè recognosc. extra qui fil. sint legitimi.* Quamvis enim vi Gallus, inquit *Herman. Kirchner.* Lilium Francicum bicipitis volucris subjectione se subduxerit, juris tamen vinculo perpetuò obligatum manet, *in legato lib. 2. cap. 8. n. 21. Zoannet. de Roman. Imp. n. 203.* Sed Regnum Francorum superiorem non recognoscere manifestum est, ex *dict. c. per venerabilem* ubi Innocentius III. Pontifex, clarissimis verbis testatur, Regem Galliæ superiorem in temporalibus minimè recognoscere, *Chassan. in catal. glor. mund. part. 5. consid. 28. Balb. de præscript. part. 5. dec. consf. 2. n. 4. Alb.*

Gent.

Grot.lib.1.de jur.belli & in disp.de princ.potest.absol.Boer.decis.178.n.9. Nec d.*cap.* de facto accipiendum, ita ut Rex Galliæ facto sese exemerit, cum verba Pontificis jus faciant, nec legum latores de facto, sed jure consueverunt respondere, *l. mora pr. ff. de usur.* Et feudi judicium pertinere ad Regem Franciæ, asserit Pontifex in *c. novit. de judic.* quod si Imperator superior esset, ad ipsum pertineret, per *c.1. de lege Conradi. Chassan. dict. consid. 28.* Galli namq; ab initio nunquam Romanorum potentiæ subjecti, fuere, cum quibus nonnunquam æquo marte pugnarunt, non raro succubuerunt, unde Justinianus se Francicum nominat, *in proœm. instit.* qui tamen cum Clothario vel Theudiberto Gallorum Rege pepigit, nihil juris in Galliis posthac fore Imperatori Romano, *Alciat.in libr.de singular.certam.c.31.* Respondet quidem *Zoannett.* istam pactionem propterea inutilem & ridiculam fuisse, quod talis alienandi potestas per legem Regiam nulli sit Cæsarum unquam tributa, cum proprietas Romani Imperii non fuerit in Imperatorem translata, cumque secundum communem Dd. sententiam ejusmodi bonorum Imperii distractio utpote impossibilis & universæ Reipublicæ perniciosa omni loco & tempore fuerit Imperatoribus semper interdicta, *dict.tr.de Roman.Imp n.228.* Sed benè considerandum, Justinianum non ex prodigalitate, quo casu vera assertio Zoannetti, sed necessitate coactum jus suum resignasse, cum alias de toto Occidente fuisset periclitatus, ita Franciscus I. Rex Galliarum Carolo V. Flandriam, Artesiam & Corolesiam, ut filios suos redimeret, cum superioritate resignavit, quod huc usq; ratum mansit, *Arnis.majest.cap.2.n.5.* Necessitate quoq; urgente, Irene & Nicephorus Carolo M. Imperium Occidentale cesserant, *Sigon.lib.4.histor. Ita.* Hâcque de causâ, quod nempe Gallia non recognoscat superiorem, Francorum Reges Lutetiæ Romana jura doceri aliquando vetuerunt, & speciatim Blesensi edicto caverunt, ne quis publicè profiteatur Romanas leges in Academia Parisiensi, nevè quem ad scholasticos ejus disciplinæ gradus audeat provehere, *Bodin. de Republ. lib 1.cap.8. Joachim. Ernest. Dux Holsat. apud Frideric. Achill. de princ. int. prov. Europ. in orat. pro Galliâ pag. 169.* Hinc Hospitalis

Caroli IX. Cancellarius Rege ipso & Regni ordinibus præsentibus in Senatu Rotomagensi Anno 1563. demonstraturus, Regem 14. annum ætatis vix ingressum tamen majorem, & Regni per se administrandi capacem censendum esse, nec ut in minorum restitutione à momento ad momentum tempus computari, verùm ut in publicis muneribus & honoribus annum inceptum pro complecto haberi, in eam rem vulgarem juris Romani Regulam cum præfatione & petitis demum ex pandectis adduxit, *Thuan. histor. lib. 35.* Quamvis Romanarum Legum neque etiam quotidiana in vita communi, totoque observatio extra Imperii ditiones tessera subjectionis esse possit *Christoph. Besold. de appellat. cap. 2. §. 7.*

27. Idem de Hispaniâ dicendum, autumant *Oldrad. cons. 69. Covar. de test. part. 2. §. 9. n. f Gomez. in §. fuerat n. 5. inst. Vasq. lib. 1. contr. illustr. c. 21. n. 5.* quod confirmat *gloss. in c. Adrianus in verb. per singulas dist. 63.* quando ait: Regnum illud ereptum fuisse ex hostium faucibus, ab Imperatoribus namque relictum è manu Saracenorum, sibi jure belli asseruerunt illi, qui ex Gothis superstites erant. Honorii quoq; Imperatoris immunitatem Gothis concessam, aliaque decreta sub Henrico III. Imperatore confirmata, adducit *Covarr. dict. loc.* Attamen Gratianus *in c. volumus 11. q. 1.* Hispanos legis Carolinæ vinculo ac majestati omnino astringit, quamvis alii istum Can. de Hispanis saltem Galliæ finitimis Pyrenæum & loca illa propinqua inhabitantibus intelligant, *Covarr dict. part. 2. §. 10.* An-

28. gliæ quoq; Regnum ad Imperium Romanum quandoq; pertinuisse, vix dubitare licet, quippe quod Severus Imperator in Angliâ suum palatium habuit cum Antonio Augusto, ibique animam in hæc verba exhalavit: Turbatam Rempublicam ubiq; accepi, pacatam etiam Britannis relinquo. *Paul. Eubeswaldia Bara apud Frid. Achill in orat. pro Britannia.* Britanniam à Claudio primùm Imperio junctam, testatur *Sueton.* semperq; Imperatorem feudatarium salutasse *Cujac. tit. 5. lib. 2. de feud.* Hin. Eduardus III. Anglorum Rex à Ludovico Bavaro Imperii Vicarius constitutus, quod ipsum subjectionem satis evincit; At hodiè Reges Britanniæ præter Deum neminem

agno-

agnoscere superiorem, peregrinam jurisdictionem venerari nullam, nec subditos habere, qui peregrino Imperio ullatenus sint devincti, *inquit Paul. Eubeswald. Baro dict. loco.* Unde cum Sigismund' Imperator ad littora Angliæ appelleret, pacem facturus inter Henricum V. & Galliarum Regem, non prius admissus fuit, quàm profiteretur, nihil se contra Superioritatem Regis prætexere; sed adesse amicũ ejus, & si vellet, inter duos vicinos Reges Mediatorem, *Arnis. de majest. cap. 2.* Hocq; ipsum non parum confirmat, quod Carolus V. Imp. ab AngloEques creatus, memini enim me legisse ejus nomen inter cæteros Equites in Anglia in templo Windsorii, quo superioritatem Regis manifestè approbavit, cum potestas ordinis instituendi spectet ad jura majestatis.

29. Idem hodierno tempore de Dania, Borusia, Livonia, & aliis locis dicendum, quæ se jugo Imperii Romani exemerunt. *Bodin. lib. 1. de Republ. c. 9. Kranz. 7. Sax. c. 14. Paurmeist. lib. de jurisdict. Imp. Rom c. 4. n. 26. & seqq. Chytr. lib. 20. Saxon.* Unde Georg. Sigism. Seldus ad Imp. Ferdinandum: So findet man in unser Juristen Bücher an viel tausendt orten / Wann und so offt sie von andern außländischen Königen / ja auch etlichen andern Potentaten / als Hertzogen / Stätten / und dergleichen reden / sprechen sie alle einhellig: Quod illi habeant jura Imperatoris in Regnis vel Domiciliis suis, & sic in temporalibus neminem recognoscant superiorem, Im bedencken / von Ihrer Käys. May. Wahl und Hoheit / *pag. 48.* Sed hoc jure nè an solùm de facto? Sanè contra naturam est, inquit *Besold. in tr. de appellat. cap. 2. n. 8.* si disputetur ex æquitate juris privati, anne hic vel alius princeps hoc vel illud regnum possideat jure, cum bellum sit justus titulus Imperii, nam quæ ex hostibus capiuntur, nostra fiunt, *l. 5. §. f. l. 51. ff. de A. R. D.* & quæcunq; quis sua virtute hostibus ademit, & sibi comparavit, ea suis posteris, tanquam res proprias relinquit, *Halicar. lib. 6.* nec alio jure Jacobus Josepho terram dedit, quã Emoræo armis abstraxerat, *Gen. c. 48.* Quo titulo etiam usi sunt Romani, qui cum finitimis bella gerere ceperunt, inquit *Polyb. lib. 1.* & mox Latinis superatis arma contra Thyrrenos,

deinde contra Celtas, postea contra Samnites tulerunt, quibus devictis in reliquas Italiæ partes impetum facere ceperunt, veluti jam non de alienis, sed propriis & ad se pertinentibus rebus contendentes. Neq; arma Romana semper justa fuerunt, inquit *Besold. de jurisd. Imp. Rom. quæst. 6.* Sed præterquam, quod hoc *Alb. Gentil. in tr. de arm. Rom. demonstrare conetur,* cum bellum justum & legitimum non vero injuste susceptus sit modus acquirendi, aliud est quærere, an par pari bello suum auferre queat, & aliud an subditi bello se eximere queant â jurisdictione superioris, quod posterius falsum.

30. Quicquid sit multas nationes præscriptione temporis immemorialis libertatem tam adversus Imperium Romanum tueri constat: Sed rem bello amissam bello repetere meræ facultatis est, cui nullæ præscriptio, ne Platonis quidem anno, opponi potest, & quæ vanitas, proscriptionem pro Imperii salute inventam Imperii hostibus in pestem Imperii substernere: *Zoaun. de Rom. Imp. n. 144. 128. Zach. Vitter. de caus. exempt. Imp. concl. 7. Rich. Dieter. de summ. Imp. potest. concl. [illegible]* adeoque contra Rempublicam & jus publicum nullam proscriptionem locum habere; dicunt jurisconsulti *l. [illegible] de præscript. 03. vel 40. Annor. & c. 12. extr. de præscript.* qui textus [illegible] à quibusdam de longissimâ solum præscriptione accipiuntur, cum sint generales nec præscriptionem temporis immemorialis excludant, neq; video, quomodo probetur limitatio *Besoldi,* quod scilicet dicti textus locum non habeant, in Reipublicæ conversione & ubi quis se pro exempto omni ex parte gerit, *de appellat. c. 2. n. 15. & de Jurisd. Imp. Rom. quæst. 6.* forsitan, quod exemti ab Imperio Romano, jura Romana non amplius curent? Sed præscriptio non nisi titulus juris civilis Romani, *arg. l. 1. ff. de usucap.* Nescio itaq; an recte senserit [illegible] quando scribit *cons. 248. & cons. 167.* periculosum esse consulere Imperatori, ut armata vi revocare conetur Mundum, si per mundum orbem intelligamus Romanum seu loca quæ Imperio fuere subjecta. Aut si concederem periculosum hoc esse, justissimum tamen est, & facere hoc debet Imperator, quia ad id hoc membro Capitulationis obstrictus.

CAP. VIII.

Cap. VIII.

DE ARTICULIS VECTIGALIA & MONETAM CONCERNENTIBUS.

1. *Reditus in Imperio maximè sunt conservandi.*
2. *Non facilè nova erigenda vectigalia.*
3. *Capitulatio prohibet exigere vectigalia nova absq; consensu Electorum.*
4. *Pro quânam re vectigal solvendum.*
5. *Judiciarium vectigal justißimum.*
6. *Explicatio* §. Dardurch *decreti Ratispon. de Anno 1576.*
7. *Imperator absque consensu Electorum collectas imponere nequit.*
8. Die Reichsstewer zu einem Römer-Zug / *quanã & an usum hodie habeat.*
9. *Jus percipiendi Vectigalia Rheni ad Electores spectat. 10.*
11. *Status Imperii impositionem collectarum quoq; habent.*
12. *Impositio Collectarum non semper est Regale.*
13. *Cura Moneta ad Majestatem spectat.*

14. Im-

14. *Imperator absq; causa justam monetam mutare nequit.*

15. *Imperator incommoda ex monetis orta tollere debet.*

16. *De novo jus monetandi absq; Electorum consensu concedere nequit.*

1\. CUm pecunia sit rerum gerendarum Nervus *Bodin.lib.6.de Republ.cap.2.* Friedenreich *polit.17. pr.* ordinarii Reipublicæ reditus quam studiosissimè sunt conservandi, nec aliter conservare licet Rempublicam, nisi pentissimæ præstationes importentur in publicum, ex quibus militares nutriuntur copiæ, ut hostibus resistatur, ac per urbes & agros agantur excubiæ, perfruuntur reliqui ordines attributis sibi salariis, reparantur muri & urbes, denique omnia alia inde proveniunt, quæ communem subditorum utilitatem concernunt, *Imp. Justin. in Novell. 161. cap. 2.* Nec enim quies gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi queunt, *Tacit. lib. 4. histor.* Rectè proinde Neronem, an cuncta Vectigalia omitti juberet dubitantem, docuere Senatores, dissolutionem Imperii consecuturam, si fructus, quibus Respublica sustinetur, diminuantur, *Tacit. 14. annal.* justus enim metus est, ne cessantibus subsidiis necessaria deserantur *Christoph. Besold. polit. lib. 1. cap. 7.* Maximè verô vectigalia ac reditus in Imperio nostro conservandi, qui aliàs ita diminuti sunt, ut Imperator, qui olim ex iis vel amplissimum alere exercitum potuit, hodiè inde se & familiam vix commodè sustentare, ac nisi ex hereditariis provinciis multa centorum millia impendat annua, Imperialem & in tanto fastigio necessariam pompam vix tueri possit, *Julius* Pflug *in orat. de Republ. Germ. curanda, Auth.* Der Pol-

litisch-

lischen Schatzkammer *lib. 2. disc. 2. Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. lib. 5. cap. 12.* Granvellano etiam apud Landgravium in colloquio Spirensi intrepidè affirmante. Ex imperio ne tantillum quidem emolumenti habere Cæsarem, *Sleidan. lib. 17. de statu Religion. pag. 500. Joach. Ernestus Dux Halsatiæ apud Frid. Achill. in orat. pro Galliâ.* Unde cum à prudentibus Ratio quæsita quâ vestiri rursus deplumata Aquila possit, *Julius* Pflug *dict. orat.* putat, nova vectigalia ad utilitatem Imperatoris instituenda esse, Friederich Hortleder von Ursachen des Teutschen Kriegs / *lib. 3. cap. 1. pag. 612.* Quod ipsum tamen, cum per multas seditiones excitet & graves tumultus, qui patrûm memoriâ eam ob causam in Galliis, Hispanis, Belgio & aliis provinciis exorti, Reipublicæ utile remedium non est, cujus potius interest, locupletes habere Subditos, *Justin. Imp. in præfat. Novell. 8.* Venetorum hinc Respublica laudatissima apud quos capitale est, de publico ærario augendo verba facere, quod prudenter ab eis institutum, ait *Cominæus lib. 2. de bello Neapolit.* Nec enim certiores habet Princeps, Quæstores ærarios, quam Subditos, nec qui pecunias ei liberalius, quoties necesse erit, suppeditât. Unde cum Diocletianus, qui adhuc summum imperii gradum obtinebat, missis Legatis increparet Constantinum Imperatorem, quod non colligeret thesauros, ipse subditis convocatis pecunia opus esse significavit, qui confestim ærarium compleverunt, *Herman. Lath. in tract. de censu sive quib. mod. princeps fiscum legitimè augere debeat, lib. 1. cap. 1.* Hæc de causa Thomas Morus Macarensium Regem introducit primo statim die, quo auspicatur Imperium, magnis adhibitis sacrificiis jurejurando se adstringentem, nûquum se uno tempore supra mille auri pondo in thesauris habiturum, aut argenti, quantum ejus auri pretium æquet, *lib. 1. Utop.* Principi siquidem incumbit curare, ut suum quisque teneat, neque de bonis privatorum sine causa urgentissima diminutio fiat, quod verum officium veri principis, qualem se professus Carolus Magnus in suis scriptis & monumentis. Münster *lib. 3. sua Cosmograph sub. tit. de Germania fol. 749. Zoannet. in tract. de Roman. Imper. n. 151.* Quo officio

2.

suo malè functus Eduardus Rex Angliæ, cum collegisset magnam auri copiam ex Subditorũ tributis, ejusq; conspectu se delectaret, vidisse fertur insidentem Diabolum, itaq; iniquarum exactionum admonitus tributum, quod vocabant *Danegile*, remisisse, & quod jam exegerat, cuiq; restituisse, ut refert ex *Ingulpho Arnis. de jur. majest. minor. c. 2. n. 2.* Hocq; ne Imperator negligat, & pro arbitrio vectigalia nova in detrimentum Reipublicæ erigat, aut antiqua augeat, Capitulatio e consensum Electorum adhoc requirit. Wir sollen vnd wollen auch insonderheit / dieweil Teutsche Nation vnd das Römische Reich zu Wasser vnd zu Lande zum höchsten verderbet / beschweret / nun hinfuro keinen Zoll von newen geben / noch einen alten erhöhen lassen / ohne besondern Rath / wissen / willen / vnd zulassen der bemelten sechs Churfürsten / wie vor vnd offt bemeldet. Vnd da jemand bey vns vmb newe Zolles begnädigung oder erhöhung der alten vnd vorerlangten Zöllen / suppliciren vnd anlangen würde / So sollen vnd wollen wir jhme keine Vertröstung / Promotoriales oder förderliche Schreiben nicht geben / oder außgehen lassen. Imperatori itaque nostro absque consensu Electorum vectigalia nova constituere, aut antiqua augere non permittitur / *Sleid. lib. 1. de stat. Religion. decret. Ratisbonens. Ann. 1576.* §. Weiters seind & §. Dardurch denn / §. Derhalben / *Thom. Mich. de jurisd. concl. 11. Sixtin. de Regalib. lib. 1. cap. 2. num. 43. cap. 4. n. 19. Rich. Dieter. de summ. Imp. potest. concl. 139. Buxdorff. ad A. B. tit. 9. concl. 91. Casp. Glock de Contribut. concl. 7. Bocer. de regalib. cap. 2. num. 184. Heig. part. 1. q. 8. num. 7. Paurm. de jurisdict. lib. 1. cap. 4.* Idque apud plerosque populos, qui mediocri potentia valent, Capitulationibus regibus suis præscriptum videmus. Sanè principes quidam sunt, quibus hoc frequens in sermone est; ut dicant, se habere privilegia, ut quantum velint, exigant à populo, certè Galliarum Rex minimè omnium causam habet, ut istud de se jactet, *Phil. Cominaeus lib. 10. de reb. gest. Ludovici XI. Rudolph. Maximil. Dux Saxon. in orat. contra Galliam apud Frider. , Achill. de princip. inter prov. Europæ.*

Heig.

Heig.dict.q.18.n.7.Buxdorff.dict.concl.91. Philippo enim Valesio conventus Gallicos habente, populi Rogatione decretum est,ne ullum tributi aut Vectigali genus, nisi consentientibus ordinibus imperaretur, *Bodin.lib.6.de Republ.cap.2.* Hispaniarum Rex, & si potentissimus sit & maximæ, apud suos autoritatis,tributum tamen non nisi ordinum consensu imperat, *Bodin.dict.cap.2.* Angliæ quoq; fert consuetudo,ut extra ordinem subsidium nullum dent Regibus, nisi belli gerendi causa vel in Galliam trajiciunt, vel in Scotiam proficiuntur, *Cominæus lib.5.de rebus gestis Ludovici XI.* Non mirum itaq; si & Imperator noster solus absq; consensu Electorum nova vectigalia erigere Capitulatione prohibeatur, accedente etiam quod res magni sit momenti, pro quanam re, & ad quem finem vectigal dandum, cujus consideratio ad Electores pariter spectat. Nec enim pro qualibet re vectigal solvendum, insolens namque exaggeratio ex iis rebus, quæ ad victum vel ad usum proprium inferuntur *l.si publ.§.1.ff.de publ.& vectig.* Unde *Sueton.* inter insolita vectigalia Caji Caligulæ refert, quod pro eduliis, quæ tota urbe venirent, certum exegerit. Non minori cum turpitudine coniuncta fuit indictio vectigalium, quæ pendebantur pro umbra, pro aëre, pro spiritu captando, quorum mentionem facit *Arnold.Clapmar. de arcan. Rerump. l.5.c.14. in pr.* Quo referendū etiam illud Vespasiani vectigal Urinarium quamvis autori aurei nummi, quos ex lotio acceperat, non malè olere videbantur. *Bodin.de Republ.l.6.c.2 pag. 1024.Georg.Köld ab Hoch.apud Frid.Achill.in orat.Ital pag.649.* Neque ex iis quæ illicita & prohibita sunt, vectigal quærendum, quale fuit, quod Caligula ex capturis prostitutarum instituit, quantum quæq; uno concubitu mereretur *Sueton. in Caligul.* Sic Romani Pontifices in urbe sanctæ sedis publica lupanaria fovent & permittunt, inq; fiscum suum annuatim ultra triginta millia coronatorum pro lactis censu, quem vulgò dicunt, Milchzinse oder Hurenzoll, à Clero scoëtisq; accipiunt, *Dn.Gerbard in loco de Ecclesia pag 1198. Meisner in consult. de fide Luth.capess.adv.rsus Lessium pag.144.* adeoque Ecclesiæ procerum id munus est, ut una cum Ecclesiarū proventib. Le-

4.

sociniorum etiam numerent mercedem: Et sic *Henricus Cornelius Agrippa* audivisse se dicit aliquando cum rationes suas inirent: Habet ille duo beneficia, Unum curatum aureorum 20, alterum prioratum ducatorum quadraginta & tres putanas in burdello, quæ reddunt singulis hebdomatibus Julios 20. *Georg. Kölderer. dict. orat.* Econtra vectigalium genus, quod Deo gratissimum & civitatibus pulcherrimum, principibus honestissimum ac plebi utilissimum videtur, illud est, quod iis rebus imponitur, quæ ad corrumpendos civium mores, quæ ad delicias, quæ ad luxum, quæ ad libidinem spectant, aurea nempe & argentea suppellex, Odores, innumerabilia vestium ornamenta, colores preciosissimi, gemmæ, Margaritæ, cæteraque generis ejusdem, quæ prohibenda non sunt. *Bodin. de Republ. lib. 6. cap. 2.* ad quæ comparanda quotannis plusquam quadragies centena libellarum millia ex Gallia in Italiam transportari & exponi, testis est *Lanou. disc. 4. Vid. l' auteur d' utile & salutaire advis, au Roy pour bien regner. fol. 48. & seqq. Trajan. Boccalini part. 2.* der Relation auß Parnassa *disc. 25.* Recte quoque Caroli IX. Regis Galliæ edicto

5. judiciarium vectigal imperatum, quod eo consilio factum ut effrenata litigantium licentia cohiberetur, & lites minuerentur, quo vix ullum afflictis ærarii opibus utilius, & Regno Galliæ litium innumerabili multitudine, oppresso splendidius excogitari potuisset, *Bodin. lib. 6. de Republ. cap. 2. pag. 1038.* Quod & imponendum Germanis, qui ut à Gallis omnia, ita & litigia hauserunt, *Vent. de Valent. in parthen. litig. lib. 1. cap. 1. n. 34. Anton. de Guevar. in* Hoffleit Wecker *cap. 10.* Contrarium verò quod nempè Imperator absque consensu Electorum nova vectigalia erigere possit minimè probat decretum Ratisbonense, Anno 1576. §. Dadurch / Nam quod ibi dicitur, daß die Zölle zu Ihrer Käyserlichen Mayestät Hoheit und Reservation gehörig / id ad §. præcedentem, in quo jure Princi-

6. pis & Electorum quoad hoc plane exæquantur, ita trahendum ac temperandum est, ut non de toto jure soli Imperatori, sed parte saltem indivisa relicta, instituendis Vectigalibus intelligatur: Idque verba sequentia ipsa generalem defini-

tio-

tionem restringentia disertè ostendunt: Dann auch so wol zu unser Käyserl. als auch der Churfürsten Reputation/ Veracht/ Schmälerung vnd Abrruch Et § sequent. Dann in diesen/ auch vnsere / vnd der Churfürsten Reputation zu keinen Veracht noch Schmälerung gerathe / *Tob. Paurmeist. lib. 1. de jurisdict. Imper. Rom. cap. 4. n. 27.*

Sicut autem vectigalia solus Imperator erigere non potest, ita nec ipsi collectas sine consilio Electorum imponere statibus Imperii licet, & quidem cum consensu tunc demum, si causæ prægnantes & necessariæ hoc suadeant. Idque in Capitulatione Imperator sanctè promittit hoc ferè modo: Similiter nec Electores, aliosve Imperii Status, Comitiis, Sportulis Cancellariæ, Comitatibus, profectionibus, impositionibus aut Collectis non necessariis, aut sine legitima & gravi causa onerabimus gravabimusque. Neque in casibus licitis quamvis & necessariis collectas & impositiones absque scitu & voluntate Sex Virûm Electorum indicemus. In impositione enim collectarum ad solam necessitatem vel utiliatem publicam respectus est habendus, Fürstliche Tischreden *part. 1. cap. 87.* & tunc demum ad extraordinariam collationem devenienduni, ubi calculus ordinariorum principis redituum non sufficit. *Caspar. Glock. de contribut. concl. 27.* Unde cum Ludovicus XI. in exigendis impositionibus acerrimum se præberet, adeò ut dicere soleret, sua potissimum opera regnum Gallicanum quasi de tutela ad plenam pubertatem redactum esse, *Smit. de Republ. Angl. cap. 7. lib. 1.* Carolo IIX. regnum ineunte, quæ nam perpetuari de anno in annum ceperant. Collationes communi decreto extinctæ sunt dicentibus Regni proceribus, pro necessitate permissa, catenus intelligi permissa, quatenus necessitas instat & urget, *Arnis. de jurib. majest. minor. cap. 7, n. 6.* Ante omnia enim princeps proprium debet excutere marsupium & tributa sua, aliosque reditus expendere, priusquam à Subditis quid exigat, *Wesemb. cons. 45. n. 16. & seqq.* perinde Episcopus charitativum subsidium erigere non potest, nisi in defectum suorum redituum, *Menoch. de arbitr. jud. quæstion. cas. 178. n. 13. & 14.* Hoc tamen membrum

capitulationis non videtur locum habere in collatione [illegible], quæ fit ad felicissimam Regalis numinis expeditionem, vulgò Die Reichsstewer zu einem Römerzugk / de qua [illegible] *art. 8.* Wann die Teutschen einen König kiesen / vnd der dann gen Rom ziehet/zu der Weyhung so sindt pflichtig sechs fürsten mit jhme zu ziehen / die die ersten in des Reichs küre seyn / der Bischoff von Mentz/vnd der von Trier/vnd der von Cölln/vnd der Pfaltzgraffe von dem Rhein / der Hertzog von Sachsen / vnnd der Marggraff von Brandenburgk / durch das / daß dem Pabst wissentlich werde des Königes rechte Kehre / Auch soll damit ziehen ein jedlich Mann mit seinem Herrn / der des Reichs Lehengut von jhme zu Lehen hat/oder sol die Farth lösen mit dem zehenden Pfund des Zinses/den er järlichen von jhme hat / *Ruding. sing. observat. cent. 4. observat. 38. Schneidw. de feud. part. 5. num. 114.* Quamvis hodiè istius collationis usus verè nullus, cum post tempora Caroli V. nullus Imperatorum fuit coronatus à pontifice, *ut dictum supra cap. 2.* Neque hic articulus Capitulationis de casu necessitatis excludiendus: quamvis ne tunc quidem expectanda impositio Collectarū, cum hoc casu per manus iniectionem divites compelli queāt ad mutandas principi pecunias, quæ postmodum cum debito interesse, vel ex contributione Subditorū, vel reditib. principis restituendæ sunt, *Vasq. 1. illustr. contr. c. 6. n. 7. & 8.* Idq; in Hispaniarum Regnis sæpissimè observatum fuit cū bellis sævientibus ab Hispalensibus civibus, & aliis Indorum Regno venientibus aurum & argentū mutuò acciperetur, *Casp. Klock. de contribut. concl. 49.* Sicut autem Imperator nec collectas indicere, nec vectigalia sine consensu Electorum erigere potest, ita omnib. modis impedire debet, ne status Imperii absq; permissu hoc faciant, unde iurat in capitulatione: Quod si forte unus vel plures, cujuscunq; status vel cōditionis existant, nova aliqua vectigalia, in suis principatibus, Regionib. dition. & districtionibus privata præsumptione, præter nostrum cōsensum Sex Virum Electorū, instituisset, vel in futurum instituere præsumeret, eum vel eos, quam primùm nobis restiterit aut refercetur, missis mandatis sine clausula aliisvè mediis possibi-

fibilibus inhibebimus, nec ullo modo feremus, ut quisquã de facto, vel propria autoritate nova vectigalia instituat vel introducat. Promittit quoq; quod vectigalia Electorum qui sunt ad Rhenum literis commendatiis, aut alio quovis modo deteriora facere non velit, *Sleid. lib. 1. de stat. Relig. Goldast. hinc. inde.* Etsi enim ante Bullam auream non satis adhuc conveniret an ius percipiendi vectigalia Rheni ad Electores spectaret, *Buxdorff. ad A. B. concl. 91.* dubium tamen hoc hodie cessat, dũ Teloniorum de præterito indictorum perceptionem, quæ ad solum alioquin Imperatorem spectabat Carolus IV. Electoribus omnibus tribuit, *in A. B. tit. 9.* Sie mögen auch Zölle/so hiebevor gesetzt/vnd auffgelegt seind einnehmen/wie solches vnsere Vorfahren/die Könige von Böheimb / hochmildester Gedächtniß / auch die Churfürsten selbsten / vnd dero Vor Eltern vnd Vorfahren/biß auff diese gegenwertige Zeit/ rechtmässiger weise gethan/vnd bewust ist/daß es von alter / löblichen / vnd bewährter/auch durch langwieriger zeit/verjährte Gewonheit/also gehalten worden. Hæc autem vectigalia Electorib. propterea concessa, quod assidui & multiplices labores, queis illi pro quiete Imperii funguntur, recompensationem non vulgarem exposcant, cuius intuitu cum hæc iura attributa, ex contractu debentur, ut ipsis invitis auferre non liceat, *arg. l. sicut C. de O. & A.* Et quamvis ea, quæ supremæ donationis vel subiectionis notam habent alienari à principe non possint, *c. cum non liceat extr. de præscript. Petr. Greg. Thol. l. 3. de Rep. c. 8.* ita ut flagitium dominationis videatur quando res Imperii alienantur, *Arn. Clapm. de arcan. Rerumpubl. l. 5. c. 12.* quó respectu Electores vectigalia hæc absq; titulo tenere videntur, hîc tamen alienatio vectigaliũ valida est, quia consensu statuũ Imperii facta, ita n. *in præf. Bullæ aureæ*, adsidentibus multis Principibus, Comitib. & Civitatum Legatis, matura deliberatione prævia, ea quæ subsequuntur, constituta esse dicuntur. Regalia namq; statuum consensu accidente alienari possunt, *Petr. Greg. Tholoss. dict. lib. 3. de Republ. cap 8.* tantumque abest, ut Electores hoc iure non gaudeant, ut & plerosq; alios status idem ius percipiendi vectigalia sibi acquisivisse, videamus *Obrecht. de Regal.* §. *268.*

9.

10.

§.268.& seq. Gerlac. Buxdorff ad tit.9. A.B. dict. concl.91. Concessione itaque hoc Regale cum status Imperii habeant, Imperatori incumbit, curare & providere ne isto abutantur, nec subditos omnimodo exsugant, quamvis id benè peccata subditorum mereatur, juxta ea quæ tradit *Osiand. ad cap. 24. hum. 2.* Nolumus, *inquit*, cum Deo partiri decimas; modò autem totum tollitur, Hoc tollit fiscus, quod non accipit CHRISTUS, & peccata subditorum huic incommodo ansam præbent. Et *Comin.* Iram DEI, *inquit*, præ oculis cernimus, vitam tamen in meliùs emendare desistimus: Quapropter cum planè à nobis discesserit devotio DEI, accessit indictio fisci, *lib. 10. de reb. gest. Lud. XI.* Eodem jure nimirum ex speciali concessione status Imperii habent impositionem collectarum, quæ tamen non semper est de Regalibus, veluti si Princeps, Comes, Baro aut civitatis Imperialis magistratus subditis suis etiam absque Imperatoris, & statuum Imperii permissu collectam imponat extraordinariam, *Gail. de Arrest. cap 9. n. 119. Borcb. ad c. un. quæ sint Regalia n. 53.* quod facere potest princeps aut Civitas in casibus necessitatis *Bronch. dict. loco Casp. Glock. de contribut. concl. 9 & 10. Henr. Bocer. de Regal. cap. 3. n. 220* in quorum numero habentur murorum, Pontium, Viarumque instructiones, *l. omnes 12. & l. 18. C. de oper. publ.* Item incursio hostilis, *Henr. à Rosenth. in syn. jur. feud. c. 6. concl. 81.* Æs alienum, quo provincia aut civitas aliqua laborat. Etsi enim, quod universitas debet, singuli non debeant Cives, attamen quando ærarium & reditus publici non sufficiunt æri alieno solvendo, tunc magistratus, collecta indicta, ut in commune tantum conferant, quo æs alienum solvi queat, subditos & cives cogere potest, *Hartm. pist. lib. 1. q. 37. n. 6. Casp. Glock. concl. 12. & 31.*

11. 12.

13. Cumque majestatis sit, prospicere ne quid Respublica detrimenti patiatur, neve pacata ejus gubernatio perturbetur, quod vix ex alia re promptius accedere solet, quàm ex moneta, *Novell. 52. Leon.* mutata enim rerum mensura vel turbata, omnia reliqua mutari & turbari necesse est, *Henning. Arnis. de jurib. majest. major. cap. 6. n. 2.* Ideò cura Monetæ ad ma-

majeſtatem ſpectat, Unde Reges Perſarum aureos nummos ſua ſignabant imagine, qui inde Darici dicebantur, *Herodot. lib.4.* Et de Ungarorum Regno ſcripſit *Otto Friginſenſis:* Nullus tam ſpacioſo ambitu Rege excepto, monetam vel Telonium habere audet. Jusque feriendæ Monetæ, hodie ita proprium ſibi habet Rex Angliæ, ut eam alibi, quàm in turri Londinenſi inſigniri non patiatur. Meritò itaque jus cudendæ Monetæ Regalibus connumeratur, voluit enim Conſtantinus Imperator in monetis tantummodò Cæſareis cudendæ pecuniæ ſtudium frequentari, *l.2.C.de falſ monet. Henr. Bocer. de Regal.cap.2.n.222.& de jur.monet.cap.3.Bodin. de Republ.lib.1.cap.10.Zach.de feud.part.5. n.13.* Ideoque forma hodiè certa eſt, & legitima, non ut olim in populo Romano quandoque arbitraria, Reichs Abſchied Anno 1559. zu Augſpurg / Käyſ. Ferdinandi newe Müntzordnung. §. Wie aber vorgeſtelte Sorten. Ibi: Und ſoll auff der eine ſeiten unſer und des Reichs Käyſerlicher Adler mit zweyen Köpfen / und des Reichs Apfel in des Adlers Bruſt / und in derſelben allwege die Ziffern / wie viel Kreutzer daſſelbe ſtück gilt / geſatzt werden / mit der Vberſchrifft *Ferdin.Imp.Aug.P.F.decreto* Auff der andern ſeiten des Müntzherrn oder Standes Wappen / mit ſampt ſeiner gewöhnlichen Vberſchrifft / und der Jahrzahl / wo die zum füglichſten zu ſtellen / Hoc uſque Carolus Magnus adeò pro Regali habuit, tantique id fecit, ut alibi quam in ipſo palatio cudi Monetam noluerit. *Sixtin.de Regal.lib.3.cap.7.n.18.* Adeoque proprium hoc jus eſt Imperatoris, ut ſi quis alius, qui ex principis conceſſione non obtinet u, ſurpavit, licet alias probam monetam percuſſerit, pœna tamen capitali nihilominus ſubjaceat, per *l.2.C. de falſ. monet.* In eos verò, qui non probam ſed falſam monetam cuderint, pœna ignis animadvertitur, idque indiſtinctè, ſive hoc in Imperatoris moneta, ſive in inferioris alicujus deſignent, *per l C. de falſ. moneta Sixtin. dict. lib.2.cap.7.n.109.& ſeqq.* Cumque Imperator jure ſuo & poteſtate monetæ ad ſalutem & honorem Imperii ac ſubditorum uti teneatur, Reichsabſchied *Anno 1570.* §. Alsdann auch / juſtam monetam ſine juſta cauſa mutare non poterit, contra vitioſæ monetæ mutatio principi licita eſt, *Bocer. de jur. monet.*

Vuuu

net.cap.3.n.12. & seqq. Nec tamen ex mutatione quis damnum sentiat, terminus poni solet, post quem moneta pro mutata vel reprobata haberi debeat, *Recess. Imp. Anno 1559.* Käyser Ferdinandi Müntzordnung §. Und nach dem die frembde ibi: So setzen/ordnen und wollen wir/daß nach dem diß unser Käyserlich edict. publiciret oder in das Reich Teutscher Nation außgekündet wird/alle frembde/außländische / silberne Müntz / die ausser dero/ so unser Müntzordnung zugethan / oder unterworffen / gemüntzt worden / und in dem werth/wie die jetzo in gang sind / und vor außkündung dieses unsers Käyserlichen edicts eine zeitlang gewesen/ sechs monat die nechesten und nicht darüber / für wahrschafft oder bezahlung gegeben oder genommen werden. Omnibus quoque modis curare debet Imperator, ut certa ac constans forma & ordinatio super moneta fiat, omniaque incommoda inde nata tollantur, hocque ut faciat, Rudolphus II. in capitulatione hoc modo juravit, cumque hactenus propter monetam multa gravamina, multique defectus in imperio extiterint, & etiamnum existant, nos ut obviemus hisce incommodis cum consilio electorum, principum ac reliquorum statuum super monetæ certam constantemque ordinationem ac formam constituemus, *apud Gold. in polit. Imp. part. 12.* Hoc jus autē cudendi monetam Imperatorem & aliis concedere posse, apparet ex *A. B. tit. 50.* ubi jus cudendi monetam auream & argenteam non solùm Regi Bohemiæ confirmatur, sed etiam Electoribus cæteris de novo indulgetur. Quò fine si liberalitas subsequentium Impp. perstitisset, id iniquum putari non posset, sed quia eò usque tandem illa evagata, ut etiam ad inferiores status & alios jus monetandi translatum, *Recess. Norimb. Anno 1524.* §. dergleichen hat der Müntzhalber. *Recess. August. de Anno 1551.* §. So haben wir uns. *vers.* Dergleichen. *Recess Spirens. de Anno 1570.* §. Als dann auch die Müntzgerechtigkeit. *Ideò*, in Capitulatione Imperator promittit, se sine consensu Electorum in posterum nulli statui jus monetandi concessurum hoc modo. Wir sollen und wollen auch hinfuro ohne vorwissen der Churfürsten/niemands/wes Standes oder Wesens der seyn/

15.

16.

mit

mit Münß Freyheit begaben oder begnädigen. Ne scilicet quod specialiter in usum publicum constat inventum, in privatorum transeat compendium, *Tob. Paurmeist. de jurisdict. Imp. Rom. lib. 1. cap. 4. n. 26.*

Cap. IX.

DE MEMBRIS QUÆ AD JURIS ADIMINSTRATIONEM PERTINENT.

1. Respublica conservatur prudentia & justitia.

2. Imperator promittit se jus æquabiliter administraturum.

3. Justitia ita administranda, ut ratio habeatur cujusq; loci statutorum ac consuetudinum.

4. Consuetudines Saxonicæ à Carolo M. confirmatæ,

5. Statuta observanda; quatenus cum rectâ ratione conveniunt.

6. Irrationabiles consuetudines in Francia & Polonia. 7.

8. Consuetudines irrationabiles antiquæ Saxonicæ.

22. Pro-

22. Proscriptio ut secundum juris ordinem fiat, Imperatoris est providere.

23. Ab Imperatore nullus datur ad alium regressus.

Respublica quia duabus maximè causis constituitur & conservatur, Prudentia nempe & Justitia, ideo princeps non tantum prudens in dirigendo, sed etiam justus in judicando esse debet *Keckerm. in polit. lib. 1. cap. 16.* Sine justitia enim nihil in Imperii administratione laudabile efficitur, *Cic. lib. 3. offic.* hæc namque est ordo divinus ad vinculum Societatis humanæ conservandum in adjutorium multitudinis inventus, omnium domina, Regina, causa, sine qua nihil potest esse laudabile, quæ ad omnem rem gerendam est necessaria, *Adam Keller. lib. 1. de off. jurid. polit. cap. 20. Matth. Steph. lib. 2. de jurisd. Imp. Rom. memb. 1. cap. 1. n. 45.* adeoque absque justitia nec Jupiter ipse teste *Plut.* principatum rectè tenet, Quia

Justitia & pietas tutæ sunt principis artes,
Nulla Tyrannorum vis diuturna manet.

Remota enim justitia, quid aliud sunt Regna, quam magna, mera & vera latrocinia, *Augustinus lib. 4. de civit. DEI*, si quidem Justitia est fortitudo Regnorum, & frenum Populorum, *Ventur. de Valent. in parthen. litig. lib. 1. cap. 1.* Per hanc pudicitia regnat, pax triumphat, securitas & dignitas florent. Hinc Imperator, quod jus æquabiliter administrare velit, in Capitulatione sanctè promittere Electoribus tenetur, ita enim jurat ferè in principio Capitulationis: Præterea pacem cum primis, justitiam & concordiam in S. Romano Imperio plantare & constituere debemus, sicque dirigere, ne debitus eorũ cursus tàm pauperibus quàm divitibus intercludatur, sed omnibus ac singulis æqualiter servetur, secundum ordinationes, li-

1. 2.

libertates, & antiquas laudabiles consuetudines. Interitus namq; Reipublicæ imminet, cum subditi conqueruntur de injustitia, & jus sibi administrari per Deũ petunt, quod fecit Comes Ortenburgicus, qui in termino deputationis Wormatiensis petiit per viscera misericordiæ divinæ, vñ vmb des Jüngsten Gerichts willen / jus & justitiã sibi administrari, *Auct.* der trewhertzigen Vermahnung eines Teutschen Patrioten. Ut nõ mirum, quosdã ad tribunal Dei appellare, sic enim cũ Templarii milites ad ignem condemnati Burdegalæ essent, unus eorum appellavit: Sævissime Clemens, Pontifex Tyranne, postquam mihi inter mortales nullus jam superest, ad quem appello pro gravi morte, qua me per injuriam afficis, ad justũ judicẽ Christum appello, ante cujus tribunal te voco una cum Philippo Rege Galliæ, ut ante eum intra annũ & diem comparearis ambo, ubi causam meam exponam, & jus sine pravo affectu administrabitur, *Ventur. de Valent. dict. c. 1. Ioach. Steph. lib. 4. de Ecclesiast. jurisd. c. 10. n. 18.* Et cum tempore Henrici IV. Rom. Imp. Meghenerius Herveldẽsis Antistes & Burchardus Halberstadiensis Episcopus ob decimas litigarent ad tribunal supremi prætoris invicem provocãtes, ambo morte consumti sunt, *Aventin. l. 4. annal.* Ideoq; ne Subditi causam habeant appellandi maximè cura justitiæ habenda, idq; non solum juxta rationem iuris communis, verum etiam cuiusq; loci statutorum ac consuetudinum, quæ omnimodò consideranda & cõfirmandæ, ideoq; etiam secundum speciales & locales leges Camera Imperialis obstricta est pronunciare, *ordinat. Cam. part. 1. tit. 59* | Von des Käyserlichen Cammerrichters vñ Beysitzers Eydt ibi: Nach redlichen, Erbarn / vnd Ländischen Ordnungen / Statuten / vnd Gewohnheiten der Fürstenthumben / Herrschafften / vnd Gerichte / &c. Habent namque multæ provinciæ ac ducatus suas leges speciales ac statuta, quale est Austriacæ familiæ, ut primogenitus solus in Archiducatu succedat, reliquorum fratrum iure suspenso, Das der Elteste vnter den Hertzogen die Herrschafft des Landes haben soll / vnd nach jhme sein eltester Sohn erblich / doch also daß es von den Stämmen des Geblüts nicht komme / vnd das diß Hertzogthumb

thumb nimmer getheilet soll werden/*Gold.tom.1.const Imp.fol. 86.n.13.Munster.in Cosmograph.3.5.397.* Sic Ducatus Wurtembergicus ab Imperatore speciali hac lege in feudum concessus est: Daß die Herrschafft zu Würtenberg zu ewigen zeiten/võ Erben zu Erben von einem Hertzogen zu Würtenbergk auff den andern/vñ allwege auff den Eltestẽ Ehlichen männlichẽ Leibserbẽ/vñ nach eines Eltesten absterben auff desselben Eltesten Sohn vnd Descendẽten/vnd also consequenter fallen solle/qua de re extant pactiones erectæ Uraci Anno 1473.& Minsingæ Anno 1480.& à Friderico Imp. Anno 84.& 92. Regeq; Maximiliano I. Anno 1495. confirmatæ, teste *Besoldo de succession. & election. Regia l.1.dissertat.6.n.8.* Ita & quondam peculiares fuerunt cõsuetudines Saxonicæ, quas Carolus Magnus, cum is annos 33. cum Saxonib. bella difficilima gesserat, eosq; demũ sua lenitate in fidẽ receperat, in arce Thuringiæ, quæ vocatur Sachsenburgk/Anno Christi 810. confirmavit, usq; dum Eccardus à Repka tres libros in lingua Latina conscripsit, quos postea ad instantiã Comitis Hoeri ad Falckenstein in linguam vulgarẽ vertit & Otto I. confirmavit quod ius fuit appellatũ das Landrecht/*vid.præfat.* Landr. *in gloss ad verbum:* Gott der da ist. *Alb. Krantz,lib.2.Sax.c.21.Hoer.Treutl.vol.1.disp.1.th.10. lit. A.* Cui accessit post multos Annos ius Magdeburgicum das Weichbildt/cum enim propter crebras in provincias Saxoniæ irruptiones Sclavorum & Ungarorum Magdeburgum vastata, ac in formam pagi redacta esset, Anno Domini 939. de novo ædificari cepta ad instantiam Egyddæ, Ottonis Magni Coniugis (cui Maritus propè Magdeburgum , arcem Regiam cum omnibus pertinentiis in donationem propter nuptias constituerat,) ab Imp. beneficiis multis donata , etiam hoc ius speciale concessum Anno 940. *lib.3.art.82. gloss.* das sie hören Landrecht. Eiusmodi leges locales ac cõsuetudines aliæ quoque provinciæ habent, quas huc referre instituti non est. Iis autem omnibus in iudicando nec Camera nec Cæsar adstrictus, nisi quatehus cum recta ratione conveniant , ac cum Reipublicæ cuiusq; commodo & utilitate coniunctæ sunt; Quid enim si talis esset consuetudo, ne adulteria punirentur, qualem in Francia receptam, testatur *Ioh.Fab.ad §.id non scripto.*

6.

to inst. de jur. nat. gent. & civ. Unde cum Landa Molinus, qui Godardam Godini uxorem compregnasset, suspensus esset, Aula Regia hoc malè accepit, ut plerique palam testarentur, se alienos esse ab eis, qui adulteriis hucusque impunitis, nova & apud Gallos inaudita severitate pœnam capitis statuerunt, *Thuan. histor. 35.* aut qualis quondam in Polonia, qua nobilibus hominem occidentibus, certa pecunia cadaveri imposita redimere pœnam licuit, de quâ *Treutl. vol. 1. disp. 1. th. 8. lit. B.* aut qualem nobilitas Poloniæ à Ludovico Rege extorserat, ut se judice nobiles causam agerent, quoties de fama aut capite quæreretur, quo ipso clementia Regis flagitiorum impunitas secuta, *Bodin. lib. 4. de Republ. cap. 6.* Quales etiam fuere antiquæ consuetudines Saxonicæ: Ut Suevicæ mulieres ab omni successione in terris Saxoniæ excluderentur; Ut Saxoni super quocunque facto extraiudiciali, de quo testimoniis plenissimè convictus erat, permittebatur innocentiam iuramento purgare: Item ut Saxo reprehendere posset sententiam adversus se latam, modò eam iniquam dixisset, & adversarium ad duellum provocasset. Quas consuetudines tamen Carolus Magnus immutatas reliquit, propter duritiem Cordis eorum, *Alb. Krantz. lib. 2. Saxon. cap. 21.*

7.

8.

Cæterum, Imperator ita iustitiam administrabit, ne limites egrediatur legitimi processus, quodque ne faciat, iuratò obstrictus: Imprimis enim, (verba habent Capitulationis) si quis Elector, Princeps vel alius, cui Regalia, libertas, privilegia, vel iura imminuta, ablata, subtracta, arrestata vel turbata fuerint, adversarium suum ordinaria iuris via convenire, & in iudicium vocare volet, aut processus iam institutos & pendentes haberet, quo minus id agat aut persequatur, non impediemus, nec prohibebimus, sed suum iuri cursum liberum permittemus &c. *Goldast. dd. locis.* Quid enim si aula Cæsarea vel Camera Imperialis causas subditorum principum aliorumque statuum Imperii in prima instantia ventilare, deque iis cognoscere vellet? Quod maximè contra Imperii processum, cum isti ad summi principis curiam citati comparere non tenentur, quamvis hic cum quocunque Vasallo

9.

ab

ab inferiore in jurisdictione concurrat, *l.1.§.cum urbem ff. de off. praefecti urb. Paurmeist. de jrrisdict. Imp. Roman. lib. 1. cap. 18. Ordinat. Cam. part. 12. tit. 27.* Nec enim Subditi Electorum ad aliud tribunal praeterquam ipsorum evocari possunt, quod privilegium Electoribus in *A.B. tit. 11.* concessum, & subsequentium Impp. indulgentia ad alios quoq; status extensum: Hujusque juris conservandi causa Impp. in capitulatione promittere solent, se statuum subditos ordinariis suis judiciis, relicturos, ita enim jurant: Electores quoque Principes, Praelatos, Comites, Barones, Nobiles, aliosque Status ac Subditos Imperii nullis processibus judicialibus seu extrajudicialibus compositionibus extra Germaniam & ab ordinariis eorum judicibus, evocabimus, citabimus, trahemus. Sed omnes ac singulos in Imperio juxta sanctionem Aureae Bullae & tenorem ordinationum ac constitutionum Imperialium, apud Ordinarios suos judices conveniri permittemus. Hoc ipsum autem intelligendum est de evocatione ea, quae fit litis causa, non testimonii dicendi gratia, Subditi enim statuum à Commissariis Camerae testimonii ferendi causa evocari possunt, cum favor probationum sit maximus, & in mora saepè periculum ratione examinationis testium versetur, *Rutg. Ruland. part. 1. de commiss. lib. 5. cap. 28.* Quod & probat praxis Camerae, licet à nonnullis statibus quandoque sit contradictum, *Gail. lib. 1. obs. 98. n. 2.* Sane cum Elector Saxon. Augustus olim testibus mandaret, nec compararent. Commissarius hac de re conquestus à Camera impetravit, mandatum sine clausula, quod & Electori insinuatum, ut maximè etiam hic A.B. privilegium praetenderet, *Arum. ad tit. 11, A.B.* In causa quoque fractae pacis, Statuum Subditos à Camera evocari posse ostendit *Ordin. Cam. part. 2. tit. 9.* quae ita generaliter fundat jurisdictionem Camerae ut non modo immediatè Imperio subjecti, nullo obstante privilegio, nulla fori declinatoria: violatae pacis nomine ad eam recta evocentur. *Petr. Frider. lib. 1. de processf. cap. 22.* Sola domus Burgundica etiam in hoc casu cum suis ducatibus & dominiis libera est, idque ex conventione inter Carol. V. Imp. & status Imperii

10.

11.

12.

Anno 1548. inita *Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 11. Petr. Frider. dict. loco.* Quod tamen de Subditis istius domus accipiendum, Dux enim ipse si pacem publicam violaverit, non secus ac quis Imperio subjectus in Camera conveniri potest. Regulariter verò Imperator de statuum Imperii, subditorum causis tunc cognoscit, cum hæ per appellationem vel ad ipsum solum devolvuntur, ut si ad aulam Cæsaris lites protrahantur vel ad ipsum & status Imperii simul, quando lites ad Cameram remittuntur, cum enim Imperator publicis Romani Imperii curis nimis occupatus, privatorum litibus dirimendis vacare non posset, communi statuum Imperii consensu à Maximiliano I. Anno 1495. Camerale consistorium institutum fuit, Das Käyserliche / vnd des heiligen Reichs Cammer Gericht / in quo Vice Imperatoris & statuum de causis litigantium cognosceretur, *Münster. lib. 3. Cosmogr. fol. 691. Matth. Stephan. de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. part. 1. cap. 3. Schonborn. lib. 5. polit. cap. 50. Petr. Frider. de process.* Habeat jam licet Gallia septem Parlamenta à Philippo Pulchro Anno 1204 instituta, Parisiense, Tholosanum, Burdegalense, Gratianopolitanum, Divionense, Aquense, & Rotomagense, *Petr. Gregor. Tholos. lib. 47. syntagm. cap. 27. num. 6. & 9.* Habeat licet Regnum Angliæ tria Tribunalia nobilissima *Thomas Smit. lib. 2. de Republ. Angl. cap. 12.* cum hisce tamen omnibus Camerale hoc judicium certare posset, quod perfectissimum Justitiæ lumen & columen, Asylum collitigantium oppressorum, domesticæ disciplinæ, Legum, morum totiusque Reipublicæ propugnaculum & incorruptissimum judicum imperii dicasterium, *Vent. de Val. partb. Litig. lib. 1. cap. 16. & 4.* In hoc Imperator una cum Statibus Imperii per Camerales iniquas sententias inferiorum magistratuum reformat, & jus suum cuique tribuit. Subditis tamen Electorum ad hoc Asylum confugere non licet *tit. 11. A. B.* quippe Electores, cum ob singularem industriam, explorata ipsorum

14. fide & gravitate ad hujusmodi officii magnitudinem adhibentur, non aliter existimavit Imperator judicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret judicaturus,

rus, ut de præfectis prætorio dicitur *in l. 1. §. 1. ff. de off. praef. praetor.* quibus Electores æquiparari solent, ab hisce ergò provocatio non conceditur, *Peucer. lib. 5. Chron.* hoc jus Saxonici & Brandenburgici Electores constanter retinuerunt, etsi enim scribat *Heiggius lib. 1. quaest. 4. num. 32.* quem sequitur *Arum. ad tit. 11. Aur. Bull.* Brandenburgicum Electorem non ita dudum per concessionem Imperialem hoc ius recuperasse, ipsum tamen hoc constanter retinuisse, nec unquam amisisse, apparet ex renovatione privilegii huius facta à Rudolpho II. cui causam dedit, quorundam hoc privilegio non obstante ad Cameram appellantium petulantia, de hoc ut minus dubitetur, renovationem privilegii apponere placuit.

WJr Rudolff der ander von Gottes Gnaden Römischer Käyser/etc. Bekennen öffentlich mit diesen Brieff/ vnd thun kundt allermänniglichen / das vns der Hochgeborne Johans Georg Marggraff zu Brandenburgk / des heiligen Römischen Reichs Ertzkämmerer vnd Churfürst/ zu Stettin/ Pommern / der Cassuben vnd Wenden Hertzog/ Burggraff zu Nürnbergk/ vnd Fürst zu Rügen / vnser lieber Oheimb vnd Churfürst/ fürbracht/ ob wohl S. L. meinung vnd Gemüt nicht sey / sich auß vnsern vnd vnsern Nachkommen Römischen Käysern/ vnd des heiligen Reichs gebührlichen Gehorsam zu entziehen / oder vnsern Käyserlichen Cammergerichte in seiner hoheit /*praeminents* vnd gebührlichen Gerichtszwang etwas abzubrechen / sondern S. L. vielmehr geneiget weren/ Vns/ vnd Vnsern Nachkommen am Reich vnterthänigsten trewen Gehorsam zu leisten / auch die gemeinen des heiligen Reichs Ordnunge / Policey vnd *Justitien* erhalten / auch neben andern Ständen befördern zu helffen / wie dann S. L. Vorfahren / auch S. L. in Sachen so ohne mittel in erster instantz an vnser Käyserlich Cammergerichte / inhalts vnser des heiligen Reichs Ordnung gehörig / vnd S. L. als Parth/ belangter vnser vnd des Reichs Cammergerichts *Jurisdiction* niemals gepflogen / sondern darinnen rechtgeben vnd

genommen hetten / auch noch zugeben vnd zunemen erbötig weren/sich auch sonst als ein gehorsamer Churfürst des Reichs zuhalten / vnd des heiligen Reichs Ordnung vnd Satzunge trewlich nachzukommen schuldig erkennen / so were es gleichwohl bey S. L. Vorfahren der Churfürsten zu Brandenburgk / als des heyligen Römischen Reichs Ertz Kämmerern (die da nach außweisunge der gemeinen Recht vnd gülden Bulla / des nicht Appellirens halben fürnemlich *privilegirt* vnd begnadet)
„ vber hundert vnd mehr Jahren / vnd also weit vber Menschen
„ gedencken eingeführt/herbracht/gebrauchet/vnd behalten wor-
„ den / daß niemand von der Churfürsten zu Brandeburgk Vr-
„ theilen *Decreten*, Erkendeniß vnd Abschieden/ so durch sie vnd
„ in jhren Namen in der Partheyen Sachen / so an vnd für jhren
„ Hoff anhängig/gesprochen oder außgegangenen / an vnserer
„ Vorfahren/vnser vnd des Reichs Cammergericht zu *appelliren* macht gehabt/sondern es weren S. L. Vnterthane/Landstände/ vnd Lehenleute/auch die Frembden/so für J. L. Hoff zu thun gehabt/schuldig gewest/vnd noch/es bey derselben vrtheln / *Decreten*, Erkändnüssen vnd Abscheyden /so in derselben nahmen gesprochen/oder außgangen/ohne weiterer berüffung/ *Appellation*, *Supplication* oder *reduction* an vnsere Vorfahren Röm. Käys. vnd Könige/oder vnser Käys. Cammergerichte / oder jemands anders bleiben zulassen / es schwüren auch alle S. L. *Prelaten*, Herren vnd von der Ritterschafft/die von S. L. Lehengüter hetten/in jren Lehenpflichten/daß sie jre Lehen nirgends andswo vertrechten wolten/denn vor S. L. vnd derselben Mannen. Zu deme hetten für vielen langen Jahren vnd vber Menschen gedencken S. L. vnd derer Vorfahren die Churfürsten zu Brandeburgk viel vnterschiedliche in jhren Landen geordnet vnd gehalten / die auch S. L. nochmahls also hielten / vnd der gestalt angestellet worden/daß erstlich vor die von Adel an vnterschiedlichen Orten des Landes/als in der alten Marck / vber Marcke Prignis/ Lande zu Steil/vnd Ruppin/sonderliche Land Höff/ vnd Quartal Gerichte gehalten würden/so hette auch eine jedwede Stadt jhr sonderlich Gerichte/für welchen die Sachen erstlich durch die Partheyen angefangen/ vnd klaghafft gemacht werden / vnd

wann

wann alßdann von denselben Richtern ein Vrtheill gesprochen würde/dem/so sich des Vrtheils beschwert findet / nachgelassen an S.L.Cammergerichte/das S.L.für vnd für in jhren wesentlichen Hofftager zu Cölln an der Spreu/mit ansehnlichen tapffern von Adel/Rähten vnd Rechtsgelehrten/ vnd gewürdigten Personen besatzt hielten/zu *Appelliren*,vnd da eins oder das ander Theil vermeinet/daß durch die Cammergerichts Räthe in jhren *Appellirten* Vrtheil der Sachen auch zuviel oder zu wehnig gethan/stünde demselben frey /zum dritten an S.des Churfürsten zu Brandenburgk L. selbst zu *Suppliciren*, dahero dann in derselben dritten *Appellation instantz* S. L. durch die Juristische *Facultet*, S. L. *Universitet* zu Franckfurt an der Oder / oder andere außländische Juristische *Facultetem* , endlich in jhren Namen/was recht vnd billich/erkennen liessen. Daß also krafft dieser Vnordnunge/die vierdte vnd weitere *provocation* auch nach versehung gemeiner beschriebenen Rechte/nicht zulässlich sein köndte. Da sich auch je zu zeiten zutrüge/daß der Parthenen Sache erstlich *in prima instantia*.vnd also *immediatè* vor S.L.Cammergerichte anhängig/vnd in S. L. Cammergerichts Räthe namen ein Vrtheil darauff eröffnet würden/ so hetten doch abermahls die Parthen/so solch Vrtheill anfechten wolten/gnugsame vnd vberflüssige *remedia*.darzu nemlich/ das sie gleicher gestalt innerhalb gebührlicher frist/nemlich 10. Tage nach eröffnunge desselben/an S.L.*suppliciren*, vnd in jhrer *Justification*, solcher *Supplication* , die Vrsachen warumb sie sich dessen beschwerte/anzeigen mögen/ darauff würde als denn auff die vorige *Acten*, vnd was eine jegliche Parthey zu jhrer notturfft in solcher *Supplication instantz* ferner einbrachte / wiederumb mit gehabten Rathe / den Franckfurtischen / oder anderer frembder Rechtsgelehrten vnd erfahrnen/in seiner L.namen gesprochen/vnd je zu weilen wann die Parthen noch nicht ruhig seyn wollen/auch wol eine *revision* aller *acten*,vnd darauff ergangener Vrthel angeordnet/daß also durch diese Mittel des vbereilens sich einige Parthey nicht zu beschweren oder zubeklagen / daß sie mit jhrer notturfft nicht gehöret würden.

Hiergegen aber/wen die Parthey/so die Sachen/durch so

viel gleichfahrunge Vrthel verlohren/vnd dieselbe zu jhren Vortheil lenger auffzihen wolte/vber diß alles solt nachgelassen werden/an vns oder vnsere/ vnd des Reichs Cammergerichte zu *appelliren* / würden die Rechtfertigungen dadurch vnsterblich gemacht/vnd müsten endlich die Armen/ die gleich eine gute gerechte Sache hetten/von wegen jhres vnvermögens Rechtloß bleiben. Es were auch in der gülden Bullen außdrücklichen versehen/das die Churfürsten in gemein sonderlich damit begnadet/daß niemand jhre Vnterthanen vor andere Gerichte ziehen vnd laden solte / welches auch auff die *Appellationen*, daß dieselbe niemands von jhren Gerichten an andere Orte vornehmen solte/ jederzeit verstanden werden. Solche S. L. als eines Churfürsten zu Brandenburgk seine Gerechtigkeit das nicht des *Appellirens*, hetten auch S. L. vnd derselben Vorfahren auff vielen gehaltenen Reichtagen / wann von verbesserung der Cammergerichts Ordnung gehandelt/in gegenwart der Churfürsten / Fürsten / vnd Stände des Reichs öffentlich vorbringen lassen / vnd were dasselbe von vnsern Vorfahren / oder vns vnd den Ständen / sondern obertzehlter / vnd vielmehr anderer Stände halben / so es der gestalt herbracht / in jüngster zu Augspurgk des fünff vnnd siebentzigsten Jahres der minder Zahl verneuerten vnd verbesserten Cammergerichts-ordnung/vnter dem Tittel/von welchem Richter vnd was Vrsachen möge *Appellirt* werden / die Clausull *inserirt* vnnd gesetzt würden / (Doch einem jeden seine *Privilegia* vnnd
" Freyheiten vorbehalten/) S. L. vnd derselben löbliche Vor El-
" tern weren auch bey solcher jhrer Churfürstlichen befreyhung
" bißanhero geruhiglichen gelassen worden. Vnd auff solches alles hat vns obgedachter vnser Oheimb vnd Churfürst/Marggraff zu Brandenburgk/Johannes Georg weiter fürbringen lassen/daß bey diesen letzten bösen zeiten vnd leufften / da die Leuthe je lenger je mehr sich allerley Vngehorsambs/Muthwillens/vnd vnziemlicher vnd vngerechter Händel vnterstanden / vnd sich niemandt mehr an gleich vnd Recht wolte begnügen lassen / Sondern sich allerley dahin zum höchsten befleissigen/ wie einer dem andern/vnter dem Schein des Rechtens / Vnrecht

recht thun/vnd seinem Widertheil auch / in gerechten Sachen so lange vorgehen / vnd jhn dermassen allenthalben auffhalten möchte/daß er des handels müde würde / oder armuth vnd unvermögens halben / seine gute sache gar müsse stecken vnd liegen lassen/wol unruhige Leute möchten befunden werden/denen mit Recht vnd billigkeit in jhren vngegründeten Sachen nicht beyfall köndte gegeben werdem / die auß keiner notturfft / sondern nur frevendlich von S. L. rechtmessigen gesprochenen Vrtheiln/darinnen nach fleissiger vnd vielfältiger bewegunge / vnd manntgfältiger *revision* der *acten*, das jenige / so die Rechte vnd billigkeit geben / erkandt werden alleine zu gefährlichen Vorzug/erlängerung vnnd außflüchte der Rechten vnd Justitien / auch hinderung der *execution* an vnser Käyserlich Cammergerichte zu *Appelliren* sich vnterstehen dürffen / vnd ob wol S. L. solcher Muthwillen in dero Landen bißanhero nicht gestattet/auch dasselbe ferner nicht nachzulassen / fug noch macht hatte / Damit aber gleichwol S. L. desto mehr Vrsach hetten solch vngebührlich fürnehmen abzuwenden vnd fürzukommen / vnd nicht auff eines jeden muthwilliges vornehmen solche wolhergebrachte Gerechtigkeit/des Churfürstl. Hauses zu Brandenburgk/erst in obgemeltem vnsern Cammergerichte weitleufftig vorbringen/auch mit grossem Nachtheil der *acten* Partheyen mit der *execution* stille halten / oder beschwerliche *mandata* vnd *process* des Cammergerichts gegenwertig seyn dürffen. Als hetten S. L. solches vns nach der länge anzeigen wollen/vnd dem allen nach vns vnterthänigst angeruffen vnd gebeten/daß wir solche der Churfürsten zu Brandenburgk herbrachte Gerechtigkeit das nicht *Appellirens* von jhren Vrtheilen / *Decreten*, vnd Erkendtnissen dessen sie obgemeldt ohne des befugt / vnd bißhero " vnverrückt gehalten/jhnen vnd jhren Vnterthanen zum besten/ " zu beförderung vnd fortsetzung der *Justitien* in S. L. Landen/ " durch vnser sonderbahr *Privilegium* zu bewilligen/zu vornewern " zu stärcken/zu bekräfftigen / vnd zu bestättigen gnädiglichen be- " ruhen wollen.

Als haben wir angesehen solche S. L. vnd derselben Vorfahren/die Churfürsten zu Brandenburgk/vns vñ vnsern Vorfahren

ren an dem heiligen Reich/in viel wege gethan/vnd S.L. hinfuro auch wol thun mag vnd soll / vnd demnach mit guter vorbetrachtunge vnd wohlbedachtem Muth vnd rechten wissen / gedachten vnsern Oheimb vnd Churfürsten/Marggraff Johann-Georgen/ vnd S. L. nachkommenen Churfürsten zu Brandeburgk/solche jhre Gerechtigkeit/des nicht *Appellirens* von ihren
" Vrtheiln/ *Decreten*, Bekendeniß vnd Abschiden / Inmassen sie
" dieselbe hergebracht/bewilliget/ernewert/bekräfftiget / *confirmi-*
" *ret* vnd bestätiget haben. Wir bewilligen/ernewern/bestettigen/ bekräfftigen/*confirmiren* S.L. auch dieselben von Röm. Käyserl. macht Vollkommenheit / hiermit wissentlich / in Krafft dieses Briefes/also: Daß von keinen Bey oder Endt Vrtheiln / Erkendnüssen/ *Decreten*, Abschieden/so in des Churfürsten von Brandenburgk Nahmen / an deren Hoff gesprochen vnd eröffnet worden/in allen Sachen durch niemandt/in was Würden/ Stande oder Wesen der sey / weder an vns / vnsere Nachkommen am Reich / oder vnsern Käyserlichen Cammergerichte oder jemandts anders *appelliret*, *suppliciret*, noch *reduciret*, werdē soll / noch mag in keiner weise/sondern S.L. vnd deren Nachkommen Erkändniß/Vrtheile/ *Decreta*, vnd Abschiede sollē gantz kräfftig vnd mächtig sein / stets bleiben vnd gestercket werden. Meynen vnd setzen / ordnen vnd wollen auch / daß solche der Churfursten zu Brandenburgk hergebrachte Gerechtigkeit/vnd diß vnser gegeben *privilegium* des nicht *Appellirens*, kräfftig vnd beständig seyn/vnd die Churfürsten zu Brandenburgk/ jhre Erben vnd nachkommen / sich derselben erfrewen / geniessen / vnd mercklich gebrauchen mügen/von vns/vnser Nachkommen von Reich/Römischen Käysern vnd Königen / vnd sonst männiglich daran vngeirret vnd vngehindert.

Wir wollen auch allen beschriebenen Rechten vnd Reichsordnung/so solcher des Churfsten von Brandenburgk Freyheit vnd diesem vnserm gegebenen *Privilegio* zuwieder seyn möchten so viel die Churfürsten zu Brandenburg in diesem Fall angelanget /*derogiret* haben/ *Derogiren* demnach allen / setzen vnd erklären/auß rechten wissen/vnd Römischer Käyserlicher Macht vnd Vollkommenheit/ daß solches alles wider der Churfürsten zu Brandenburgk Gerechtigkeit / vnd vnsern darüber gegebenem

nem *Privilegio*, keine Krafft noch wirckung haben / vnd denselben zu keinem Abbruch vnd Nachtheil gereichen soll. Da auch hierüber durch jemands von des Churfürsten zu Brandenburg Erkendtniß/Vrtheiln/ *Decreten*, oder Abschieden/ *Appellation* oder *Supplication*, *reduction*, oder Beruffung geschehe/, so sollen S. L. denen zu *deferiren* nicht schuldig seyn / auch von vns vnsere Nachkomimen an Reich/vnd dem Cammergericht nicht angenommen/noch darüber *inhibiret* werden / vnd do derselben oder Mehr vielleicht auß vnwissenheit oder vergessenheit angenommen werden / so setzen / ordnen vnd wollen wir doch / daß solches den obgemeldten von den Churfürsten von Brandenburgk / hergebrachte Gerechtigkeit / vnd vnsern darüber gegebenem *Privilegio* vnnachtheilig vnd vnabbrüchig / auch dieselbe *Appellation*, *Supplication*, auch was darauf gehandelt vnd fürgenomen würde/gantz krafftloß/vntüchtig vnd nichtig seyn solle/daß wir auch alles vnd jedes auß obbestimmter Käyserlicher Macht/Vollkommenheit vnd rechtem wissen/jetzt alsdann / vnd dann also jetzo/vntüchtig erkennen/erklären / *cassiren* / vnd verhindern/in der besten Form/als wir das thun mögen/vnnnd gebieten darauff jeglichen vnd allen Churfürsten/Fürsten/Geistlichen/vnd Weltlichen *Pralaten*, Graffen/Freyherrn/Rittern / Knechten/Hauptleuthen/Landtvoigten/ Voigten / Pflegern / Verwesern/ Amptleuthen / Schultheissen / Bürgermeistern / Richtern/Räthen/Bürgern/Gemeinden/vnd sonst allen andern vnsern vnd des Reichs Vnterthanen/vnd Getrewen/wes Würden/ Standes/ Wesens die sein / vnd sonderlich jetzigen / vnd künfftigen / vnsern Cammerrichtern vnd Beysitzern vnsers Käyserlichen Cammergerichts im heiligen Reich ernstlich vnd festiglich mit diesem Brieff / vnd wollen / daß sie bemeldten vnsern Oheimb/den Churfürsten zu Brandenburgk/vnd S. L. Erben vnd Nachkommende/an der Chur zu Brandenburg/ an solchen jhren Brauch vnd Gerechtigkeit/das nicht *Appellirens*, Inmassen S. L. dieselben herbracht/vnd diesem vnsern *privilegio* nicht irren noch verhindern/sondern sie darbey geruhiglichen bleiben/vnd derselben gebrauchen vnd geniessen lassen.

Als lieb einem jeden sey/ vnsere vnd des Reichs schwere

Vngnade / vnd darbey ein pœn, Nemlich / hundert Marck lödrigen Goldes zuvermeiden/ die ein jeder / so offt er frevendlich darwider thut oder handelt / halb in vnsere vnd des Reichs Cammer/ vnd dee andern halben theil dem Churfürsten zu Brandenburgk/zubezahlen verfallen/seyn solle. Zu Vrkunde dieses Briffes besiegelt mit vnsern Käyserlichen hangenden Bulla.

Facta autem hæc renovatio Anno 1586. ut apparet ex his quæ tradit *Petrus Fridericus in tract. de process. & mand. extrab. in fin. sub rubr. de privilegiis quorund. Imp. stat. pag. 308.* in qua benè notanda sunt verba circa principium fere, ibi: Vber hundert vnd mehr Jahren / vnd also weit vber Menschen gedencken eingeführet / herbracht / gebrauchet vnd behalten worden / daß niemandt von der Churfürsten zu Brandenburgk Vrtheilen / *decreten*, Erkendniß / vnd Abschieden / etc. an vnserer Vorfahren / vnser vnnd des Reichs Cammergerichte zu *appelliren* macht gehabt. Et in vers. Hiergegen aber / ibi: E. L. vnd derselben löbliche Vor Eltern weren auch bey solcher ihrer Churfürstlichen befreyhunge bißanhero geruhiglichen gelassen worden. Item: Vnd ob wohl seine Liebe solchen Muhtwillen in dero Landen bißanhero nicht gestattet / auch dasselbe ferner nicht nachzulassen fug noch macht hette / etc. Et postea: Daß wir solche der Churfürsten zu Brandenburgk hergebrachte Gerechtigkeit des nicht *appellirens* von ihren Vrtheln / *decreten*, vnd erkendnissen / deren sie obgemelt / ohne das befugt / vnd bißhero unverruckt gehalten / etc. Ex quibus manifestissimum, hoc privilegium nunquam amissum, nec de novo ab Imp. Rudolpho II. concessum, sed potius renovatum & confirmatum fuisse. Hoc

16. etiam jure de non appellando gaudet reliqui principes Saxonicæ familiæ, ut apparet ex cõstitutione Ferdinandi Imp. Anno 1559. & Rudolphi II. Anno 1586. Idq; privilegium ipsis concessum propter ignorantiam juris Saxonici, quam illi, qui in aula Imp. aut etiam in Camera Imperiali adsident, habere præsumuntur, *Buxdorff. ad A. B. tit. 11. Sixtin de Regal. lib. 1. c. 5. n. 15. Heig. dict. quæ. 4. n. 42. Gilman. in symphorem. tom. 6. c. 15. 6.* Archiduces quoq; Austriæ inter cætera sua à variis Imperatoribus

ribus impetrata privilegia etiam hoc habent, Daß von jnen an einen Römischen Käyser vnd König / noch an des Reichs Cammergerichte/oder ander Gerichte nicht appellirt, supplicirt, noch redimirt werden kan/ *Mich. Schifer. de orig. & potest. Elect. concl. 74.* Reliqui Electores hodiè ut alii quidam status in certa summa hoc privilegio gaudent, ita ut si lis istam non excedat, appellatio non admittatur, qualis summa est apud Trevirensem 500. Römische fl. in Goldt / Episcopum Magdeburgensem 600. fl. in Müntze/in realibus, in personalibus verò & mobilibus 400. fl. in Müntze/ Lüttich 1200. fl. in Goldt / Brixen 300. fl. in Müntze/Metz 500. fl. in Goldt/Bäyern 500. fl. in Müntze/Braunschweig/300. fl. in Goldt/Pomern 300. fl. in Goldt/Mechelnburgk 300. fl. Goldt/Regenspurgk 400. fl. Müntze Nürnberg 600. fl. Müntze/Straßburg 600. fl. Müntze/Fräckfurt 200. fl. Müntze/ Cöln 300. fl. Goldt/Lübeck 200. fl. Lübisch / Hamburg 600. fl. Goldt/Bremen 600. fl. Goldt/ &c. de quibus *vid. Gilm. in Symphorem. supp.* adversus sententias autem eorum qui hoc privilegium de non appellando habent, ne quidem supplicare licet. *Arum. dict. tit. 11. A. B.* quod verum nisi justitia fuerit denegata, *Besold. de appellat. c. 2. num. 105. & seqq.* Adeoque regulariter Imperator vel solus quatenus in Camera una cum statibus Imperii judicis vices agit, in secunda demum instantia de causis cognoscit, juque administrat, nec judicem competentem in prima instantia in exercitio jurisdictionis impedire potest, cum status Imperii privativè non cumulativè sint investiti, *Henr. Bocer. de jurisdict. c. 8. n. 80 pag. 394.* quam opinionem juvat *tit. 23. F. 2.* ubi Feudum instar usus fructus est, imo usus fructus dicitur, adeoq; Status Imperii in suo territorio suntusufructarii Proprietarius verò usufructuario impedimento esse non potest quo minus utatur fruatur prædio usufructuario, Necque contrarium probat *l. 58 ff. de judiciis & art. 60. lib. 3 jur. Saxon. vers.* In welche Stadt / ibi: In welch Landt der Käyser kömpt/daselbsten ist jhme das Gerichte ledig / daß der aller Klagen richtig mache/so fur jhn kommen. Cum ista sint exaudienda de jurisdictione temporali & revocabili, non de hæreditaria jurisdictione, aut quæ in feudum alicui

17. 18. 19.

data est, qualem hodierno tempore status tenent Imperii, eamque ad hæredes jure feudi transmittunt, ut proinde longè alia diversissima sit facies Romani Imperii, quam olim tempore antiquorum Romanorum, ex quorum legibus & constitutionibus quæstiones de præsenti statu Imperii non decidendæ juxta ea, quæ tradita supra *cap. 1.* Nec inepte *Bocer. dict. loc.* istos textus accipiendos esse putat de jure superioritatis, Von der Fürstlichen oder Gräfflichen Landes Obrigkeit & non de jurisdictione in rebus & controversiis privatorum.

20. Quodq; juris obtinet respectu Imperatoris in prima instãtia, idem etiam habendum de privilegiatis instantiis sive Austregis, ita ut nec Austregarum jurisdictionem Imperator impedire queat, cum hæ in locum primæ instantiæ introductæ, (ne immediatè Imperio subjecti censeantur deterioris Conditionis esse, quâm mediatè imperio subjecti, qui plures habent instantias) at, immediatè subjecti unam duntaxat, & ita dignitas immediatè Imperio subjectorum, in ipsorum odium detorqueretur, cui rei ita provisum est, *in Ordin. Cam. Imper. part. 2. tit. 2. & 5. seqq.* iisque locus est, nisi vel favori suo renuncient, vel peculiari aliquo jure utantur. Also / daß sie sonderliche rechtliche Außträge gegen einander hetten. *Gail. lib. 1. observat. 1. n. 29. & obs. 40. Schwanman. lib. 1. process. Camer. cap. 6. n. 1. Matth. Stephan. de jurisdict. part. 11. lib. 2. cap. 3. membr. 5.*

21. Accidit tamen quandoque, ut etiam subditi statuum in prima statim instantia in Camera Imperiali conveniri queant, si nimirum controversia sit de iis causis, quæ ad Cameram pertinent, ut si Religionis intuitu, contra constitutionem de pace Religionis factam fiat turbatio, aut si aliqui contra constitutionem de pace publica peccaverint, quod faciunt qui milites in Imperio sive Duces grassantes non repellunt, sed illis connivent *Ordin. part. 2. tit. 25.* qui per se vel per alium quacunque de causa vel sub quocunq; prætextu aliquem armis oppugnant, spoliant, capiunt, adversus alterum conspirant, fœdus ineunt, expeditionum suspiciunt, alterum ex possessione suæ rei dejiciunt, incendio aut quovis alio modo damnum alteri inferunt, *ordinat. p. 2. tit. 9.* §. so jemand *Recess. August. Anno 1555.* §.

stem

fegen demnach / qui pacis publicæ violatoribus auxilium ferunt, vel operam aut commeatum præstant dict. §. so jemandt *Gail, lib. 1. de pac. publ. cap. 10.* qui contra constitutionem de pace Imperii publica saltem aliquid tentant sive conantur, etiamsi conatum non perficiant, *Ordin. part. 2. t. 9.* § so jemand *Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 14.* Qui omnes propterea banno sive proscriptione puniendi, quæ ut secundum juris ordinem & processum legitimum fiat ac instituatur, curare Imperatori maximè incumbit, unde jurat inter alia quoq; Cavere etiam volumus ac non permittere, ut deinceps quisquam cujuscunq; status vel cõditionis existat, Elector Princeps sive alius quicunq; absq; causa vel inauditus banniatur & proscribatur sed ut ordinarius judiciorum processus & S. Romani Imperii Constitutiones secundum reformatam Anno 1555. Cameræ Imperialis ordinationem, observentur, salvis tamen læsæ partis defensionibus juxta sanctionem pacis publicæ, quod mẽbrum capitulationis non exaudiendum quando notorium omnibus & manifestum, contra pacem publicã fuisse peccatũ tunc enim delinquẽs ipso facto in pœnã proscriptionis incurrit ita ut alia cognitione & declaratione non sit opus, *juxta Recess. de Anno 1559.* damit bann hinfuro. In hisce causis omnibus sive in prima sive in secunda demum instantia in judicio Imperatoris ventilentur, Imperator maximè providebit, ut jus æquè administretur, idq; vel solũ. Propterea quod de sententia Imperatoris nullus detur ad alium regressus, stultum namq; illud admonere, à Principe appellare fas non esse, cum ipse sit qui provocatur, inquit, *Ulp. in l. 1. §. 1 ff. à quibus appell. non lic.* Et sententia illorum est erronea, qui putant ab Imperatore ad Papam appellari, nec enim causæ seculares extra Imperium Romanum trahendæ *p. 2. Ordinat. Cam. tit. 7.* adeoque consuetudo ista, ut in Prophanis Papa appelletur, corruptelæ potius nomine digna est, per ea quæ tradit *Mynsing. 1. obs. 14. Thom Mich. de jurisdict. concl. 43.* Ab Imperatore quidem male informato & instructo ad melius informandum & instruendum appellere licere multis probat, *Johan. Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 10.* ubi scribit in hunc modum à Francisco II.

22.

24.

Rege Franciæ Ludovicum Borbonium principem Condæum provocasse, & testatur *Job. Dauth. de testam. fol. 68 n. 36.* Principes ac Duces Luneburgenses Henricum & Wilhelmum in causa inter ipsos ab una, & civitatem Magdeburgensem & Hamburgensem ab altera parte vertente Anno 69 mense Augusto à Cæsare malè informato ad ejus majestatem melius informandam provocasse: Sed hæc appellatio est irregularis *Boc. de Regal. c. 2. n. 242.*

Cap. X.

DE ARTICULIS QUI OFFICIA ILLUSTRIA ET RESCRIPTA CONCERNUNT.

1. *Officia primaria non nisi viris idoneis & prudentibus conferenda.*
2. *Imperialia officia spectabilibus, viris ac saltem germanis ab Imperatore committuntur. 3. 7.*
4. *Hujus rei ratio quænam? 5.*
6. *Quisnam propriè sit germanus?*
8. *Mos Venetorum in constituendis magistratibus ac Nobilibus.*
9. *Officia publica non vendi ac emi debent.*
10. *In Rescriptis & tractatibus Imperator non nisi germanico vel latino idiomate uti debet.*

11. *Lau-*

11. *Laudes linguæ germanicæ & latinæ.* 12.
13. *Explicatio tit. 30. Aur. Bullæ.*
14. *Principi valdè expedit nosse linguas exteras.*

MAgna salutis pars & tota etiam Principis securitas cum à bona Administratorum sive Adjutorum lectione dependeat, *Bodin. li. 1. de Republ. cap. 10.* Princeps ipse primaria officia conferre debet, Fürstliche Tischreden *lib. 3. cap. 16. Christoph. Besold. lib. 1. politicor. cap. 7.* qui non nisi præstãtibus ac idoneis eadem demãdabit, exemplo Ludovici XII. Regis Galliæ, cujus in conferẽdis officiis prudẽtia fuit admirabilis, Catalogũ enim sive Codicem hic semper secum habebat in quẽ nomina Virorũ meritis præstantiũ & à se cognitorum referret, cumq; aliquando scribam quendã elegãti in oratione Aureliis ad se habita pulchertimè stantem illi honoratorum Codici inscribi curavisset, post aliquod tempus istius Oratoris recordans, ei officium de juge Mage, quod tum ob mortem Curatoris erat vacuum nihil tale cogitanti misso diplomate gratiosè concessit, *Ioach. Ernest. Dux Holsat. apud Frid. Achill. in orat pro gallia*, Vel exemplo Philippi II. Regis Hispaniarum, qui in officiorum distributione circumspectissimus & ita moderatus fuit, ut quantumvis multos ex magnatibus impensissimè amaret, tamen non nisi idoneis, sicq; pro singulorum meritis munera concederet, cum sciret, honores in homine inepto ut cibos delicatos in malo stomacho corrumpi, nec cujuslibet esse magnã fortunam concoquere, *Petr. Matth. in hist. Henr. 4. lib. 1. narrat. 4.* Hocq; summum Imperii gallicani visum fuit arcanum *Bodino* quod ad benevolẽtiam subditorũ erga Reges plurimũ valeat, si ipsi præmia, largitiones ac honores tribuãt *l. 4. c. 6.* præcipuas quoq; Regni personas sibi princeps obstringit, atq; obnoxias reddit, si publica Regni officia ipse tribuat, nam cum hoc, quod à principe habent, officium per eum facilè se amittere pos-

posse sciunt, ideo principem magis observare & colere studet. Ideoq; Romæ olim ad populi favorem Magistratuum constitutio spectabat, *Levi. 2. Dionys. Halicar. l. 5.* Adveniente verò principatu ad curam Principis Magistratuum creatio pertinebat *l. 1. §. 1. ff. ad l. jul. ambit. Christoph. Besold. dict. lib. 1 polit. c. 3.*

2. Hinc etiam Imperator officia primaria ac Imperialia in Imperio nostro confert, non quidẽ indistinctè omnib. aut iis qui sunt minorum gentium infimæ conditionis vel qualitatis & ad ejusmodi officia minus idonei, hoc enim esset vestigiis insistere Ludovici XI. Galliarum Regis sordidissimi, qui sartorum pro feciali, tonsorem pro Legato, Medicum pro Cancellario habuit, *Bodin. de Republ. l. 6. c. 2. Phil. Comineus tom. l. 3.* Sed spectabilibus & honoratis viris, qui nemini præter quã ipsi & Imperio sunt obstricti.

3. Nec hisce omnibus sed saltem Germanis, hocq; ut faciat, obstringitur jurata promissione; In Capitulatione n. inter alia, hæc habẽtur: Officia etiam Imperialia, quæ conferre habemus ut Rex Romanorum, in Aula nostra & alibi in Imperio, non alterius Nationis hominibus, quàm natis germanis iisdemq; non infimæ conditionis vel qualitatis existentibus, sed spectabilibus & honoratis Viris, veluti Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilib. aut aliàs Natalium splẽdore insignib. magnis personis committemus, qui nemini præterquam nobis & Sacro Imperio fide & officiis sint obstricti, &c. Insonderheit aber vnsern Geheimen/ vnd des Reichs Hoff Rath/mit Fürsten/Graffen/Herrn/vom Adel/vnd andern ehrlichen Leuten/nicht allein auß vnsern/auch mehrertheils denen/ so im Reich Teutscher Nation vnd andern Orthen erzogen vñ geboren/darinn begüetert/der Reichssachen wol erfahren/gutes Nahmens herkommens seind/ also bestellen/ damit männiglich schleunige vnpartheyisch justitia administrirt werden möge. Cujus rei ratio est, quod caput Regiminis sit præcipuum Nosse Rempublicam & civiũ linguã, ac mores cognitos habere, qua de causa etiã lege cautũ dicebat Moguntinus, qui ut Elector & Archicancellarius arcana imperii optimè callebat, *apud Sleid. lib. 1. de stat. religion.* Ne decus Imperii ad exteros transferatur, etiamsi enim Princeps, *inquit Comineus*, aliquis externus

bene

benè rem gerat & commodè gubernet, tamen quia moribus & ingenio differt, nec eam erga populum repræsentare potest benevolentiam, at si esset indigena, faciles oriuntur dissensionum occasiones, itaq; fit, ut ille quo principatum ad se delatū suasq; fortunas tueatur, aliunde militem & copias adducat, eorumq; præsidio se muniat, qui beneficiis deinde singulariter ab eo & honoribus aucti magnam multitudinis invidiam & odium in se concitant *l.8.comm.inf.* Hinc etiam Veneti, qui prudentiæ laudem habent, peregrinis in Reipublicæ administratione regulariter nullum relinquūt locum, neq; Helvetii peregrinū administrationi regiminis publici præficiunt, Belgarum quoq; privilegium est, ne peregrinus aut externus ad munera publica admittatur. *Arum ad tit.2.A.B discurs.2.* Germanum autem hoc loco intelligimus eum, qui in germania natus est, sicuti innuunt verba Capitulationis; latius accipitur Germanus in lege ista fundamentali Imperii, quæ de Imperatoris electione agit, Imperator enim eligitur etiam qui patre germano extra germaniam in lucem editus est, ut Frid.II.Imp. qui ab Henrico VI.Imp. germano natus in Sicilia lucem adspxit, *Henning.Göden.de elect.Reg.Rom.rubr.an eligi possit.Cusp.in vita Frid.II.* Nec tamen indistinctè cuilibet officia ejusmodi committenda, modo is sit germanus, sed iis demū qui Nataliū splendore sunt insignes & Imperio fideles. Qua in re quoq; prudentes sunt Veneti, apud quos Nobiles saltem aut Cives Veneti (hi enim nobiles sunt) ad magistratū aspirare possunt, omni spe plebi adempta, nec sine ratione generis potius nobilitas inspicienda, quàm facultatū ratio habenda, cum opifices possent fieri ditissimi, è contrario nobiles cùm ob liberale ingenium tùm facultatem in Rempublicam pauperrimi, *Casp.Cont.Card.de Magistr.& Rep.Venetor. l.1.p.8* adeoq; nobiles Veneti quàm primū 25.annū egressi ipso statim jure sessionē ac votū in Consilio magno habent, quamvis etiā ex iis quidam admittantur, qui 20.annum attigerunt, Singulis namq; annis quarta die decembris nomina eorū qui legitimi à parentibus aut consanguineis & testibus probati, si habeant 20 annos in Urnam, & tot pillulæ quot sunt eorum, in aliam

5.

6.

7.

8.

urnam cõjiciuntur quatũ pillularum quinta pars aurea, reliquæ argenteæ, extrahit princeps ex priori urna nomen, & statim, altera pillulã, quæ si aurea, juvenis jus habet publicæ potestatis & sic annis singulis quinta pars eorum, qui 20. annum attigerunt, ad Consilium magnum admittitur, [illegible] *dict. l. 1. pag.* 10. quod tamen vix Reipublicæ consultum [illegible], quid enim si fortuna istum juvet, in quo nec ingenii [illegible] eruditio suppleret annum 25. Rectius hoc, quod præter [illegible] Veneros ad senatum & isti admittantur qui virtute [illegible] aut de Republica benè meriti, unde videmus exteros [illegible] mines (quamvis hoc Irregulare) in numerum Civ[illegible] orum adscitos, vel quia nobilissimi, vel quia officiose [illegible] publicam fuerint. Quales etiam ipsis civibus præfe[illegible] qui nõ rarò cõmodo publico seposito opes privatas au[illegible] omnib. modis laborant. Hinc nullam unquã fuisse Re[illegible], scribit *Contar. dict. l.* 1. quæ institutione ac legibus ad [illegible] beateq; vivendum idoneis cum Republica Venetorum [illegible] posit, quod nempe homines Veneti patriæ salutem [illegible] do studuerunt, nulla privati commodi & honoris [illegible] tione, hinc nulla aut pauca admodum antiquorum [illegible] eta Venetiis extant, cum tamen domi, forisq; præcla[illegible] erint, sic cum Andreas Cõtarenus Dux Venetorum qui [illegible] bello genuensi gravissimo multum præstiterat, mortuus [illegible] mento cavit, ne ejus sepulchro quod ad hunc usq; [illegible] ur juxta templum Stephani, ulla ducis insignia aut suæ gentis affigerẽtur. Ut proinde non sine causa Capitulatio in cõferendis officiis ac dignitatibus mentionem faciat eorum, [illegible] requirat qui Imperio sint fideles & obstricti. Quo i[illegible] judicum collatio officiorum quæ fit per venditionem, qu[illegible] dio indistinctè omnes modo pecuniã habeant, ad digni[illegible] modi pervenire possunt, sed cum summo de[illegible] publicæ id quod Gallia experta, ubi officia præsidum & procuratorum generalium velut in auctione duodecim, quatu[illegible] & viginti millibus Francorum præstant venalia [illegible] *vel. l. 5. c. 35.* Idq; per aulicorum avaritiam pessimo mo[illegible] luit, unde fertur, 20. annis Regem ex officiorum ven[illegible] milliones librarum accepisse, *Thuan. hist. l. 60.* Hinc qu[illegible] issimi ac

ne-

nequissimi ex justitia ipsa rem faciunt promercalem, cum quæ emeris, vendere jurisgentium sit, quod bene animadvertens Elisabetha Regina Caroli IX. uxor, Maximiliani II. Imperatoris filia, cum defuncto marito defuncto marito reditũ ad patrem in germaniã pararet & donationes propter nuptias Petro Gondio Parisiensium Episcopo & aliis viris probis cõmitteret, iis speciatim mãdavit, ut munera publica viris idoneis nullo accepto pretio, concrederent, quod & religiosê observatum est, *Thuan. dict. l. 60.* Utq; omnis spes officiorũ Imperialium extraneis, qui ut morum, ita plurimum germanicæ linguæ sunt insolentes, præcideretur, constitutũ est, ut in tractatibus & Rescriptis non aliud, quam germanicum vel latinum idioma usurpetur *Sleid. l. 1. de stat. relig.* Hinc Imperator quod in actis Imperii nullo alio sermone uti velit, in Capitulatione Electoribus promittit, quando jurat: Adhæc inscriptis & actis Imperii publicis nullo alio sermone vel Stylo utemur quàm germanico aut latino, nisi forte iis in locis ubi aliæ linguæ in usu forent, ibi enim cum nos ipsi tum nostri ministri eodem sermone licite utemur. Cujus rei tamen alia quoq; ratio reddi potest: Quod nempe ex linguæ alterius usurpatione subjectionis indiciũ oriatur, maximum enim & certissimum majestatis argumentum est, posse subditos cogere, ut imperãtis lingua ac sermone utantur. Requirit ergo Imperii quod ad germanos translatum est, majestas, ut non solum animus & virtus germanorum dominetur, sed etiam lingua eorũ floreat. Hinc in gallia ad gallicum sermonem tribunalia judicia & majoris Curiæ decreta à latina lingua revocavit Franciscus major vel potius Ludovicus XII. quod servile esse animadverterent, non suo sed alieno sermone in illis rebus, quæ majestatis propriæ sint uti, *Kirch. de legato. lib. 2. cap. 7. n. 34. Bodin. lib. 1. de Republ. c. 10.* Et cur Imperatores nostri alieni potius sermonis quam germanici in actibus præsertim Imperii publicis usurpandi studiosi esse vellent, cũ nostræ linguæ tanta maiestas ac dignitas, ut cum aliis omnibus de elegantia deq; selectissimorũ verborum circumductione, & periculorũ decenti tractu certare possit, *Arn. Clapm. de arcan. Rerumpub. lib. 3. c. 22.*

10.

11.

Webner. in præf. ad observ. pract. Adeoq; in ipsa gallia ante aliquot secula honestiores & Nobiles germanica Rustica autem & viliores Romana illa corrupta sive hodierna gallica [illegible] Rusticam Romanam & Squamam latini sermonis [illegible] subiginem trivialium barbarissimorum dicebant, usi [illegible] *Lips. cent. 3. Epist. 44.* Ut non sine causa miretur *Kirchn.* quod Principum ac Electorum Oratores ad exteros Reges missi, [illegible] purpurā suam subjiciant, quæ cum dignitate [illegible] Regio jure ac meritò æquiparatur, dum plerumq; [illegible] linguam non latinam aut vernaculam sed gallicam [illegible] foris commodant, *de legato dict. lib. 2. c. 7.* [illegible] quidem inter linguas ita distinguunt, ut cum Deo [illegible] majestatem Hispanicè, cum principibus ob gravitatem [illegible] cum fœminis ob gratiam gallicè, cum hostibus verò [illegible] germanicè loquendum esse autument. *Rudolph. [illegible] Dux Sax. apud Frid. Achill. in orat. contra galliam.* Sicut [illegible] illa sive fabula sive historiola de quodam legato germano [illegible] narratur, qui apud Imperatorem Carolum V. german[illegible] jussus, cum sermonis & linguæ autoritate Hispanum [illegible] plausum commovisset, ex istis unus ita censuit [illegible] germanicam linguam & graviorem & sev[illegible] que se credere, & Deum, cum expelleret è paradiso Adamum & Angelum gladio formidabilem, qui Paradisi custos [illegible] est, terroris majoris causa germanica lingua [illegible] patrem increpuisse? Cui tamen germanus [illegible] reposuit: Hispanicæ linguæ non minus se magnificare pompam, quam subtilitatem, & persuasum habere, Diabolum cum [illegible] circumvenire vellet, lingua hispanica fraudum & [illegible] consiliorum tragulis aptissima usum fuisse. *Rudol. [illegible] dict. orat. contra galliam.* Sed nostram linguam Viri a[illegible] enim germani Viri sunt, ita illorum lingua & [illegible] virilis quæ nemini nisi qui virilem animum non [illegible], ingrata esse potest.

12. Latinæ autem vocis honos etiam ob veterem matris Romæ Imperiiq; Romani ad germanos translati memoriā, non immerito videtur à Latinæ dignitatis successoribus studiosè re[illegible]

soli simul & usq; servari debere, *Kirch. de off. & dign. legati l. 2. c. 7. n. 39.* Neq; enim illa lingua ut peregrina æstimanda germaniæ est, quæ in locum vicemq; omnium gentium domicilii, in quo latina lingua imperitavit toti orbi, successit, neq; minus nos Romani Cives sumus quàm olim Latini fuerunt, *Laurĕtius* von Wensin *apud Frid. Achill. in orat. pro Italia.* familiaris quoque lingua Romana non solùm in Europa, sed etiam in Asia & Africa, cum enim Romani sibi totius orbis Imperiũ vendicarent, & illud sine legibus stare non posse viderent, latino sermone leges proponebant, & latino etiam sermone eas prælegi, & à procuratoribus ac JCtis secundum eas res agere volebant: Cùm verò illi, qui res suas pro judicio agere volebant, non possent latinè illud peragere, necessario coacti sunt, filios suos eò mittere, ubi hanc linguam addiscerent, licet postea ad res etiam familiares adhiberi cepta sit, *Keck. in syst. polit. l. 1. c. 2.* Unde etiam factum ut in cunctis ferme provinciis omnes contractus, omnia pacta, omnia decreta & sententiæ nullo alio quam latino charactere fuerint & scripta & proposita, omnes etiam eadem lingua auditæ legationes. *Kirchner. de legato dict. lib. 2. cap. 7. n. 31.* Quare non immeritò olim Sigismundus Imperator ignorantiam latinæ linguæ in Principibus atque Electoribus vehementissimè reprehendit, quod exteris Legatis in latina oratione auditis, nemo omnium fuerit qui latinè respondere potuerit, idque tanto rubori fuisse, ajunt, Ruperto Principi & Comiti Palatino, ut domum reversus etiam in summa senectute, magistro adhibito, Latinas literas didicerit.

13. At, si negotia Imperii Latino aut germanico idiomate agẽda, quare Carolus IV Imperator A. B. tit. 30. jubet secularium Electorum filios à septimo ætatis anno in grammatica Italicæ & Schlavonicæ linguæ institui, ubi & rationem addit, quod illæ linguæ, ut plurimum ad usum & necessitatem Imperii frequententur, hisq; ardua ejusdem negotia vẽtilentur; Hoc népe tunc suo ratione istius temporis voluit quo adhuc Italia & regiones illæ ubi Sclavonica lingua & ex ea manentes aliæ in usu sunt Imperio parebant, sed cum id ad terminos

angustiores redactum fuit, constitutū est posterioribus Impp. temporibus ut in actis Imperii & scriptis non aliud quàm latinum vel germanicum idioma usurpetur *hoc capit. [illegible]* *tit.30. A.B. disc.6.* interim tamen peregrinæ linguæ [illegible] excludendæ, quas scire valdè expedit Principibus [illegible] eorundem Consiliariis præsertim linguam istius gentis [illegible] vicinæ cum qua sæpe de negotiis gravissimis tractandū, [illegible] causa Sigismundus I. Poloniæ Rex linguam germ[illegible] sibi diligenter pernoscendam existimavit, *Keck. l. [illegible] polit. c.* [illegible] Maximilianus I. Imperator cum Italis Italicè [illegible] gallicè, germanis germanicè, & viris doctis latinè [illegible] qui tamen ab infantia penè in nonum ætatis ann[illegible] fuit & plerisq; mutus iudicatus, unde cum [illegible] Romanorum Regem eligeretur, collaudantibus eum [illegible] principibus coram Friderico Imperatore patre, [illegible] inquit Fridericus, quo pacto vel legat. vel loquatur [illegible] certè constat, quod cum duodecim ætatis annum [illegible] subiret, ipsum aut stultum futurum aut mutum. [illegible] Sic Elisabetha Angla, græce & hispanice [illegible] latinè verò, gallice & Italice ad miraculum [illegible] quem die tribus maximorum Regum Legatis, Latine [illegible] gallice, tertio Italice respondere audita est. *[illegible]*

Cap. XI.

DE MEMBRIS QUÆ DE IMPERATORIS ELECTIONE ET INTERREGNO AGUNT.

1. Quo tempore Imperium Romanum factum electivum.

2. Electio Imperatoris libera nec ad certam familiam astricta.

3. Electio aut libera, aut quasi co[illegible]a.

4. Vita[illegible]

4. *Vivo Imperatore Rex Romanorum eligi potest.* 5.
6. *Qualem potestatem habeat Rex Romanorum vivo Imp. Electus?*
7. *Carolus IV. quomodo sustulit incommoda interregni.* 9.
8. *Imperator promittit se defendere Vicarios, eorumq; acta ratificare velle.* 12.
10. *Vivo quoq; adhuc Imperatore, sed absente, Palatinus & Saxo sunt Vicarii.*
11. *Quod fallit, quando Imp. absens vices suas alii demandavit.*

IMperium Occidentis ad Francos translatum in Pipini seu Caroli M. stirpe hæreditarium plane erat primus extincta Carolina familia pura electione creatus fuit Conradus I alienus omninò ab Imperatoria Caroli M. stirpe, *Chron. Carion. l. 4. pag. 689.* Etsi enim scribat *Aventinus lib. 5. annal. Bojor. fol.* 505. usq; ad Fridericum II. Imperatorem in Imperio magis successionem quam electionem observatam, huic tamen adversatur Innocentius *III. in c. venerabilem. ext. de elect. & electi potestate*, cum quo convenit *Otto Frisingensis lib. 2. cap. 1.* Anno inquit ab urbe condita 1800. ab incarnatione verò Domini 1152. decedente ab hac luce vernali tempore, id est, sexta feria proxima ut dictum est, post caput ieiunii in civitate Babenbergensi, Plissimo Rege Conrado *III.* nonas martii, id est, tertia feria post Oculi in oppido Franconefurt de tam immensa

Trans-

Transalpini Regni latitudine universum (mirum dictu) [illegible] cipum robur non sine quibusdam ex Italia Baronibus [illegible] in unum corpus coadunari potuit. Ubi cũ de eligendo [illegible] cipe primates cõsultarent (nam id juris Romani Imperii [illegible] videlicet non sanguinis propaginem descendere sed per Principum electionem Reges creari, sibi tanquam ex [illegible] vendicat prærogativa) tandem ab omnibus Fri[illegible] vorum Dux, Friderici Ducis filius petitur, cunctor[illegible] re in Regem sublimatur. Sic & Fridericus II. *[illegible] trum de vineis*, Imperium se non ex successione [illegible] Principum habere ad universos Reges & Prin[illegible] scribit his verbis: Quid etenim vobis & singulis [illegible] gularum regionum à facie tanti Principis [illegible] mendum? Non superest, si nos ex Principum electio[illegible] ni & approbatione totius Ecclesiæ ac in Christiana [illegible] gione viventium imperiali diademate divinitus [illegible] alia regna nobilia magnifice gubernantes [illegible] greditur: Et cujus quoad Imperiale diadem[illegible] quid in nos exercere rigoris, etiamsi [illegible] rentur: Verum, quod Sacerdotalis [illegible] tis, à summo nos conatur præcipitare [illegible] mus, nec ultimi. Imò Exempla Rudolphi Ducis [illegible] tharii Saxonis, & Othonis IV. contrarium ostend[illegible] *ard. de orig. Elect. cap. 5.* longè itaq; [illegible] II. Imperium germanicum electione delatum, qua [illegible] libera fuit, Caroli IV. tandem diserta legislatione firmata *tit. 2. A. B.* Nec unquam Imperium certæ familiæ, [illegible] apud nostrates, vinculo non solubili fuit alligatum. [illegible] Guntherus, lib. 1. canit:

> Nos, quibus est melior libertas, jure vetusto,
> Orba sua quoties vacat inclyta Principe sede,
> Quod libet arbitrium statuendi Regis habemus.

Rane *Sleidan. ac Thuan.* non uno loco attestantur [illegible] V. Imperiũ ad filium suum Philippũ, ejusq; succe[illegible] ditario jure transferre summo studio commissum [illegible] Germaniæ vero Principes, ut jus libertæ tuerentur, ele[illegible] fratrem Ferdinandum prætulisse, *Besold.* [illegible]

Rom.quæst.9. ire enim per successionem, contra libertatem Imperii est & germanicæ nationis, inquit, *Gœden. in disc. de elect. reg. Romanor.* Existimat quidem *Bodinus lib. 2. cap. 3. de Republ.* in Austriaca gente Imperium Germanorum tàm altè radices egisse, ut eius evellendi vix ulla spes videatur, quo ipso in vicem electionis successionē substituere audet, hęc tamen ratio tanti momenti non est, ut nostrum imperium successoriū esse probet: Ut maxime enim in Regno electivo semper proximorum defuncti Agnatorum ratio habeatur, tamē ex eo, Regnum electivum non esse, haut ritè concluditur: Sic Dani nulla licet vi regum electionem sibi eripi passuri videantur, tamen Regum filios vel agnatos alijs anteferre solēt, *Christoph. Besold. lib. 1. polit. c. 5.* Quod & Poloni observant, apud quos etsi Rex eligi soleat, constat tamen, continuata temporum serie eosdem ex eodem genere Reges suos elegisse, quod natos paternę virtutis hæredes futuros sibi persuadeāt, *Thuan. hist. l. 56. fol. 1115.* ob quam causam etiam ratio proximioris ab Alberto Austriaco Imperatore in huncusq; diem habita est, maximè & parentum ac majorum merita filiis prodesse debeant, unde Moguntinus in deliberatione Caroli & Francisci dicebat, itanè de nobis & Imperio meritus est Maximilianus Cæsar, *Sleidan. l. 1. de stat. relig.* Itaq; si hæc ratio cesset, & alius forsan in alia familia magis Electorib. placeat, utiq; & illum in solium Imperiale votis suis sublimare possunt, quæ potestas ne auferatur ipsis, Imperator in capitulatione promittere tenetur, quód dignitatem Imperii hæreditariam facere, aut Electoribus libertatem suffragiorum præripere non velit. *Sleidan. dict. lib. 1. Gold. in polit. Imp. part. 12.*

Est tamen electio duplex aut omninò libera, aut aliquo modo coacta, ista cum Imperatores sine legitimo herede morientes nullum Imperii successorem ante obitum designarunt, uti fuerunt Comitia Henrici I. Saxonis & Conradi I. franci, Lotharii II. Saxonis, Conradi II. Suevi, Friderici I. Ænobarbi, Philippi Suevi, Othonis IV. Saxonis, Henrici Landgravii Thuringiæ, Guilielmi Comitis Holandiæ, Rudolphi, Adolphi, Albertorum I. & II. Ludovi IV. Bavari & aliorum, qui omnes

Aaaaa absque

absq; prædecessorum suorum volũtate Imperatores liberè ab iis, qui jus eligendi habebãt, renunciati sunt, quasi verò coacta electio est, cum Imperator se vivo more veterum Principum Roman. Imperii successorẽ designare facit, convocatis namq; Electoribus quempiam eligere, se præsente procurat in Rom. Regem, quę suffragia non adeò libera, cum præsumantur fieri in gratiam Imperatoris, *Onuphr. Panvin. de comit. c. 5.* Vivo quidem Imperatore Regem Roman. eligere prima facie non Imperio consultum videtur, Saxonici etenim jureconsulti tẽpore Caroli V. Ferdinandi electionẽ ex eo oppugnabant, quod Carolus promittebat fratri Regnũ Alemanniæ illiusq; admi-nistrationẽ, ipse autẽ retinere jura Imperii & Imperialia satagebat, sequeretur inde, quod divideretur Regnum Aleman. ab Imperio, quia Cæsare vivo non esset amplius Rex Alemanniæ: quod esset contra jus naturæ & scriptum, duos scilicet unius Regni esse administrantes. Ergò Cæsare cedende fratri regnũ Germaniæ & retinere jura Imperialia volente, cõtingeret divisio Imperii à Regno Alemanniæ quam reliquit, sed ut Rex Hispaniæ, ex quo facilè posset contingere ulterior separatio, quod Imperium perveniret ad Hispanos dicentibus Hispanis, quod tunc Electores & Principes Imperii consenserint, ut Carolus resignaret fratri Regnum Alemanniæ, quod hactenus inseparabiliter obtinuit Imperium, & ipse nihilominus, qui amplius Rex Alemanniæ non esset, retineret jus Imperii, & esset Imperator & tanquam Hispanorum Rex, non Alemanniæ, quam amplius non habet, & sic per istam electionem & viam esset ipso facto Germaniæ sublatum jus & libertas Imperii &c. *Auct. discurs. de elect. Reg. Roman. vivent. Imp. apud Goldast. in polit. Imper. part. 2.* fuerunt quidem plus quàm semel duo Imperatores, ut constat ex jure civili, sed hoc factum propter amplitudinem Imperii cum Imperium Romanum dominabatur omnibus partibus mundi: Impossibile namq; erat uni Imperatori, omnibus provinciis & Regnis sufficienter præesse, ideoq; assumserunt sibi quandoquidẽ quandoq; etiam duos consortes Regni, qui delegabantur ad cæteras provincias pro illis regendis, quæ causa vocandi alios in consortem hodiè cessat, remanet ergò ratio unitatis maximè

quia

quia necessarium per unum Reipubl. provideri, *ut in l. 2. §. novissimè ff. de orig. jur.* multi enim facilè dissentiunt *l. 1. ff. quod cujusq. univers. nom.* & ubi multi ibi sunt multa capita quasi mõstra juxta *c. quoniam de off. jud. ordin.* Ideoque Papa prohibuit in Concilio generali, ne una Civitas diversos habeat pontifices, sed singulæ singulos Episcopos, & singulæ provinciæ singulos, *Auct. dict. disc. pag. 221. apud Gold.* Attamen in Imperio nostro superstite & assentiente Imperatore Rex Romanorum eligi potest, ita ut ei defuncto in Imperio succedat, quomodo vivis antecessoribus, Imperii successores designati fuerũt tres Otthones priores, quatuor Henrici *II. III. IV.* & *V.* Fridericus *II.* Maximilianus *I.* Ferdinandus, Maximilianus *II.* & Rudolphus *II.* In quos electos statim defuncto Imperatore ipso jure Imperii potestas ac titulus transiit *Georg. Sigism. Seldus* im Bedencken an Käyser Ferdinand vber jrer Käyserlichen May. wahl vnd hoheit / *Arum. tom. 1. de jur. publ. disc. 4. & 5. Ant. Coler. de jur. Imp. ger. sect. 8.* tantumq; abest hoc esse contra sanctionẽ Aureæ Bullæ, ut etiam idipsum *c. 1. in pr. dict. A. B.* convenire videatur, ubi cavetur, Regem eligendum esse quotiescunq; & quandocunq; futuris tẽporibus necessitas sive casus electionis emerserit: præterquã n. quod hæc verba sint indefinita adeoq; universaliũ vice fungentia ad unum mortis casum extendi non possunt, etiam tunc necessitas emergit cum pluriumRegnorũ regimine Imperator implicatur; Et si ad casũ mortis ista verba restringerentur, sequeretur hoc, quod nec eo casu, ubi inhabilis est Imperator, Rex Romanorũ eligi possit, quod tamen dicendũ non esse, Adolphi Nassovii & Wenceslai exempla satis superque ostendunt, eoq; modo autor ipsemet Aureæ Bullæ Carolus IV. hoc cap. intellexit, quia filius ejus Wenceslaus ipso sollicitante & vivente in Regem Romanorum fuit electus, *Cuspin. in vita Wenceslai.* Idque proximis comitiis Imperatoriis Francofurtensibus Anno 1611. 18. Junii legibus Imperatore præsente D. Matthia in creatione dictis ita temperatum est, quocunque tempore id vel imperatori vel Reipublicæ expedire videatur etiam superstite Imperatore cum ejusdem assensu: vel si ex causis non sufficientibus recuset, integrum sit Electoribus etiam invito Cæsare Regem

4.

5.

Romanorum & futurum Imperii successorem creare [illegible] gnare, *dict. c. Francof. art. 32.* Wir / desgleichē vnsere K[illegible] ben vnd Nachkommen sollen vnd wollen / die gemelten [illegible] sten / jhre Nachkommen vnd Erben zu jeglicher zeit [illegible] freyen Wahl eines Römischen Königs schützen / [illegible] sie es einen Käyser zu behülff oder sonsten dem heilig[illegible] en Reich nothwendig vnd nützlich befinden / auch [illegible] eines Römischen Käysers / mit / oder wann dieselb[illegible] legte bitte der Churfürsten ohne gnugsame erhebli[illegible] gewiegert werden solte ohne einiges regierenden [illegible] sens fürzunehmen. Hoc autem modo electus R[illegible] rum potestatem Imperatori competentem [illegible] vices perpetuas Imperatoris gerit sed saltem [illegible] sa potestate & jurisdictione utitur, ut constat ex [illegible] Rudolphi in vita parentis Maximil. II. electi: [illegible] wollen vns auch keiner regierung noch admini[illegible] heiligen Römischen Reich weiter oder anders [illegible] denn soviel vns dessen von Käys. May. [illegible] sen wird / daß wir auch jhrer Käyserlichen [illegible] jhres Lebens / an jhrer Hoheit vnd Würde[illegible] kein jrrung oder eintrag thun sollen vnd wollen [illegible] tempore, quo Carolus V. imperium tenuit, frater [illegible] dus Rex Romanorum in administratione Reipubl[illegible] suo jure habuit, ut patet ex commissione [illegible] ptemb. Carolo ex germania in Hispania abeūte relic[illegible] 1556. Sudhurgi in Selandia datā relata à *Melchiore Gold[illegible] 1. const. Imper. pag. 577.* ibi: Volumus & constitu[illegible] quam Rex Romanorum habeat potestatem fac[illegible] di &c. Et clarius ex Epistola ad Johannem C[illegible] sem, Episcopū Osnabruggensem & Cameræ Im[illegible] sidem & Assessores scripta de eadem re eod[illegible] davi 27. Augusti, ibi: Ideò ex fraterna fiducia [illegible] dilecto fratre Ferdinando Romanorum Rege hab[illegible] nostra absentia liberam plenam, nullisq; lim[illegible] ditionibus circumscriptam administrationem [illegible] nem sacri Imperii tradidimus atq; commisimus [illegible]

pag.376 Quam commissionē etsi quidā Romani Imperii cessionem & resignationem interpretentur, in qua sententia etiam fuit *Sleid.l.f.in fin.pag.872.* revera tamen nil nisi mandatū cum libera negotia Imperii gerendi continet: Si enim mens renunciandi jurib. Imperii fuisset, id non ad ordines universos, ad quos scripta fuit Epistola data Sudburgi, sed ad manus Electorum, à quibus Imperii nomine dignitas Imperatoria in eum collata erat, fecisset, id quod secutum refert, *Thuan. hist.* 21. ubi scribit: Septem Viros cum Ferdinando Francofurtum convenisse eodem quoq; legatos Caroli V. Ducem Auraviensem D. Seldum & Wolffgangum Hollerum venisse cum Caroli mandatis, ejus nomine dignitatem Imperatoriam ejuraturos & in Ferdinandum Regem Romanorum translaturos: Acceptis etiam Caroli mandatis Septemviros ejus Voto annuisse, ac veteri more & Ceremonia Ferdinandi inaugurationem peracta, *Michael Beuter. in continuatione Sleidan.l. 2. in pr. David. Chytr. in orat. de vita & morte Imp. Caroli V. apud. Kirchn. in curr. Impp. Regum, &c.* Münster in der Cosmographey *part.3. cap.19. pag.462.*

Imperatores ergò in Imperio nostro non nascuntur ut Reges galliæ, *Bodi.l.1. de Republ.c.8.* sed eliguntur nec ut iidem in perpetuitate consistunt & semper vivunt, *Joach. Ernest. Dux. holsat. apud Frider. Achill. in orat. pro gallia,* sed moriuntur, unde in Imperio nostro interregnum, quod cæso Wilhelmo Imperatore per octodecim annos duravit, ubi multa contra Imperii dignitatem deprehensa *Cuss. in Richardo & Alphonso,* & sæpius tali in statu magnæ confusiones atq; insignes mutationes ortæ, præsertim tempore interregni, quod Rudolphi I. Imperium præcessit, ubi nullus penè tunc fuit angulus uspiam tranquillus, *Peucer. in chron. l.5.* ut ferè sunt Romæ confusiones summo pōtifice defuncto, dum Cardinales de successore deliberant, Carceres effringuntur, necantur custodes, sontes judicibus eximuntur omnia divina humanaq; miscētur, parricidia quandoq; in occasum pontificis differuntur ac sicariis tūtò latrocinari licet, *Joh. Bodin. lib.6. de Republ. cap. 5. Christoph. Besold. in certam prærog. quod electioni cum successione est, præmiss. tract. de success. & election. regia Petr. Greg. Tholosan.l.7.*

de Republ.cap.4.n.20. Hisce malis Carolus IV. Imper[illegible] viare cupiens constituit, ut quoties sacrum vacare [illegible] Imperium, Comes Palatinus Rheni & Dux Saxoniæ [illegible] res sint vicarii Imperii, eiq; donec Imperator eligatur [illegible] æquata potestate præsint, *tit.5. A. B. Thom. Mich.* [illegible] *concl.29. Rosenth. de feud. cap.12. concl.5. num.2.* [illegible] *1. cap.4. num.6. Henr. Bocer. de regal. cap.2. num.61.* [illegible] *de summa Imp. potest. concl. 21. Matth. Stephan.* [illegible] *Imp. Rom. lib. 2. part. c.1. num. 158. & seq.* [illegible] *concl.56.* Etsi enim Papa prætendat, ad se Vacantis [illegible] administrationem pertinere, *clem. 1. de jurisdict.* [illegible] *2. de sent. & re jud. in 6. c. licet. 10. de for. compet.* [illegible] *lib.6. de Republ. c.5. n.7.* hoc tamen nulla [illegible] nititur, & ita cum Anno 1519. post fata Ma[illegible] rium vacaret Ludovicus Palatinus hunc Vi[illegible] Caroli V. adventum in germaniam exercuit [illegible] *her. in not. ad Petr. de Andl. lib.2. de Imper. Rom.* [illegible] vilegium Vicariatus confirmarunt Maximil[illegible] apud *Goldast. tom. 2.* der Reichssatzungen [illegible] tor quoq; quod Vicarios in jure suo n[illegible]

8. dem ab omni injuria defendere velit, [illegible] do jurat: Auch die Vicarien, wie von alters her[illegible] die gülden Bull/ Bäbstliche Recht/ vnd andere [illegible] heiten vermügen/ so es zufällen kämpt/ vnd [illegible] gelegenheit erfordern wird/ bey ihren gesonderten Rath/ in Sachen das heilige Reich belangent geruhiglich bleiben/ vnd gantz vnbedrängt lassen/ auch nicht nachgeben/ das die Vicariaten [illegible] ren Jura, sampt was denselben anhengig disputiret [illegible] ten werden/ wo aber dawider von jemand etwas [illegible] oder die Churf. in dem gezwungen würden/ [illegible] ges seyn sol das soll alles nichtig seyn/ vñ [illegible] Palatino ergò & Saxoni hoc jus Vicariatus concessu[illegible]

9. da namq; inter plures sunt summa dignitatum [illegible] uni committantur, is eadem restituere nolit, [illegible] Suecorum Præfectus fecit, qui interregno [illegible] gnum munivit, ac potentiam præsidiis confirm[illegible]

ritati reliquit, *Bodin. lib. 6 de Republ. cap. 5.* Hocq; jus Saxoni ab Imperatore Carolo IV. in Aurea Bulla datum, Palatino verò confirmatum fuit *tit. 5.* Hunc Vicariatum Imperii non aliunde, quàm jure præfecturæ palatii veteris sibi vendicare tradit, *Marq. Freber. lib. 2. ad Petr. de Andlo. c. 10.* Inter eos verò istud jus ita divisum, ut Palatinus, Rheni & Sueviæ ac in jure franconico. Saxo verò in illis locis ubi jura Saxonica servantur, Vicariatum teneant. *dict. tit. 5. A. B.* idque quotiescunque *Imperium* vacat iuxta verba, *dict. tit. in pr.* So offt auch sonsten das Heilige Reich ledig wird / Quæ verba non solùm de eo casu accipienda si *Imperator* mortuus, sed etiamsi absens sit, prout ista explicat Maximilianus *I.* in confirmatione Vicariatus Palatini de Anno 1518. apud *Goldast. part. 1.* Von Reichsatzungen / *fol. 241.* in verbis: Daß wir jhme das Vicariat, Ampt vnd Gerechtigkeit / so seine Voreltern / wañ das Reich vaciert, oder ein Römischer Käyser oder König vber das Gebirge gezogen / nach inhalt der gülden Bull / vnd weiland Käyser Carls Brieff / gehabt vnd herbracht hetten / &c. Et ipse Carolus de anno 375. *apud Goldast. dict. loco.* Wann die Pfaltzgrafen beyn Rhein (die Churfürsten seyn) von Römischen Käysern vnd Königen / solche Würdigkeit vnd Freyheit von alten vnd langen Zeiten gehabt haben / vnd noch haben sollen / wann Römisch Käyser oder König vber Bergk gezogen seyn oder ziehen / daß sie denn gemeine Vicarien des Reichs disseits gewest seyn / vnd seyn sollen / &c. Deq; Saxone idem dicendum cum huic *Vicariatus* sub omnibus modis & conditionibus, quibus Palatino competit, concessus fuit, *dict. c. 5. A. B.* ibi: Eben dieses Rechtens wollen wir / daß auch der Durchlauchtige Hertzog von Sachsen / des Heiligen Reichs Ertzmarschalck / sich gebrauchen möge / &c.

10.

Aliud dicendum esse, si Imperator absens vices suas alii demandavit, docet observantia, tunc enim *Vicariorum* potestas cessat, ita namq; Henricus *VII.* profecturus in Italiam Coronæ imperialis sumendæ gratia, Johannem Filium, Regem Bohemiæ vicarium declaravit. vid. Commissio data Anno 1556. in Selandia apud *Goldast. tom. 1. const. Imp. pag. 577.* Utroque verò tempore sive absens sive mortuus sit imperator, quicquid

11.

12.

quid agunt Vicarii, istud successor ejus rati habere tenetur, ita namq; jurat: So wöllen vnd sollen wir auch alles das / so durch die zwey des Heiligen Reichs Churfürsten vnd Vicarien in mitler weile/(so das Vicariat,) laut der güldenen Bull/ nach vermöge des Reichsordnung/gehandelt vnd verliehen genehm halten/auch confirmiren vnd ratificiren in der alles beständigsten Form/wie sich dasselb wohl ziemet vnd gebüret/ &c. Ejusmodi confirmatio eorum quæ egit Ludovicus Palatinus tempore sui Vicariatus facta à Carolo V. Anno 1522. extat apud *Goldast part. 1.* von Reichssatzungen/ *pag. 242.*

Cap. XII.

AN IMPERATOR HODIE SIT LEGIBUS SOLUTUS?

1. *Solus Imperator hodiè Majestatem in Imperio non tenet.*
2. *Hodiè adhuc legibus solutus 3.*
4. *Obstrictus tamen iis quæ nituntur ratione naturali. 5. 6.*
7. *Imperator legibus fundamentalibus solutus non est.*
8. *Quibus legibus positivis, Imperator hodie solutus.*
9. *Non solutus est Receßibus Imperii. 10.*

Potestas Imperatoris in Imperio quomodo capitulatione & compactatione limitata & circumscripta, ex dictis supra clarum, & proinde, illibatam ac summam majestatem, qualis ante secula aliquot fuit, Im-

Imperatorem nostrum hodie tenere, minimè asserendum, ex quo etiam manifestissimum disputationes ac decisiones antiquorum JCtorum, nec non Responsa Imperatorum, quæ in jure nostro habentur, hodierno statui Imperii tanquam adæquato subjecto non omni ex parte & absque distinctione attribuenda, unde non sine ratione quis quæreret, cum ea hodie Imperatoris nostri sit conditio, numquid supersit usus legis? Princeps legibus sit solutus? Quod affirmandum cum ipsis Imperatoribus: Ita enim apud *Guntherum* Fridericus sic de se ipso inquit: 2.

Summus in orbe ferar, legumq; immunis & expers,
Non servire quidem cogar, sed condere iura
Fas habeam; Vestris cupio disponere cuncta
Consiliis ———————— *Et iterum:*
Nam nihil, ut verum fatear, magis esse decorum
Aut regale puto, quam legis jure solutum,
Sponte tamen legi sese supponere Regem.

Reprehensus etiam in Concilio Constantiensi à Cardinali Placentino ob verbum vitiosum Imperator Sigismundus: Si supra leges sumus, respondit, quare supra grammaticam esse non possumus, Friederich Hordleder *de Capitulatione Cæsarea apud Goldast. in polit. Imper. part. 12.* An verò eodem modo, iisdemque legibus, quibus olim, Imperator hodie sit solutus, adeò expeditum & clarum non est: Sanè de legibus divinis, naturæ & jurisgentium, utpote providentiâ divinâ constitutis, æquè Imperantes ac subditi obtemperare tenentur, has quicunque perrumpere, aut infirmare tentabit, divinæ majestatis non effugiet judicium, *Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 8. Vasq. illustr. recontrov. 51. n. 20. & 22.* Intuitu enim harum legum nullam potestatem, vel majestatem habet, nec ut Princeps sed ut homo consideratur, *illustris Enenckell. 1. de privil. cap. 8. n. 16. Arnis. de majest. cap. 3.* Unde jus naturale indispensabile dicitur *dist. 13. & seq.* Hæc considerans Canutus Normanniæ, Daniæ & Angliæ Rex sedile suum in litore maris poni jussit, & mare alloquens, ait: Tu mare ditionis meæ es, & terra in quâ sedeo, est meæ. Impero & denuncio tibi, ne 3.

ascendas terram, nec vestes vel membra domini tui, nec dominatorem madore perfundas: Qua voce non perterritum mare & terram & pedes Regis madefecit, unde Rex clamavit: Sciant omnes habitatores terræ & universi orbis, vanum esse meum Imperium, vanas jussiones, & vanam potentiam regni, & statuant, neminem verè dignum nomine Regis præter eum, ad cujus nutum mare quiescit & omnia obediunt elementa, *Christoph. Besold. in polit. lib. 1. cap. 2.* Ex quibus non obscurum, Imperatorem bona privatorum auferre non posse nec quoad hoc legibus ipsum esse solutum, quia leges etiam civiles hoc prohibentes naturali nituntur ratione, ne quis cum alterius injuria locupletetur, idemque jure divino prohibitum, *c. 17. Deuter. Frider. Pruckman. de regal. cap. 4. effect. 5. Gail 2. observat. 16. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 8. Zas. ad l. princeps. 31. ff. de legibus.* Hinc etiam in gradibus jure divino prohibitis respectu Copulæ matrimonialis dispensatio Imperatoris locū non habet, *Beust. tract. de matrim. cap. 38. Beza tract. de divort. & repud. pag. 75. Besold. dict. cap. 2.* Ex naturali quoque ratione contractibus Imperator ut alius quisq; privatus obligatur, nec revocare etiam cum subditis initum contractum potest, nisi aliqua justa causa, quæ bonum publicum respicit, illum suadeat revocari: *Nicol. Betsius de pact. fam. illustr. fol. 47. Vincent. Cabot. 2 disp. var. cap. 10.* Eadem est ratio legum Imperandi, seu fundamentalium, quæ cum ipsâ majestate conjunctæ sunt, eamq; immediatè concernunt, sive tacitè sive expressè datæ sint, quibus olim Imperator obligatus fuit, & etiamnum illis tenetur: Huc pertinet tota Aurea bulla Caroli IV. huc etiam pertinent Conditiones, de quibus suprà, quibus Imperatorem solutum esse, nullus sanæ mentis dicet aut cogitabit. *Zoannett. de Rom. Imper. n. 171. 184. & seq. Knich. de Saxon. non prov. jure verb. Ducum Saxoniæ c. 1. n. 37. Dauth. ad l. 3. n. 5. C. de testam. Hottom. ill. quæst. 1. Goth. Anton. in disp. ante Vult. de potestate Imp. th. 10.* Nam & hisce legibus fundamentalibus alii Reges ac Principes in Imperiis suis tenentur, abolere siquidem ea jura, quibus Imperii dignitas, status Reipublicæ atque ipsius salus continetur, quid aliud est, quam se ipsum pessundare.

Ita

Ita enim tribus hisce legibus, Lege Salicâ, de trium statuum conventu, de non alienandis Regni partibus & provinciis, veluti columnis Regis, regniq; galliæ incolumitas sustinetur. Quod si legem Salicam violari fas esset, violassent illam filiarum gratiâ Philippus Longus, Carolus Pulcher, Ludovicus 12. iisq; regnum totale reliquissent. Et quamvis hoc tentavit Carolus VI. qui excluso Delphino Catharinæ filiæ, quæ Henrico Angliæ Regi desponsata fuerat, regnum in dotem dedit, irrita tamen illa donatio fuit. Quod si legem de non alienandis regni partibus tollere posset, rata certè fuisset pactio Francisci I. cum Carolo V. Imp. cui Burgundiæ traditionem promiserat, *Rich. Dieter. de summa summi Imp potest. concl. 41.* Dubium saltem est de legibus merè civilibus positivis, quibus quondam Imperator subjectus non erat, sed eas habebat positas in suo arbitrio & potestate *l. 31. ff de lb.* quod ipsum tamen distinguendo inter vim directivam & coactivam, inter objectum seu regulam justitiæ & instrumentum, quo utitur Princeps ad gubernandos subditos, inter id quod licet & id quod honestum est, & aliis fere infinitis distinctionibus explicant JCti pariter & politici, Vid. *Keck in syst. polit. lib. 1. cap. 3. Thom. Lans. in disc. de lege Regia th. 38. Valentin Forst. tract. de jurid. Rom. ad Legem Romul. 2. n. 7. & seqq. Arnis. de majest. cap. 3. Hillig. ad Donell. 1. comm. cap. 17 lit. A. Bach. ad Tr. disp. 1 vol. 1. th. 6. Christoph. Besold.* inter ordinariam Principis potestatem & extraordinariam distinguit, ut secundum hanc demum Imperator sit legibus solutus, cum in Republicâ interdum publicus favor ac necessitas ordinariam & legibus consentaneam respuant potestatem, *lib. 1. politicor. cap. 2. Tob. Paurmeist.* Imperatorem nunquam omnibus sed quibusdam saltem legibus solutum fuisse, scribit *lib. 1. de jurisd. et. Imp. Roman. c. 6. n. 10.* Sed quid hodiè, an Imperator hisce legibus positivis solutus? Solutũ sanè legibus si accipiamus eum, qui regnum legibus civilibus nullis astrictum habeat, vel dominatũ civilitatis omnis expertè, hoc negandum videtur: Si verò hæc verba intelligamus de eo, qui non ab omniũ sed quarundam legum civiliũ observatione liberatus est, Imperatorẽ

8.

hodiè legibus solutum affirmamus, cum enim jura & constitutiones Principem à legum civilium (quæ tunc temporis sola autoritate Principis promulgabantur, præsertim quæ solennia juris respiciunt) vinculo exolventes, nec legibus hodiè Imperatori in creatione dictis, vel aliis expressè vel tacitè reperiantur mutatæ, eas pristinum vigorem suum obtinere, manifestum est, *l. 32. C. de appellat.* Hinc Donationes Principis valent absque solennitate insinuationis requisitæ in *l. in donationibus. C. de donation. per l. sancimus. & A. item à privatis. C. de donat.* Res fiscales sunt liberæ ab onere vectigalium, *l. locatio. §. fiscus de publ. & vectigal.* Res à Principe venditæ exemtæ sunt jure evictionis, *l. benè à Zenone. C. de quadr. præscript.* Circa juris reddendi potestatem, Imperatorem ejusque delegatum, non tenet prohibitio delegationis & subdelegationis, *l. 1. C. qui pro sua jurisd. l. à judice C. de judic.* Potest delegare cum clausula de simplici & plano item appellatione remotâ *l. 1. §. f. à quibus appell. non licet.* & quæ sunt alia, quæ legibus non obstantibus Imperator expedite potest. At si respiciamus ad leges tempore subsequentium Impp. in Comitiis autoritate & consensu Imperatoris ac omnium statuum Imperii latas, quæ dicuntur Recessus Imperii, iis Imperatorem solutum non esse apparet ex eo, quod illa ipsa ratio quæ

9\. Principem quondam ab observatione legum liberabat, hodie in Recessibus Imperii deficiat, olim enim majestas penes solum Imperatorem, is solus quamvis cum consilio aliorum, propriâ tamen autoritate leges condere poterat, at nemo suis propr. legib. tenetur nec aliquis sibi ipsi legem imponere potest, *l. quod autem §. uxori si de donat. int. Vir. & uxor.* Nec præter se ipsum cogere potest, quia triplici officio fungi nequit, dicentis, & coacti & cogentis, *l. ille à quo §. tempestivum. ad Trebell.* nec imperare sibi, necque se prohibere quisquam potest, sed potestas condendarum legum penes totum Imperium, omnium statuum consensus ad hoc requiritur, unde etiam Recessus dicuntur Imperii totius non solius Imperatoris, *Paurmeist. de jurid. Imp. Rom. lib. 2. cap. 2. vid. supr. cap. 5.* Ergo nec solus Princeps supremus, nec solus majestatem tenet,

net, nec sibi ipsi legem præscribit, nec se ipsum cogit, sed à toto senatu Imperii, quia hæc omnia dependent, totum quidem Imperium majestatem tenet, & sic Imperator unà cum statibus, si corpus Imperii totale respiciamus, legibus solutus, ipse verò solus si consideretur, hoc privilegio non gaudet. Aliàs namque eadem ratione status Imperii singuli legibus obstricti non essent, quia & illorum autoritate, ut dictum, hodiè leges feruntur, hi tamen singuli si considerentur leges à toto senatu Imperii latas strictè observare tenentur. Cumque summus etiam Princeps contrahendo obligetur & quidem jure naturæ, cum quilibet suâ conventione stare cogatur, *l. 1. ff. de pact.* vel solùm eo respectu Imperator Recessibus Imperii obligatus, nec iisdem solutus dici potest, cum hi promulgati per modum contractus initi inter status Imperii & Imperatorem, id quod apparet ex decreto Augustano de Anno 1548. ibi: Wir haben vns mit Churfürsten / Fürsten vnd gemeinen Ständen vereiniget / verpflichtet vnnd verbunden / & de Anno 1500. Hierauff gereden vnnd versprechen wir König Maximilian / bey vnsern Königlichen ehren vnnd würden / für vns vnd vnsere Nachkommen / Römische Käyser vnd Könige / vnd auch vnsere Erben vnd Nachkommen / Ertzhertzoge zu Osterreich / diese obgeschriebene Ordnung / Satzung vnd Articel / getrewlich vnd festiglich / so viel vns als Römischen König / vnd Ertzhertzog zu Osterreich berühret / vnnd berühren mag / zu halten / zu vollnziehen vnd zu handhaben / darwieder auch nicht zu seyn / zu thun / noch schaffen / gethan werden / in keine weise / &c. Vnd wir Churfürsten / Fürsten / &c. Bekennen vnd thun kund allermenniglich / daß obgenanter vnser aller gnädigster Herr der Röm. König in obgeschriebene Ordnung / Satzung vnd Articel / mit vnserm Rahe / Willen / zugeben vnd annehmen fürgenommen / geordnet / gesetzt / vnnd gemacht / vnd sich auch mit vns / vnd wir mit seinen Kön. Gn. in contracts weise verpflichtet vnd verschrieben haben / &c. It. ex ordinatione Wormatiensi Anno 1521. Solches Regiment / wie das von Articeln zu Articeln geschrieben stehet / haben wir vns mit genandten vnsern lieben neben Oheimen / Churfür-

10.

sten/Fürsten/vnnd andern des ReichsStänden hie versamblet/ verbunden/verpflichtet/ vnd gegen einander verstricket: verbinden/versprechen auch das/ &c. Et postea in vers. vnd wie Solche Ordnung vnd Regiment mit vnsern willen/ Rath/ zusagen/vnd annehmen/ durch die Römische Käyserl. Mayestät/ vnsern allergnädigsten Herrn geordnet / fürgenommen / gemacht/ vnd in diesem gegenwertigen Vortrag/Contract vnnd Verpflichtung verfasset ist / vnd daß wir vns derhalben mit jhrer Käyserlichen Mayestät verbunden/ verpflichtet haben / &c. Ex quibus manifestum Recessus Imperii per modum contractus inter Imperatorem & status Imperii promulgari, Cæsar itaque cum ex contractu obligetur, nec Recessibus contravenire adeòq; nec iisdem ut legibus positivis solutus dici poterit. Hinc verba satis clara in Ordinat. Cameræ Anno 1507. tit. Wann das Cammergericht angehen soll: Solches alles vnd jedes/ so obgeschrieben stehet / vnd vns König Maximilian anrühret/ gereden vnd versprechen wir bey vnsern Königl. Würden vnnd Worten/ stäth/ fest / vnverbrüchlich vnnd auffrichtig zu halten vnd zu vollziehen / dem stracks vnnd vngeweigert nachzukommen vnd zu geleben/ vnd darwider nichts zuthun/ fürzunehmen / noch zu handeln / oder außgehen lassen/ noch jemands anders von vnsertwegen zu thun gestatten / sonder alles gefährde / &c.

Cap. XIII.

AN HODIERNUS IMPERII NOSTRI STATUS SIT MONARCHICUS, ARISTOCRATICUS, VEL MIXTUS.

1. In quonam propriè Majestas consistat? 5.
2. Dux Venetorum an habeat majestatem.

3. Du-

23. Qua-

23. *Qualis sit Status nostri Imperii?*

24. *An detur Status Reipublicæ mixtus? 25.*

EX eo etiam, quod potestas Imperatoris hodiè certis modis limitata, certisque conditionibus circumscripta JCti pariter ac Politici non conveniunt, qualis Status sit hodierni nostri Imperii? Quam litem facilime & feliciter componere possent ii, qui rerum Imperii diutino usu peritiam acquisiverunt, in pulvere siquidem Scholastico multa sæpè de potestate principum & statu Regnorum, tanquam de ideis platonicis variè disseruntur, quæ si ad usum communem exigantur, videtur in somnis fuisse laboratum. Idem contingit illis, qui vel nimis Majestatem principum adulantur, vel nimis eandem arrodunt. *Rudolph. Maximil. Dux. Saxon. apud Frider. Achill. in orat. contra Galliam.* Quia tamen constat de lege Regia Germanorum, quæ fundamentum omnis potestatis Imperatoriæ, quid hodiè de statu Imperii habendum ex principiis politicis demonstrari potest, hoc autem priusquam fiat quædam melioris intellectus gratia, & ut de certo statu controversiæ constare possit præmittenda. I. Et ab initio quia majestas ab

1. aliis aliter explicatur & definitur, ab hac autem decisio ferè controversiæ dependeat, benè notandum quid per majestatem propriè intelligendum & in quonam ea consistat. Et sanè umbram pro corpore, picturam pro re ipsâ, speciem externam pro veritate venditant, qui majestatem accipiunt tantum pro autoritate ac amplitudine ac gravitate personæ, quæ visu & auditu juxta venerabilis, *Tacit. 2. annal.* pro dignitatis & officii reverentiâ *l. 9. ff. de jurisdict.* Unde *Gregor. Tholos. lib. 8. de Republ. cap. 3. n. 2.* Majestatem imperantis existimans in honore & gloriâ, in personæ reverentiâ esse positam, quæ non facilis sit oppressu, esse latens quippiam, ait, quod reddit præter naturam propriam mirabile quippiam. Hoc

enim

enim si verum, Ducem Venetorum majestate præditum esse, vix negari poterit, de eo namque ita *Casp. Contaren.* Pro summo labore, inquit, Dux Venetorum habet honorem, dignitatem, ac speciem regiam, ornatus enim Corporis regius est, vestis purpurea vel aurea, velamen linteum pro regio diademate, & supra capitium purpureum limbo aureo ornatum, cujus pars quæ occiput tegit in cornu formam assurgit, sedet princeps, reliqui coram eo detecto capite stant: Literæ publicæ sub ipsius nomine prodeunt, &c. & posteà: ubique regis speciem intueri possit, potestatem nusquam *lib. 2. de magistrat. & Republ. Venet. pag. 19.* tantùm tamen abest, in ipso solo residere majestatem, ut à Concilio etiam is ad crucem condemnari queat, cujus rei exempla aliquot refert, *Bodin. lib. 2. de Republ. cap. 1.* hinc & Ducis alicujus qui suspensus, effigies in Camera ubi Concilium generale habetur, reliquorumque Ducum monumenta extant, corrupta & maculata monstratur, ut & locus peculiaris in foro D. Marci, ante portam palatii ad supplicium Ducum destinatus, si fortè unus aut alter contra Rempublicam quid moliatur, quæ satis innuunt, Ducem Venetorum majestate non præditum esse, ut quæ non recognoscit superiorem, maximè cum & status Reipublicæ Venetæ sit mixtus, Consilium namque magnum, inquit *Contaren.* penes quod summum Reipublicæ jus est, vicem refert popularis status, Dux qui præsidet, regiam præ se fert gravitatem & dignitatem, & Collegium Seniorum, qui Sapientes appellantur, quandam optimatum speciem, *de Republ. Venet. lib. 1. p. 9.* quamvis Aristocratia prævaleat per ea, quæ tradit *autor della relatione di tutte le cose piu essentiali della Republ. ca di Venetia.* Non tamen nego majestatem quandoque pro externo splendore accipi, prout Ciceró majestatem definit dignitatem & amplitudinem populi Romani *de orat. lib. 2.* Sic etiam *Sueton.* Quin etiam, inquit, speciem libertatis quandam induxit, conservatis Senatui ac Magistratibus & majestate pristinâ ac potestate, *in Tib. c. 30. Lips. lib. 2. polit. 16.* Sed hâc in quæstione illa majestatis significatio seponenda, nihil enim dignitas, nihil personalis honor ad majestatem

2.

3.

4.

imperantis, per quam jus ipsum, quod in summâ potestate consistit intelligendum, *Herm. Kirch. de Republ. disp 2. th. 2.* Quo sensu *Gigas in tr. de crim. læs maj. lib. 1. sub rubr. quotupl. maj. n. 24.* rei verisimilitudinem magis, quàm derivationem nominis more JCtorum secutus majestatem dictam putat quasi majorem statum vel potestatem, ita etiam Imperator, dum majestatem regnantis *l. dign. 1 vox C. de Ib.* nominat aut Imperatoriam majestatem, dicit, legibus armatam esse oportere *in proœm. inst.* aut *Ovid.* dum ait: Sacra Majestas, totum quæ temperat orbem, conspicuè majestatem accipiunt non pro solâ dignitate, sed pro potestate armatâ & regnante, *Henr. Arnis. de majest. cap. 1. Paurm lib. 1. de jurid. cap. 4. Christoph. Besold. lib. 1. polit cap. 2.* Ut proinde verè ac propriè Majestas dicatur summa & perpetua, legibusq; soluta potestas, *Clem Timpl lib. 3. Polit. c. 1. qv. 1. Bod lib. 1. de Republ c 8. in pr. Paurm. dict. c 4 n 22.* potestas nimirum omnia administrandi, quæ pro Republicâ necessaria existunt, *Besold dict. c. 2.*

5.

6. 2. Notandum est Monarchiam tripliciter accipi; 1. enim Monarchiæ vocabulo venit universale Orbis Imperium, à quo cætera Regna leges accipere debent, hanc de Monarchiâ sententiam genuit otiosa curiosorum quorundam phantasia vel arrogantia Tyrannorum, nemo enim talem Monarchiam vel divinitùs ordinatam, vel per consensum inter homines constitutam, vel extitisse, vel existere posse unquam probavit, licitum enim bellum definire, inquit *Cost. l. in l. 5. ff. de j. & j.* quod populus solùm Romanus indixerit furiosum est, quasi cæteris populis liberis idem non liceat, aut quasi justior Romanorum causa in cæteris nationibus vincendis, quam reliquarum nationum in servitute à cervicibus suis depellenda, esse potuerit. Nec unquam apud Romanos talis fuit Monarchia, etsi enim vix alia fuerit antè Respublica, cujus Imperium amplioribus finibus circumscriptum fuit quàm Romanorum, constat tamen innumeras gentes potissimum ultra Euphratem Romano Imperio nunquam subditas, sed multas fœderatas Romanis fuisse æquali jure, multas iisdem formidabiles, cum quibus pacem fecisse gavisi su-

si fuerint, vel inimicitias sine victoriâ alerint, *Tob. Paurm. de jurid. Imp. Rom. lib. 2. cap. 1. n. 21.* Vid. ea quæ dicta suprà cap. 7. 2. Monarchiæ vocabulo theologicè cõsiderato, venit Imperiũ, q potentia, authoritate, subjectorũq; & clientiũ multitudine omnia alia Imperia superat, & cui populi Dei Ecclesiæq; status magis, quàm aliis obnoxius est; Quemadmodũ enim lucidissimum solis lumen præ omnibus aliis stellis solùm lucere existimatur, quamvis cæteræ stellæ etiam suo lumine non destituantur: ita potentissima Imperia q̃ magnitudine, splendoreq; alia obfuscant, respectu ad cætera minora Regna habito, μοναρχεῖν, hoc est, sola imperare non immeritò censentur, *Herm. Kirchn. disp. polit. 5. th. 7.* talia Imperia quatuor agnoscit *Dionysius Halicarnasseus lib 1.* Assiriacum nempe, Persicum, Græcum & Romanum. Danielis quoq; Propheticas visiones statua nem pe sive Colossi & quatuor Beluarum *cap. 2. & 7.* totidem Imperia significare Theologi ferè omnes uno ore dicunt, *Christophor. Helvic. apud Goldast. in polit. Imper. fol. 474. Georg. Matth. Bartensteinensis de potestate Imp. lb. soluta adversus Goth. Anton. apud Goldast. in polit. Imp. part. 13. Joach. Cluten. in syll. rer. quotid concl. 2. Christop. Besold. de jurisd. Imp. Rom. quæst. 2.* Hoc modo si consideremus vocabulum Monarchiæ, Imperium nostrum hodiernum quartam monarchiam esse, asserunt Theologi communiter & politici, *Cluten. dict. concl. 2 Besold. dict. qu. 2.* Vetus enim Romanum Imperium adhuc hodiè est penes Germanos, quorum Reges rectè dicuntur Romani Imperatores, cum in eorum successerint jura, *Domin. Arum. tom. 1. jur. publ. disc 2* Quamvis hodiè Romanum Imperium adeò sit extenuatum, ut id Romanenses magni Nominis umbram appellitent, *Arum. dict. disc 2. Bodin lib 1. de Republ cap. 6.* & Aquila ita deplumata, ut cæteris animalibus sit contemptui, *Crantz. lib. 10. Saxon. cap. 8.* de quâ imbecillitate etiam nos admonuit Daniel Propheta qui *c. 2.* prædixit: Imperium illud ex parte fragile, ex parte validum fore. Sed de hisce videantur Theologi. 3. Propriè à Politicis ea Reipublicæ species Monarchia vocatur, ubi unus aliquis imperat solus, q omnẽ in Republicâ potestatẽ habet q legib⁹ est solut⁹, & q nec intra nec extra suũ

7.

8.

 terri-

territorium dominum aut patrem agnoscit. *Besold. dict. quæst. 2. Goldast. dict. part. 13. Knich de Republ. disp. 3. th 7.*

10. 3. Status Reipublicæ cujusque bifariam consideratur, aut ex quantitate aut qualitate Reipublicæ, Est enim omnis civitas ex quali & quanto, *Aristot. lib. 4. Polit. cap. 12.* Status ἐκ τῦ ποσῦ magnitudinem Reipublicæ complectitur, quæ vel externa, & consistit in multitudine provinciarũ, longitudine finium, copiâ & frequentiâ civitatum ac urbium, abundantiâ agrorum, opum, &c. quo respectu *Bodinus* Hispaniarum Regis potentiam omnibus aliis Imperiis præfert; *in method. histor. cap. 7.* Vel interna, & comprehendit jura Imperii, superioritatis, magnificentiam & splendorem interiorem sceptri & trabeæ. Unde fit, ut etiamsi Respublica externa magnitudine minor sit internâ tamen magnitudine aliis prædominetur, *Kirchner. disp. de Republ. 3. th. 5.* Status ἐκ τῦ ποιῦ in jure Imperii seu summa Imperii potestate consistit. Residet enim Majestas personalis geriturvè Res populi sive ab uno, sive à multis, eoque nomine aut Monarchicus, aut Polyarchicus est status. Polyarchicus status aut simplex aut vero mixtus existit. In simplici Polyarchico statu aut pauci optimates, aut verò populus ejusve major pars imperat, ibi Aristocratia, hic democratia censetur. In statu mixto Regis, optimatum & populi implicata vis est, *Nicol. Machiavell. disc. 1 cap. 2.* Ex qualitatis autem statu propriè distinctio Rerumpublicarum desumenda, in eo enim Majestas Imperantium consistit. quæ non ditionum, Provinciarum, Principatuum, Ducatuum, Regnorum multitudine, non latifundiis & terrarum ambitu continetur, *Bernh. Zieriz. in comment. de princip. inter ipsos dignit. prærog.* Meritòque Vasquius cum suo principe repulsam tulit, quod in Concilio Tridentino Galliarum Regi propter potentiam majorem de sessione controversiam moverit, licet enim Regis ditio unius Scopuli terminis finiatur, sicut de Regno Ulyssis Poetæ fabulantur, majestatem tamen sibi assumit talem, qualem assumsit Alexander Magnus, si nullum superiorem recognoscat. Hinc Eumenes fractus Opibus, licet nihil præter arcem in quâ obsidebatur, suum dicere

poterat,

poterat, cum tamen de pace ageretur, cum Antigono Asiæ Rege, qui ut potentiâ sic etiam majestate superior videri vellet, Legatis Antigoni respondit: Superiorem se neminem accepturum, quamdiu gladium exertum manu teneret, *Arum. tom. 1. jur. publ. Disc. 2.*

4 Summè notandum, gubernationem ab ipso statu jureque Imperii aliam esse, ita enim *Bodin.* Illud, inquit, admonendi sumus, Reipublicæ statum ab imperandi ratione distare plurimùm; quod antea nemo, quantum intelligere potuimus, animadvertit: Nam Reipublicæ status Regalis esse potest, gubernatio tamen popularis futura est, si Rex omnia Imperia, Sacerdotia, curationes, omnibus ex æquo distribuat: Si verò Princeps Imperia, honores, magistratus patritiis, vel divitibus, vel fortibus, vel studiosis tantùm impertiat, regia potestas erit, & quidem simplex ac pura, Sed aristocraticâ ratione temperata. Ita quoq; Optimates pauci rempublicam populari modo regere possunt, si cives omnium magistratuum participes fecerint: Aut aristocraticè, si paucis quibusdam, qui aut virtute, aut sensu, aut nobilitate cæteris præstent. *lib. 2. de Republ. cap. 2. p. 295.* Ubi notandum, quod dum dicit, Statum Regalem sive Monarchicum aristocraticè posse gubernari, soli Monarchæ jura majestatis ex asse tribuit, optimatibus omni ex parte exclusis, quod duntaxat ad externum gubernandi modum adhiberi censet. *Christ. Besold. pol. lib. 1. cap. 5. Goth Anthon. in disp. anti Vultej. de potest. Imp. & hodierno Imp. statu apud Goldast. in polit. Imper. part. 13. Herman. Kirchner. in orat. de statu Monarchico & de Republ. disp. 3. th. 6.*

II.

Hisce ita stantibus, quæritur: Qualis sit status hodiernus nostri Imperii non theologicè sed politicè, non ἐκ τοῦ ποσοῦ sed ἐκ τοῦ ποιοῦ, non respectu gubernationis, sed respectu majestatis consideratus? Et sunt, qui opinantur, statum hodiernum nostri Imperii esse Monarchicum Friederich Hortleder von Ursachen des Teutschen Krieges *lib. 1. cap. 18.* vom Teutschen Kriege *lib. 3. cap. 30. Herm. Kirchner. in orat. 15. de Republ. disp. 2. th. 3. Arum. tom. 1. jur. publ. disc. 2. Anton. Coler. tom. 2.* 12

disput. de jur. publ. Hanoviæ impress. Reinh. Konig. apud Goldast. polit. Imper. part. 13. & alii citati ab Arnis. de Republ. cap. 6. de quo tamen multi non infimæ notæ Viri præsenti Reipublicæ nostræ facie inspecta dubitant, Militant enim contra Monarchiam rationes urgentissimæ. 1. Imperator noster præsenti Imperii statu perpenso jura Majestatis solus non habet, ex præcedentibus enim constat, quod cæsar vigore Capitulationis cum externis principibus de rebus Imperii nullum fœdus, nisi de Septem Virûm adsensu facere possit, *Thuan. lib. 2. histor. fol. 27.* Quod rebus Imperii inconsultis proceribus intra vel extra fines Imperii bellum suscipere nequeat. *Sleidan. lib. 1. de stat. relig. pag. 29.* Quod solus leges universales ferre non possit, ut etiam apparet ex recessibus Imperii, in quibus hæc solennis reperitur formula Haben wir vns mit den Ständen/ vnnd sie sich hinwiederumb mit vns verglichen / *Joach. Cluten. in sylloge rer. quotidian. concl. 21. Anton. Coler. de jure Imp. Germ. sect. 18.* Quod sine consensu Electorum vectigalia erigere non possit, *Bocer. de regal. cap. 2. n. 184. Paurmeist. de jurisd. Imp. Rom. lib. 1. cap. 4. n. 7. Buxdorff. ad A. B. concl. 91.* Potestas quoq; constituendi Magistratus est de jure majestatis & tamen hodiè ne quidem in consistorio Spirensi, ad solum Cæsarem spectat, Cammergerichtsordnung *de anno 1495. 1500. 1507.* Solus itaq; Imperator noster, jura majestatis non habet: At hæc qui non habet, is quoq; pure ac mere Monarcha dici nequit, de forma enim Reipublicæ statuendum secundum illos, penes quos summa illa Imperii sunt jura, & sic ipsa absoluta potestas sive majestas juxta dicta supra notabili *1. & 3. Arnold. Clapmar. lib. de arcan. Rerumpubl. cap. 15.* Regerunt ii qui Monarchiam defendunt, quod Imperator etsi solus jura majestatis pleraq; exercere nequeat, majestatem tamen solus teneat, solusque imperet, putant namque distinguendum esse inter majestatem ipsam & jura majestatis, quæ istius sunt effecta, ex majestate verò, non juribus majestatis Monarchia ut & cæteri Reipublicæ status definiendi, *Arum. dict. disc. 2.* Sed respondemus 1. jura majestatis ab ipsâ majestate non magis separari possunt, quàm radii solis à sole. *Paurmeist. de jurisdict. Imp. Rom.* lib. 1.

lib. 1. cap. 2. n. 1. ut ſine quibus ſumma majeſtas ſimulacri umbratici nomine veriùs indigitatur : quæque penitus eviſcerans homicida ſuæ dignitatis eſt. *Buxdorff. ad A.B. proœm. concl. 2. inf.* Unde illud vulgatum Dd. Hæc reſervata oſſibus Imperatorum ita adhærere, ut ea nullus à ſceptro Cæſareo divellere, vel ullo tempore præſcribere queat. *Thom. Mich. de jurisd. concl. 8.* fieri ergò non poteſt, ut jura majeſtatis exerceant, ſtatus Imperii ſimul cum Imperatore, hic autem ſolus teneat majeſtatem; Sed ubi majeſtas ibi & jura majeſtatis, & penes quos proprio nomine jura majeſtatis, penes eosdem etiam ipſa majeſtas. 2. Reſp. Negari non poteſt, ſummam Imperii poteſtatem non reſidere in ſolo Cæſare, ſed ſimul in omnibus ſtatibus Imperii ut apparet vel ex ſolâ clauſulâ Comitiorum, cujus & ſuprà facta mentio, haben wir uns mit den Ständen / und ſie ſich hinwiderumb mit uns verglichen / *Paurmeiſt. de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 2.* idque teſtantur jura majeſtatis per quæ Imperium adminiſtratur, hæc enim ut dictum ab ordinibus ſimul exercentur. At majeſtas nihil aliud quàm ſumma & perpetua, legibusque ſoluta poteſtas, ut dictum notabili 1. *Bod. lib. 1. de Republic. c. 8. in pr. Paurmeiſt. lib. 1. de jurisdict. Imp. Rom c. 3. Chriſtoph. Beſold. lib. 1. de Republ. cap. 2.*

14 2. Et hoc ipſum ſecundum poteſt eſſe fundamentum, quod nempè in Imperio Monarchico quia Majeſtas ſumma poteſtas princeps ſit ſummus nec ſuperiorem nec parem recognoſcat, ita enim *Ariſt. 3. pol t. c. 6. & 4. polit. 1.* Rempublicam definit quod ſit τάξις civitatis, hoc eſt, ordinatio ſive ordo, In ordine autem cum impoſſibile ſit abire in infinitum, neceſſariò deveniendum eſt, ad unum primum, illud autem in Monarchiâ ſuâ naturâ primum eſt ſine conſpiratione & analogiâ, ut in Ariſtocratiâ & democratiâ, et hoc ipſum ſummum eſt, cui ſi quis velit opponere aliam poteſtatem æqualem, efficiet ut neutra ſit ſumma, cum enim infinitum ſit extra quod nihil liceat ſumere, eo ipſo quod duo ponuntur infinita utrumq; deſtruitur, quia neutrum infinitum eſt: Unde ut multitudo Deorũ nullitas eſt Deorũ, ita quoq; neceſſe eſt

multi-

multitudinem principum id efficere, ut nullus princeps esse videatur, Est namque summum quid invisibile. *Henning. Arnis. de majest. cap. 3.* Jam verò in Imperio nostro hodiè summa potestas in duos semisses dividitur, quorum unum Cæsar, reliquum ordines universi habent, ut multis demonstrat *Paurmeist. de jurid. Imp. Rom lib. 2. cap. 2.* Imperator ergò solus summus non est, nec summam solus habet potestatem, hinc etiam fit, quod in Imperio nostro contra recessus legesque Imperii non Cæsaris prævaleat potestas ut passim fatentur Politici, in Monarchia autem seu regno pleno Imperandi ratio in potestate & arbitrio est imperantis, *Christoph. Besold. in polit. lib. 1. cap. 8.* Ergò imperium nostrum non merè Monarchicum.

15 3. Constat quod Imperator noster coram Comite Palatino conveniri queat, *tit. 5. A. B. ubi Buxdorff. concl. 66. & Arum. disc. 3.* quo ipso satis evinci autumat, *Bodin. lib. 2. de Republ. c. 6.* Imperatorem supremam potestatem non habere, ergò nec Imperium nostrum Monarchicum, secundum præcedentia. Regerunt, qui Monarchiam defendunt, exinde nō sequi superiorem esse Palatinum, convenitur quippe Imperator noster coram Comite Palatino, inquit *Arum. dict. loco.* non ut superiore aut æquali, sed quia ipse depositâ quodammodo majestate Imperatoriâ, cognitioni Comitis Palatini, quantumvis inferioris sese submisit, quod dignitati ejusdem officere haut potest. *Sed respond.* Non id in controversia esse an judex sit superior, sed an aliquid sit superius eo de quo judicatur, excepto Deo, ex cujus sibi concessa potestate judicet judex: Illud autem sunt status Imperii & leges fundamentales, quæ Palatinum judicem constituunt, & Monarchiæ naturam convellunt: Neque in arbitrio est Imperatoris, an sese submittere velit, an verò non, sed hoc facere necesse habet, *dict. tit. 5. A. B.*

16 4. Idem videtur innuere Auct. des wohlmeinenden discurs. Warumb die Catholischen in Teutschlandt sich von den Jesuiten vnd Spaniern absondern sollen / *pag. 174. vers. in deliberatione ubi ait:* Drumb muß man je so gar hart nicht auff

eine

eine absolutam potestatem, vnd als wann Käyserl. Mayest. alles ohne einig zuthun der Churfürsten vnd anderer Stände allein zuverordnen bemächtiget/ gehen vnd dringen. *Et pag. 176. pr.* zu mehrer erwegung auch die Teutsche Käyser in vndencklichen zeiten jhnen selbsten solche absolutam potestatem nicht arrogiret oder zugemessen. Idque est, quod dicit. *Trajan. Boccal. in thes. polit. lib. 2. disc. 1.* Vnd hat der Römische Käyser in Teutschlandt kein absolutum Imperium, sondern regieret solches mehrertheil durch die Reichstage/ *Christoph Besold. de. jurisdict. Imp Rom. quæst. 10. & polit. lib. 1. cap. 8. Petr. Syring. de pace religion. th. 14. Joach. Cluten. in Syll rer. quotidian concl 16. Gothofr. Anton. de potest. lb. soluta & hodier. Imp. status adversus Vultej. apud Goldast. in polit. Imp. part. 13.* Adducunt quidam etiam id quod Henricus Galliarum Rex II dicit in scripto anno 1552 publicè divulgato: Darauß nichts gewissers folgen köndte / dann daß eine Monarchia dem Käyser vnd dem Hauß Osterreich erbawet würde/ *apud* Frid. Hortledern vom Teutschen Kriege *lib 5. cap. 3. n. 7.* Quæ verba sic transtulit Sleidanus: Sicut amplius dubitari non possit, quin Monarchiam ille sibi & Austriacæ familiæ constituat, *com. lib. 24. fol. 699.* Sed per Monarchiam ibidem non summum & legitimum unius Imperium intelligitur, verùm dominatus injustus & tyrannicus, unde Rex ad se delatum à principibus dicit: Daß sie mit vnerträglicher Tyranney vnd servitut vom Käyser verdruckt/ vnd in eine ewige dienstbarkeit geführt wurden. Deinde hoc quæri, ait, ut constituatur Monarchia, dem Käyser vnd dem Hause Osterreich / alles mit verlust Teutscher Nation/ Freyheit / vnd vieler Leute vntergang/ Friederich Hortleder *dict. loc.* In tali quoq; significatu abusivo Monarchiæ verbum usurpatum est à Francisco I. Galliarum Rege apud *Freher. 3. Germ. scriptor. fol. 295.* & Friederich Hortledern von Vrsachen des Teutschen Krieges/ *lib. 1. c. 18.* à Johanne Friderico Saxone & Philippo Landgravio in responsione ad proscriptionem Cæsaream apud Hortledern vom Teutschen Kriege/ *lib. 3. cap. 30.* 17.

18. Non tamen fundamentis destituuntur, qui Monarchiam nostri Imperii defendunt, quorum principaliora saltem

adducemus, ad alia enim, ex supra dictis & fundamentis nostris responsio erit expedita, inquiunt autem 1. quod hac ratione si Monarchicum Imperium, illud sit, in quo penes unum summa potestas & absoluta, ejusmodi Monarchia non detur, cum omnis Rex legibus fundamentalibus sit astrictus, cujusq; Regis potestas aliquo modo limitata; nullus enim ferè hodiè in toto orbe Christiano Rex vel summus princeps, inquit *Arum. tom. 1. jur. publ. disc. 1.* cujus potestatem non comprimat, inita cum ordinibus certa pactio, ut & dictum *cap. 1.* Friederich Hordtleder *in disc. de lege Regiâ Germ. apud Goldast. part. 12. Steph. jun. Brut. in Vind. contra Tyrann. quaest. 3. W. Arein. ab Erenb. cap. 11. n. 40. de Regni subsid.* Nihil ergò Monarchicæ formæ decedit, quamvis qui præest in leges Regni jurare teneatur. *Resp.* 1. Neque Monarchiam, neque Aristocratiam, neq; Democratiam puram, atque simplicem hodiè reperiri. Nam sæpissimè partem aliquam imperii habet unus, partem Populus, partem Senatus, vel senatus & populus, vel princeps & senatus, vel princeps & populus, de qua mixtione *Lip. lib. 6. Arnold. Clapmar. de Arcan. Rerumpubl. lib. 5. cap. 20.* Ut tamen pauxillum aquæ vino generoso admixtum vino neque virtutem omnem neq; nomen adimit, *Lips. polit. 2. c. 14.* ita neque nomen neque vim omnem temperamento admittit status, prævalente nominatione ejus quod potentius est. *Resp.* 2. Ex legibus Rerumpublicarum fundamentalibus ipsam formam Reipublicæ & non aliunde cognosci posse, Denn sie halten in sich/ (ut hodiè loquuntur) die verfassung der Policey/ quando enim leges illæ uni majestatem & potestatem ita adjudicant, ut ipsi exercitium ejus plenè concedatur, Monarchia ejus Reipublicæ forma est, quando verò propter metum abusus limitate adjudicant, & majestatis exercitium certis circumstantiarum cancellis circumscribunt, Monarchiam destruunt, non ergò semper Monarchicæ formæ quid decedit, quando qui præest, in leges Regni jurat, sed tunc si hæ tales sint, quæ absolutam potestatem limitant.

2. Imperatorem in Imperio nostro summam potestatem & sic Imperium Monarchicum habere, *Arum. disc. 7 tom. 1. jure publ.*

19

Publ. probat ex clausula illa, quæ in rescriptis & Imperii Recessibus sæpè occurrit, & plenitudinem potestatis innuit: Auß Röm. Käys. Macht vnd Vollkommenheit/ Ita enim Carolus IV. in præfat. A. B. So haben wir/ etc. mit vorgehender zeitiger betrachtung/ vnd auß Vollkommenheit Käyserlichen Gewalts/ hernach geschrieben Gesetz gemacht/gesetzt vnd geordnet/etc. Et Carolus V. in decreto Spirensi Anno 1544. §. Als wir aber in der handlung. vers. So haben wir solcher vnd anderer mehr redlicher Vrsachen halben/ vnser Käyserlich Gemüth darzu billich bewegende/ auff die Puncten vnd Artickel Fried vnd Recht belangend/ wie es hierzwischen vnnd vollkommener vergleichung/ darmit gehalten werden soll/ von Oberkeit wegen vnd auß vnser Käyserlichen Macht vñ Vollkommenheit gesetzt vnd geordnet: Endschliessen/meinen/ setzen vnnd ordnen auch darauff/ als Römischer Käyser/ von obberürter vnser Käyserl. Macht vñ Vollkomenheit/hiermit/etc. Eadem clausula passim habetur ut in actis Comitiorum 1546. 1547. Addatur auctor der nothwendigen Erinnerung part. 1. fol. 239. & fol. 240. *Resp.* Imperatorem sine consensu statuum in comitiis nihil decernere posse, apparet ex clausula, quæ semper ferè in recessibus conspicitur adjecta: Vnd haben wir vns mit den Ständen/ vnd sie sich hinwiderumb mit vns verglichen. Etsi enim in reformatione Friderici III Imp. de Anno 1442. in ordinatione Cameræ antiquiori & in constitutione Maximiliani I. de pace publicâ de Anno 1495. consilii tantùm mentio fiat, in novissimis tamen legibus etiam consensus expresse notatus, ut in Recessu de anno 1500. 1521. & aliis, *Paurm. de jurisdict. Imp. Rom. lib. 1, cap. 4. n. 39. & seqq.* qui etiam consensum mutuum Cæsaris & ordinum Imperii formam substantialem facit decretorum Comitialium *lib. 2 c. 2. n. 84.* Quod confirmat Auct. Autonomiæ Franciscus Bruckhardus daß der Punct/ darvon deliberiret werden soll/ proponiret, berathschlaget/ referiret, correferiret, vnd durch die jenigen/ denen es gebühret Reichssatzungen zu machen/ das ist/ durch die Käys. vnd Kön. Mayest. auch Churfürsten/Fürsten/vnd Ständen des Reichs/ beschlossen/ vnd verabscheidet werde/ *part. 3. cap. 37.* Addatur Lazarus von Schwendi ad Imp. Maxim. II. in bedencken an 20

Jhre Käyß. Mayeſt. von Regierung des heiligen Reichs [illegible] und Freyſtellung der Religion/ *pag. 122.* Et quamvis probari poſſet, Cæſarem non permittentibus, ſed invitis ordinibus contra morem majorum pro Imperio quid ſtatuiſſe, inde tamen ad formæ antiquæ in ſanciendis decretis Imperialibus [illegible]tionem, imò totius Reipublicæ mutationem & [illegible] nihil inferre poſſet, ſicut nec ver una hirundo [illegible] *[illegible] dict. lib. 2 c. 2 n. 65.* At, verum eſt, quod ſcribit *[illegible]* 149. *n. 2.* Virtutem non eſſe poſitam in nomine ſed in [illegible]tudine autoritatis, nec curandum de nomine ubi habemus effectum. Nam & regulus ſacrificulus poſt ejectos Reges ad ſervandum regium nomen, quia faceret ſacra à Regibus aliàs facta, ita dicebatur, omni tamen poteſtate regia [illegible]batur. Gens quoq; Merovingiorum, teſte *Egimbardo*, [illegible] in ſe clarum præter inane Regis vocabulum præferebat. *[illegible] de majeſt. cap. 1.* Etſi enim Imperator hac locutione & clauſula inſolenti plenitudinis poteſtatis uſus ſit quandoque, [illegible] tamen abeſt, omnimodam ipſum habere poteſtatem, [illegible] ordines Imperii apertè proteſtati ſint, ſe ea, quæ per ſe conſtituit Imperator partem decreti vel receſſus non [illegible] dict. decreto Spirenſi de Anno 1544. §. Und [illegible]ſten ibi: Daß alle und jede abgeſchriebene Puncten [illegible] Artickel (auſſerhalb obgemeldter Artickel vom [illegible] und Recht/ ſo die Römiſche Käyſerl. [illegible] gnädigſter Herr/ auß Käyſerlicher Macht und Vollkommenheit geſetzt) mit guten wiſſen/ willen und Rath fürgenommen/ und beſchloſſen ſeyn/ willigen auch dieſelbe alſo mit unſern wiſſen/ willen und Rath beſchloſſen Artickel ſampt und ſonderlich in krafft dieſes Abſchieds/ *Paurmeiſt. de juriſdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. [illegible]* [illegible] & alia ejusmodi explicat.

21 3. Imperator noſter, inquit *Arum. diſc. [illegible]* omnibus Regibus & populis orbis univerſi, Monarcha ſalutatur, veneratur, & habetur, quia de causâ etiam omnes [illegible] in univerſo terrarum orbe ſunt, Reges anteſtat. *[illegible] Zieritz. in comm. de princip. inter ipſos dign. prærogat. [illegible] Aulo de Imp. Rom. lib. 2 cap. 8. Auct. anon. in tract. de ſtatu polit. ſanci-*

vill

vili lib. 4. disc. 7. Idque judicium Alphonsi, Arragoniæ & Neapoleos sapientissimi Regis, qui Fridericum III. Imp. cum aliquando Neapolim venisset, nullo non honoris cultu est prosecutus, & cum ab aulicis eo nomine reprehenderetur, Alphonsus iis ita respondit: Vestrum non est de regibus judicare: Nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori tanquam summo Regi, ille est caput & dux Regum, *Christ. Besold. de jurid. Imp. Rom. quæst. 6. inf.* ipsi etiam Germanorum jurati & Capitales hostes Turcæ primas hasce Imperatori nostro tuentur, *Herm. Kirchn. de legati off. & dignit. lib. 2. cap. 5. n. 62.* Unde in celebritate circumcisionis Muchametis III. quæ duravit totis 40. diebus & noctibus continuis præsentibus Constantinopoli maximorum propè totius orbis principum legatis, Rudolphi II. Christianorum Imp. Augusti Legati loco spectaverunt primo, *Francisc. Carolus Dux. Saxon. apud Frid. Achill. in orat. pro Germ. pag. 106.* Ex hisce ergò clarum, Imperatorem esse Monarcham. *Resp.* Sed non statim status Imperii est monarchicus, quia Imperator Monarcha, quem ita appellare non dubitamus, cum *Petr. Heig. lib. 1. quæst. 2. n. 21. & seqq. And. Knichen de Sax. non prov. jure verb. Ducum Saxoniæ c. 1. a. n. 1. usq. ad n. 39.* Etsi enim hodiernus Imperii status merè Monarchicus non est, præeminet tamen Monarchia & majestas Imperatoris ita, ut Monarchæ titulus ipsi meritò tribuatur, *Goth. Anton. in disp. anti-Vult. de potest. Imp. & hodierno Imp. statu apud Goldast. in polit. Imper. part. 13.* Sic namque in statu mixto deflexisse quidem à naturæ suæ regulâ, Reipublicæ dicitur forma, non tamen eam exuisse penitus, hincque genus & nomen partis quæ plus potest ferè sequitur, *Lips. polit. 2. cap. 2.* Et non rarò Monarcha, Rexque vocatur, qui non nisi status mixti princeps est, *Besold. in polit. lib. 1. c. 8.* Neque Imperator noster alios Reges & principes antecedit, quia Imperium nostrum Monarchicum, aut quia totius mundi Dominus, aut quia triplex coronâ ejus capiti imponitur, sed quia Imperium nostrum omnia Regna superat antiquitate, quo autem quid antiquius, eô nobilius: Unde campani Samnites facilè se priores esse passuros, ajunt, quod priores amici Romanis facti

 essent,

essent, ut sicut vetustate, ita & gradu honoris præcederent, *Liv. 7.* Neque Regnum aliud amplitudini Romano [illegible] comparandum, à quâ Imperium hodiè licet sive fato sive [illegible] temporis sive etiam per tot barbarorum incursiones [illegible]dammodò defecerit, dignitas tamen semel acquisita non [illegible] petiit. Primus etiam locus Imperatori nostro [illegible] debetur, quia Imperium nostrum quarta Monarchia [illegible] logicè considerata, cujus insignis autoritas, ut di[illegible] tabil. 1.

22 Monarchicum itaque quia nostrum Imperium [illegible] est, alii in Bodini sententiam eunt, qui nimis [illegible] in manu haberet omnium rerum politicarum fa[illegible] ait *Paurmeist. de jurisd. Imp. Rom. lib. 3. n. 34.* cum [illegible] rantia Germani Imperii Mater fuisse videtur, [illegible] *mil. apud Frid. Achill. in orat. contra Galliam.*) Imperium [illegible] puram Aristocratiam esse scribit, quæ septem Ele[illegible] trecentis principibus ac civitatum Imperialium [illegible]lescat, quibus princeps unus præsit, ut concilii [illegible]tur, aut magistratum abdicare cogatur, *lib. 2. de R[illegible]* *pag. 291. & cap 6. pag. 348.* Hoc autem falsum, [illegible] cesserit, si perpenderit, illud Imperium A[illegible]ci non posse ubi non æqua facta sit partitio, sed un[illegible] luti caput magnam partem, vel semissem jurium [illegible]tis obtinet, *ipse Bodin. lib. 2. de Republ. c. 1 in pr.* [illegible] *1.* Solus vero Imperator jurium majestatis semissem habet, ut ex multis comitiis probat, *Tob. Paurm. dict. lib. 2. cap. 2.* Imò quædam jura Imperatoris propria ab aliisque aliena sunt, ut principibus exteris milites in Imperio conscribendi concedere licentiam. Adversus non subditos Imperii [illegible] decernere, de feudis majoribus, sessionesq; inter [illegible] cognoscere ut refert *Denasius in jure Can. §. Cæsar[illegible] [illegible]uentia, & aliquot seqq. Christoph. Besold. lib. 1. polit. cap. 8.* In [illegible] ergò locandi tribu, Bodiniani isti, qui Imperii Germani[illegible] tum fingunt Aristocraticum, qui Imperatorem [illegible]gustissimum Duci Venetorum vix parem imo [illegible] constituunt cum suo patrono *lib. 4. de Republ. c. 1. f. 391.* [illegible]

tanta

tantâ veneratione & religione imperatorum statuæ colebantur, ut ne conflare quidem eas ac vendere sine capitis periculo & citra majestatis crimen licuerit, at hi non imperatoris statuæ inferunt injuriam, sed ipsummet imperatorem, ipsummet Imperium, quod sacrosanctum nobis esse debet, furialiter adoriuntur, inquit *Rudolph. Maxim apud Frid. Achill. in orat. contra Galliam.* Nec hujus rei unicum fundamentum vel rationem habent, nisi quod forte Albertus Moguntinensis Archiepiscopus in rejectione Francisci Galliarum Regis, Cæsaream dignitatem ambientis, Aristocratiam retinendam esse dixerit, apud *Sleidan. lib. 1. de stat. religion. pag. 19.* sensu tamen minimè Bodiniano, per Aristocratiam enim intellexit temperamentum istud ordinum, quo absoluta Cæsaris potestas veluti frænis sistitur ac retinaculis, quodque dominatum injustum & tyrannicum excludit, quo Monarchiæ vocabulo itidem usus eo sensu, quo hoc abusi sunt alii pro Imperio nempe tyrannico, ut dictum suprà. Quamvis alii Moguntinensem Archiepiscopum explicent de administratione, non de statu ipso, ita ut imperium quidem nostrum sit Monarchicum, Aristocraticis tamen rationibus per Electorum & Principum, ordinumque consilia & conventus temperatum: Qui proptereà falli videntur, quod imperator illum ordinem mutare nequit quodq; ab eo nonnulla, quæ de essentia sunt majestatis absolutæ aliena habentur ut dictum.

23. Qualis ergô status nostri Imperii? Salvo peritiorum judicio Imperium Romano-Germanicum ex Aristocratia & Regio Imperio comixtum hodiè statum putarem, *Joach. Cluten. in syll. rer quotid concl. 16. Keckerm. disp pract. fin. probl. 17. Vulsten. decad. 7. th 6. Christoph. Besold lib 1. polit. c 8. Arnold. Clapmar de arcan. Rerumpubl. lib. 5. c. 20.* Illud enim Imperium, in quo Imperator in illis ipsis juribus majestatis, de quibus proceres participant, integrum semissem retinet, ut Imperii caput, & præterea quædam jura majestatis sine procerû Collegio solus obtinet & exercet, ex Monarchiâ & Aristocratiâ mixtum est, ita tamen, ut ad Monarchiam magis propendeat, indeq; rectè denominetur, *Lips. 2. polit. c. 2. Keck. lib 2. syst. polit c. 4.* At tale Impe-

Imperium nostrum, quædam enim Cæsaris, ordinumq; sunt communia, ita tamen, ut in hisce major Imperatoris potestas quàm reliquorum statuum, quędam verò Cæsaris propria reputantur, ejusq; solius cognitioni reservata, ut pluribus illustrat *Denaisius in jure Cam. § Cæsaris in Imperio eminentia & aliquot seqq. Ergò status Imperii nostri mixtus, Goth. Anton. [illegible] Anti-Vult. de potest. Imp. & statu hodierno Imp. apud. Goldast. in polit.*

24 *Imper. part. 13.* Obloquitur quidem Bodinus, eò quod nullus detur status Reipublicæ mixtus, hæc, inquit, nostra conclusio est, nullam unquam Rempublicam ex duabus, [illegible] minus ex tribus speciebus constitui, ac ne opinione [illegible] fingi posse, *lib. 2. de Republ. cap. 1.* cum majestas divid[illegible] non possit, item, quod contraria, quales sunt [illegible] Rerumpublicarum species inter sese misceri nequeant, [illegible] adstipulatur *Zach. Friedenreich polit c. 18. & c. 19. fol. 201. [illegible] de majest. c. 11. & c. 13.* Sed horum sententia jam dudum repudiata

25 est, *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpub. lib. 1 cap. 12.* [illegible] & elementa, etiamsi inter sese quàm maximè sint con[illegible], ea tamen reverâ inter se miscentur, & distinguendum [illegible] majestatem summam & perfectissimam & ejus[illegible] p[illegible] respectu quidem partium non unicum, sed mult[illegible] majestatis, ac proinde nihil obstat, quo minus pluribus particula saltem ejusdem attribuatur, nihilominus tamen [illegible] summo magistratu ex concursu partium sit integra [illegible] non dividatur majestas aut pro diviso consideretur, quæso in Aristocratia & democratia, quomodo majestas residet in pluribus? scilicet ibidem dices majestas non penes quemlibet in solidum, sed omnes Imperii participes simul imperant, singuli obediunt *Bodin. lib. 2. de Rep. c. 6.* idem ajo accidere in statu mixto, nec ulla alia differentia, nisi quod æquali modo ac portione aut major pars aut optimates saltem [illegible] Democratico & Aristocratico statu imperent, in statu verò mixto potestas haud æqualis, sæpè enim un⁹ plus potestatis habe[illegible] reliqui omnes, nihilominus tamen unum conjun[illegible] repræsentare videntur, perinde ut in Aristocratia & [illegible]cratia. Et non ne jus individuum. Quod tamen diserte dividi dicitur,

tur. *in l. 9. § 2. de hered. inst.* Non quidem, inquit, *Bachovius ad disp. Tr. 14 th 2. vol.*, quasi hæreditas jam constituta in alicujus personâ dividatur, sed quod testator instituendo plures hæredes efficiat, ut in singulorum personâ divisum & diversum jus existat, & tamen in genere unica hæreditas, unicum jus hereditatis, quod si hoc modo lex 12. tab. ipsum jus dividit, certo tamen respectu, quare non etiam leges fundamentales majestatem certo modo inter status Imperii dividere queant?

Cap. XIV.

AN IMPERATORI RESISTENDUM SI CONTRA CAPITULATIONEM AGAT.

1. An subditi Principi resistere queant. 2.
3. In Principem absolutum subditis nulla competit potestas.
4. Differentia Tyranni & Principis degenerantis.
5. Quid juris in Regnis conditionatis.
6. Romano-germanicum Imperium quale & quid in eo juris.
7. Quisnam judex in causa depositionis Imperatoris. 8.

CÆsarea potestas, quia [illegible]
seu conditionibus certis circu[illegible]
limitata, ut apparet ex Capi[illegible]
suprà dictis, Imperatori co[illegible]
ex arbitrio agere non licet: Quid aute[illegible]
Capitulatio, neque jusjurandum ipsu[illegible]
reprimat, quominus Ecclesiam affli[illegible]
cam laceret & evertat, libertati [illegible]
faciat? Multis ex Sleidano argum[illegible]
potest, tum Electorum inprimis, & c[illegible]
Imperii ordinum, videre omnibu[illegible]
manu (si leniora omnia nihil proficiunt) [illegible]
Imperium detrimenti capiat, Friedrich [illegible]
disc. de lege Regiâ germanorum apud Gol[illegible]
Imp. part. 12. & Arum. tom. 1. jur. [illegible]
tamen omni prorsus dubio non e[illegible]
expeditum: An subditi Regem [illegible]
generet & improbè præsit Reipubl[illegible]
ve potestate pro jure suo judicare [illegible]
resistere, ipsumque à solio pellere [illegible]
mirum vulgus putat, cui enim [illegible]
herus, fidelis servus. Quod *Steph. jun. B*[illegible]
tidem verbis exprimit in *vind. contr. Tyr.* [illegible]
nè imperanti benè obtemperandum & [illegible]
polit. Populus obligatus est conditionalite[illegible]
perandum magistratui, si nimirum just[illegible]
raturus est, sic etiam *Gregor. VII.* in [illegible]
manos abduxit ab obedientia Hen[illegible] IV[illegible]
modum militem ignavum Imperator ex[illegible]
test; ita militi injustum ducem deserere [illegible]

tin. lib. 5. Annal. Bojor. Sed hâc doctrinâ nihil falsius, vel Principibus funestius & Reipublicæ detrimentosius, Quotus enim quisque Princeps tàm perfectus, qui non aliquid agat, quod contra officium & fidelitatem torqueri possit, ubi statim publicæ quietis osor exorietur, & alteri illatam injuriam clamitabit, alterius neglectum patrocinium nec poterit deesse causa illi, qui tàm amplum aliquam quærendi campum sibi apertum habet. Ptolomæum ejecerunt Ægyptii quod nimis studiose Regis & Amici Romanorum nomen affectaret, *Dion. lib. 9.* Quid Childerico Galliarum Regi vitio datum fuit, nisi hoc quod esset inutilis *c. alius 15. q. 6.* Quid Henrico VI. Anglorum Regi, nisi quod tantæ molis esset incapax. Friderici II. excommunicationis causam etiam hanc scripsit Innocentius, quod amicitiam contraxisset cum Saracenis *Carol. Sigon. lib 18. hist. Ital.* Nullus ferè est ex 33. articulis, ob quos abdicatus Richardus II. in quem non quivis principum impingat, nec quisquā nō est obnoxius aliquibus eorum vitiorum, quibus Bucherius Henricum III. abdicationem meritum scribit *Henning. Arnis. de majest. c. 6. n. 2.* Neq; ex sacris literis neque ex jure naturali Subditis ulla competit jurisdictio in principem absolutum, cujus persona nunquam concutitur, quin ejus ruina trahat secum perniciem totius Reipublicæ, in tantū quippe salva est Respublica, quātum caput salvū manet à quo regitur, potius tolerandum est patienter, inquit *Æneas Sylvius de ort. & autor. Imper. Rom. cap. 16.* quicquid princeps facit iniq;, expectandaq; est supremi correctio judicis, q violētias atq; injurias nō sinit esse

perpetuas; Hinc etiam *Tholos.* potius, inqui... quendi sunt malè regnantes judicio DEI, q... luenda manus sacrilegio & parricidio; ... Deus modis, quibus possit, quando voluerit, ... di malos principes tollere vel emendare *lib.* ... *publ. cap. 5. n. 25.* Idem Lutherus non uno ... culcavit, præcipuè in lib. de *potest. & off.* ... 3. §. So sprichstu dann / *ubi ait:* Oberkeit ... nicht widerstehen mit Gewaldt / sondern ... niß der Warheit: Kehret sie sich daran / ... nicht / so bistu endtschuldiget / vnd leidest ... Gottes willen. Hocque maximè conveni... Apostolus dicit Rom. 13. Quicunque po... stit, Dei ordinationi resistit; Nec hoc ... tem principibus accipiendum, quia Ethni... non tantum honorem & tributa adjudicat, ... ces pro ipsorum salute imperat, *1. Tim.* ... que dixit Michael Palatinus Ungariæ, ... Ungaria à Rege per Rebellionem desciscet ... coronato, etiamsi Bos esset, tamen ... 4. *Bonfin. de reb. Ungar. decad.* ... guunt inter Tyrannum & principem dege... Saul namque Rex Israelitarum licet consc... rationis Abimelechum cum Sacerdotibus ... trucidasset, Davidi contra mandatum DEI ... set, & desperatis rebus omnibus ad veng... ret, attamen, quia Rempublicam debilitand... ctum non ibat, Tyrannis accensendus ... princeps degenerans nominandus, ... manet legitima, ac proinde etiam subd...

gatio. In Tyranno verò nihil eſt legitimum, nihil ordinatum à Deo, ſed omnia Deo adverſa & Reipublicæ detrimentoſa, proinde huic populus reſiſtere poteſt. Tyrannidem autem appellant nullis ſubjacentem legibus, incorrigibilem principatum ſimilium & meliorum, propter bonum ſuum, non propter bonum ſubditorum, *Arniſ. de autor. princip. in populum cap. 4.* Sed hæc ita ſeſe habent in principibus, qui abſolutam poteſtatem tenent, ſeu majeſtatem integram in Imperio, aliud dicendum de regnis, quæ ex pacto & ſub certis legibus adeuntur, quale eſt Regnum Ungarorum, qui Uladislao II. Regnum in manus non ante tradiderunt, quàm propoſitis conditionibus aut ſatisfeciſſet, aut ſe ſatisfacturum ſub juramento recepiſſet, *Bonfin. de reb. Ungar. decad. 4. lib. 9. & 10.* In hiſce principatibus, quia per mutuam conventionem electi Reges Sceptra capeſſunt, meritò ex lege contractuum judicantur, à conventione ergò ſi alterutra pars receſſerit, nec altera obligatur, Unde Nobilitas Danica *in libello de jus Chriſtierni II. obdicat.* Regi demonſtrare nititur, quod veniendo contra juramentum contractum violarit, & proinde, ajunt, compulſi ſumus, ut noſtra juramenta, homagia & auxilia militaria per literas ipſi renunciaremus. Sic in juramentis Regum Sueciæ ad id obligantur univerſus Regni Senatus, Epiſcopi, Prælati, Equites, Nobiles, Dives & Vulgus, ut ſi Rex quicquam contra articulos pacti committere, vel per alios deſignare auſus fuerit, ſub ipſorum honore & juramento teneantur ipſi adverſari *Lamb. Dan. in polit. Chriſtian.*

 lib. 3.

6 *lib.3.annal.Bojor.* Ejusmodi quoq; Imperium nostrum est Romano-Germanicum: Electores ergò ac reliqui ordines Imperii Imperatori contra capitulationem agenti quin resistere & de ipsius facto judicare queant nullum est dubium, hi enim quando Imperator præscriptas in capitulatione conditiones transgreditur, suo juramento liberantur, nec amplius principi subjecti, adeòque superiori non resistunt, eaque vetus ac vera Lutheri ac Philippi est sententia, Friederich Hordilcder *in dict. disc. de lege Regiâ Germ.* Hocque manifeste confirmant Archiepiscopi, Episcopi, Duces & Comites Saxoniæ per legatos ad Imperatorem Henricum IV. apud Lambertum Schaffnaburg. Sacramento se ei fidem dixisse, inquiunt, sed si ad ædificationem non ad destructionem Ecclesiæ DEI rex esse vellet, si juste, si legitimè, Si more majorum rebus moderaretur, si suum cuique ordinem, suam dignitatem, suas leges, tutas inviolatasque manere pateretur, sin ista prior ipse temerasset se jam Sacramenti hujus Religione non teneri; Sed quasi cum Barbaro hoste, Christiani nominis oppressore, justum deinceps bellum gesturos, & quoad ultima vitalis caloris scintilla superesset, pro Ecclesia DEI, pro fide Christianâ, pro libertate etiam sua dimicaturos. Hinc Wenceslaus & Adolphus Imperatores ut juramenti transgressores de solio Imperiali dejecti fuerè, *Aventin. lib 7. annal. Cuspin. in Vita Adolphi, Brutus dict. quæst 6. Dpdæus dict. lib.3. cap.6. Arnis. de majest. cap.6.*

In

In causa verò hac depositionis Imperatoris, si 7 juramentum violatum fuerit, Utrum solus Comes palatinus, an simul etiam reliqui Electores cognoscant, & sententiam dicant? dubitatur: Coram Comite namque Palatino Rheni S. R. Imperii Archidapifero Electore principe Imperator sive Rex Romanorum conveniri debet, *juxta tit. 5. A. B. ubi Buxdorff. & Arum.* Quod à Palatinâ comitivâ veteri descendere autumat, *Treberus libr. 2. cap 10. ad Petr. de And'o.* Olim quippe præfectus palatii in Aulâ Regiâ & prætorio Francorum, omnes penitus nullo exemto judicabat, ita ut ipse princeps si ab aliquo conveniri se pateretur, coram hoc solo se sistere dignaretur. Ergò & hic judex erit in causâ depositionis. *Aventin. lib. 7. annal. Boj. fol. 588.* scribit, Moguntinum unâ cum Saxonico & Brandeburgico Electoribus adversus Adolphum Nassoviensem, Rudolphum Comitem Palatinum, cujus munus est, veluti de querimoniis adversus Cæsarem delatis cognoscere, evocasse, sed venire illum tunc recusasse, &c. Idem Rudolphus Anno 1300. ab Electoribus Imperii Mog. Colan. Trev. Archiepiscopis vocatus fuit ad Rhenũ contra Regem Albertũ, ubi principes conspiraverãt, eligentes ipsum Rudolph. pro judice, & asserentes ad Comitẽ palatinũ, quod sit officiũ palatinæ dignitatis ex quâdã consuetudine de causis cognoscere, quæ ipsi Regi moverentur; Quare contra Regẽ posuerũt, quod Dominũ suũ propriũ, scilicet Regẽ Adolphũ occidisset, ideò Rex esse nõ posset, *Henr. Rebdorff. in annal.*

nal. 1300. p. 412. tom. 1. M. Freber. cod. Anno. [illegible]
Suevic. lib. 2. cap. 43. §. *6.* Wann die Fürsten [illegible]
nig wollen beklagen / so er jhnen wider [illegible]
sollen sie thun vor dem Pfaltzgraffen. Hæc [illegible]
intelligenda, ut scilicet Palatinus & non M[illegible]
quantumvis Collegii Electoralis Decan[illegible]
judicii director sit. Nam in causæ cogn[illegible]
tentiæque prolatione, omnium Elect[illegible]
opus esse, argumento sunt formulæ [illegible]
phi & Wenceslai *Aventin. dict. lib.* [illegible]
ubi senat. vel clariss. In causis verò civ[illegible]
ariis si Imperator conveniatur, solius [illegible]
gnitio est, & de hisce caus[illegible]
accipiendas.

Hujus Voluminis IV.
INDEX

Rerum, simul ac Verborum locupletissimus, cujus prior numerus paginam, posterior thesin in disputatione comprehensam, demonstrat.

A

Bella

C

fe-

li-

Cum

rium

D

 alium

E

El-

an

Far-

I N D E X.

Ab

S

sa-

In-

Jus

K

L

Leo-

Mi-

Mo-

I N D E X.

Mo-

O

 bel-

Pa-

an

Prin-

INDEX.

Q.

Re-

Re-

An

Se-

Ad

INDEX

&

na-

tes

FINIS.

Erratorum correctio, quorum prior numerus cum litera P. paginam, posterior cum litera L. numerum lineæ designat.

Pag.2 fac.alt.l.30.pro argumentarium argentarium:ead.lin pro termin.crimin.p.8.l.16.pro permittunt promittunt.p. 43.l.12. pro Legati Legato .p.43.fac.alt l.13.pro quæsti questi. p.59.fac.alt.lin.7. pro emulatiuè cumulatiuè.p.67.fac.alt.l.13 pro consortio contentio.p.68.fac.alt. l.6.pro qui quod p.97.l.13 pro habet habent.p 98.fac.alt.l.17.ante vocem possumus insere non p.108.l.20.deleatur cum.p.109.fac.alt.l.32.pro genere lege in genere.p.143.l.pen.pro ansers anseres p.147.l.19.pro Sul.Sult.p.203. l.29.pro Meg. Neg. p.207 fac alt lin.1.pro intellectus intellectis. p.212. l.22. pro 22. 32.p.214.l.3 pro cum enim.p.229.fac.alt l.24.pro non fiat ipse: & non fiat ipso jure.p.250.fac alt.l.antepen.pro fori fore.p.251.l.13.pro domiliri demoliri p.257.l pen.pro valebit manebit p.ead. fac.alt. l.4. pro ardioribus arctioribus.p.262.l.3.pro Legitibus Legibus.p.262 fac.alt.l.27.pro magis majus p.266.fac.altera l.26.pro solum jolium. p.295.fac.alt. l.11.pro sese esse. p.296.l.22.pro evictus evectus.p.300.fac.alt.l.10 pro juramenta jumenta. p. 301.l.25.& 26.pro it elle leg.lesquelles.l.29.pro Reis lege Roys, aux pro aux, caars pro caurs.p.301.fac.ult.l.7.pro tolentia tolerantia.3.p.302. l.12. pro statuum statuunt.l.seq.pro qua quam.p.304.l.25 fac. alt. pro extorsi exorti.p.313.l.9 .omissum fine.p.325.fac.alt.l.24.pro ordinum odium.p.336.l.17. pro pacatio pacatus p.350.l.33. pro Clero scoetisq. Clero scortisq. p.351.fac. alt.l.21.pro mutandas mutuandas.p.365 fac.alt. l.34. pro præstant præstani.p.368.fac.alt.l antepen.pro commissum connisum.p.381.fac.alt.l.22. pro admittit adimit.p.387.l.4.pro Tyrannidem Tyrannum.